Vetus anno 1632. nihil habet

P.OVIDII

SONIS FASTORVM

DILIGENTI EM

DATIONE.

Typis impreſſe aptiſſimiſq
nate cõmentatoribus Ante
ſtãtio Faneñſi: Paulo Ma
nate viris clariſſimis adc
buſdã verſibus q decrãt
codicibus inſup grecis
cteribusvbi decrãt in
impreſſiõibus: appo
reb⁹ notabilib⁹ q
dã in margie vna c
Tabula in ordie a
phabeti: q̃ nullo
alio codice im
preſſa repe
ries.

COMPLUT. ACAD. EX. BIBLIOT. REG.

Vetus anno 1632. nihil habet

P. OVIDII NASONIS FASTORVM LIBRI DILIGENTI EMENDATIONE.

Typis impressi atq; figuris ornati cõmentatoribus Antonio Constantio Fanensi: Paulo Marso pisciate viris clarissimis additis quibusdã versibus q decerãt in aliis codicibus insup grecis characteribus vbi decerãt in aliis impressionibus: appositis rebꝰ notabilibꝰ qbusdã in margie vna cũ Tabula in ordie alphabeti: q nullo alio codice impressa reperies.

REG. CONVENT. ACAD. EX. BIBLIOT.

¶BARTHOLOMEVS MERVLA ALEXANDRI FRATRO FOELICITATEM.

Itteras tuas.Alexander chariſſime & fraterni amoris & eruditionis plenas proxime accepi:ex quibus intellexi te in euoluendis faſtorum uoluminibus non modo carmen illud elegantiſſimum: ſed etiam commentaria inemendata:& inuerſa librariorum noſtri temporis culpa & incuria peripexiſſe:rogaſq; me:ut hoc tam præclarum opus a tot deprauationibus uendicem:quemadmodum ſuperiori etiam anno .Q. Curtium emendauimus:qui antea corruptus ferme totus uulgo circumferebatur:ego(ut uerum frater)ſi per fraternam beniuolentiam licuiſſet:laborem quem mihi iniungis recuſaſſem:non ꝙ materia eſſet utilis & abiecta: emendatio enim grammaticæ peculiaris eſt pars.Nã.M.Varro ſcripſit eam conſtare in partibus quattuor lectione ſcilicet enarratione:emendatione & iudicio:&.M.Valerius probus ſoli huic rei ulli præterea grãmatices parti dedirus multa exemplaria conſtrata emendare ac diſtinguere curauit. Reliquitq; non mediocrem ſilua ſermonis antiqui:Sed ꝙ in præſentia aliis maioribus diſtrictus negocis:uoluntati tuæ haud facile poteram morem gerere.Qui enim de Triſtibus ac Pli. de animalibus opus ſane arduum ac per difficile interpretamur cuius prouinciæ magnam partem abſoluimus:multa inibi corrigimus:quæ ab aliis aut pretermiſſa aut illis incognita fuere.Huc etiam accedit erudiendó rum adoleſcentum meorum ſtudium:quibus rebus impeditus Faſtos quorum lectione te plurimum oblectaz aliis relinquere decreueram corrigendos.Sed ut & tibi quem ob ingenii elegantiam & uitæ integritatem ac excellentẽ ante annos eruditionem amo fraternaq; proſequor pietate:& comuni quoq; oium utilitati cõſulerem ex Platonis ſententia:qui ad Architam Tarentinum ſcribens cum admonet illud conſiderandum.Nullum noſtrum ſibi ſoli natum eſſe.Sed ortus noſtri partem ſibi patriam uendicare partem parentes: partem amicos:haud inuitus & carmen correxi & enarrationes:curauiq; ut Antoni Fanenſis:& Marſi interpretationes una imprimerentur a diligentiſſimo ac ſolertiſſimo bibliopola Ioanne Tacuino noſtro:ne quid ad carminis intelligentiam deeſſet.Quicquid uero latius continebatur paucis in margine aſſignabimus:quo facilius poſſes ad id qd diu quærendum eſſet digitum intendere

Locus Catulli enarat9

Accipies igitur frater optime opus q̃ emendatiſſimum:intelligeſq; nihil eſſe tam arduum:aut difficile: qd tua cauſa non ſim ſuſcepturus q̃ libentiſſime.℣ Nunc reliquum eſt ut ad id reſpondeam.qd ſcire te uelle oſtẽdis Scribis ut ſententiam meam tibi exponam ſuper eo Catulli uerſu. Patroa uirgo plus uno maneat penne ſæclo:rem paucis accipe.Catullus optat.ut ab eo liber editus diu duret & permaneat.Nam quum dixerit Cornelio ſe iſti libellum dicare ſtatim ſubiungit Patroa uirgo plus una maneat penne ſæclo:ubi uirginem ponit pro charta quæ nunquam antea

Locus Liuii icorrectus

edita fuit:quemadmodum dicimus uirginem eam:quæ nunquam partum edidit.Martialis:Scrinioq; ſignatas cuſtodiat ipſe uirginis pater chartæ:patroam autem pro patria:& Veronenſi accipies.Hic eſt uerus Catulli ſenſus quem nos primi(qd citra arrogantiam dictum ſit) excogitauimus.℣ Secundo loco ſcribis te legiſſe apud Liuium lib. viii. bona Vitruuii conſecrata fuiſſe ſeniõi ſangui deo.Quis autem fuerit deus ſenioniſanguis a me quæris: ego(ut tibi etiam locum hunc ſcitu digniſſimum exponam)non ſeniõiſangui:ſed ſabino ſangi legendum eſſe affirmo .Nam Ca-

Locus Pli. difficillimus enarratus

to(autore Dionyſio Halicarnaleo)nomen ſabinorum genti impoſitum fuiſſe ait ex ſabinoſangi diui gentilis:Hunc autem ſangum a quibuſdam piſtium uocatum fuiſſe refert.& quia Tatius in bello cum romanis geſto uouerat multa templa neceſſariis diis:ueriſimile eſt illum ſabinoſangi gentis autori ædem quoq; erexiſſe. Nam & Dionyſius ſcribit eum ſoli & lunæ.Saturno.& Rheæ ueſtæq; preterea: & Vulcano:& Dianæ:& quirino.Et diis aliis:quorum nomina difficile eſſet lingua græca enunciare ædificaſſe.℣ In poſtrema parte tuæ epiſtolæ declarari a me cupiebas locum Pli. &.vii.lib.naturalis hiſto.ubi ille ſcribit raros eſſe patribus proceriores conſumente ubertatem ſeminum exuſtione:in cuius uices nunc uergat æuum.Senſum facile percipies.ſi quid hoc in loco ſit exuſtio intellexeris: a qua ubertatem ſeminum cõſumi Pli.refert:& inde filios raro patribus proceriores fieri:ſcribit Ariſto.(autore Cenſorino) annum eſſe maximum:quem ſolis &lunæ uagarumq;.v.ſtellarum orbes conficiunt:cuius anni hiems eſt Cathaclyſmos.i.Diluuio:æſtas autem Cepyroſis ideſt exuſtio qd eſt mundi incendium.De anno magno Ci.li.ii.de natura deorum ita ſcribit.Magnum Annum Mathematici nominarunt:qui tum efficitur quum ſolis & lunæ:&.v.errantium ad eandem inter ſe comparationem confectis oĩm ſpatiis eſt facta conuerſio:quæ q̃ lõga ſit:magna qõ eſt:eſſe uero certam & definitam neceſſe eſt de anno magno multa Ser.& Macr.Exuſtionis uero & diluuii meminit Plato in timæo.ſcribit enim ęgyptium quendam ſacerdotem grandem natu Soloni hæc dixiſſe.O ſolon ſolon gręci pueri ſemper eſtis: nec quiſquam e gręcia ſenex:Cur iſtud diceret percontante Solone reſpondiſſe ſacerdotem.Quia iuuẽis ſemper uobis animus eſt:in quo nulla eſt ex ueteſtatis commemoratione priſca opinio.Q d ideo uobis contigit:quia & multa uaria hominum exitia fuerunt eruntq;.Maxima quidem aut ignis conflagratione:aut aquę inundationibus prouenire neceſſe eſt: minora uero aliis quibuſlibet calamitatibus fieri.Nam ꝙ apud uos fertur phœrontem quondam ſolis filium currus aſcendiſſe paternos:nec patris aurigatione ſeruata exuſtiſſe terras:ipſumq; flammis cæleſtibus conflagraſſe:q̃is fabuloſum uideatur:uerum quodam modo eſſe putandum eſt.Fit eum longo temporum interuallo cœleſtis circuitus permutatio quædam:quam inflammationis uaſtitas neceſſario ſequitur. Tunc hi qui edita & ardua incolunt loca magis pereunt quam mari fluuiiſq; uicini nobis porro Nilus quum in pleriſq; rebus ſalutaris eſt:tum huiuſmodi a nobis arcet exitium quando uero dii aquarum colluuione terræ ſordes diluunt:paſtores ouium atq; bubulci qui iuga montium habitant:periculum illud euadunt.Veſtræ autem ciuitates in planitie ſitæ impetu fluminum ad maria rapiuntur.Sed in hac noſtra regione neq; nunc neq; alias unq̃ in agros ſuperne deſcendit. Contra uero ſurſum e terræ uiſceribus ſcaturit: quamobrem antiquiſſimarum rerum apud nos monumenta ſeruantur: proinde ubicunq; nec imbrium tempeſtas nimia:nec incendium ingens contigit.licet alias pauciores:alias plures homines tamen ſunt:idẽ refert etiam Mac.de diluuione & exuſtione.Quomodo autem exuſtio conſumat ubertatem ſeminum docet Ci.lib. ii.de natura deorum:cuius uerba hæc ſunt.Sunt autem ſtellæ natura flammeæ:quo circa terræ maris aquarum uaporibus aluntur his qui a ſole ex agris tepefactis & ex aquis excitantur . quibus altæ renouataq; ſtellæ atq; omnis æther effundat eadem:& rurſum trahunt in idem.nihil ut fere intereat:aut admodum paulum:quod aſtrorum ignis & ætheris flamma conſumat: ex quo euenturum noſtri putant id de quo Panetium addubitare dicebant: ut ad

extremum omnis mundus ignoſceret polum humore cõſumpto neq; terra ali poſſet remearet aer. cuius ortus aq omni exhauſta eſſe non poſſet:ita relinqui nihil præter ignem:a quo rurſum amante ac deo renouatio mundi fieret atq; idem ornatus oriretur:q; autem plinius ſcribit in exuſtionis uices ænum uergere deſignat exacta antea diluuione:nunc incendium quo exuritur ubertas feminum inſtare:idẽ docet carmen illud Sibylle erithreç Exurit terras ignis Pontumq; polumq;idem ſenſit. Ouidius qui in met,ita cecinit. Eſſe quoq; in fatis reminiſcitur affore tempus : Quo mare quo tellus correptaq; regia cœli Ardeat & mundi proles operoſa laboret. Seneca etiam in libro de conſolatione ad Martiam idem ita refert:& quum tempus aduenerit quo ſe mundus renouaturus extinguat: uiribus iſta ſe ſuis cedent:& ſydera ſyderibus incurrent & omni flagrante materia uno igne quicquid nũc ex diſpoſito lucet ardebit:& Lucanus libro ſeptimo inquit.Communis mundo ſuperẽt rogus oſſibus aſtra Miſturus:& Auguſtinus libro.xx.de ciuitate dei ſcribit figuram huius mundi conflagratiõe perituram:ſicuti factũ eſt aquarum inundatione diluui.Nunc poſtea q̃ litteris tuis reſpondi:& tibi morem geſſi:ne in immenſum creſcat epiſtola: dicẽdi finem faciam:ſi te prius monuero:ut Magnifico patrono tuo Victori Minoto homini nobiliſſimo:& perpulchre docto me commendare non deſinas.Vale Venetiis.Anno.Mcccc.xcvi. Calendis Aprilibus.

Domici Palladii Sorani tetraſtichon ad Antonium Conſtantium poetam illuſtrem.

Sulmo tumet naſone ſuo uerrona catullo.
Gloria romani magna tibulle Iaris.
Vmbria callimacho gaudet:eos ipſa philetha.
Lætentur patriæ mœnia clara tuæ.

AD Illuſtriſſimum principem Federicum ducem Vrbini montis Feretri & Durantis Comitem imperatorem inuictiſſimum:ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Vexilliferum Antonii Conſtantii Fauenſis præfatio in commentarios Faſtorum Naſonis.

ERam religionẽ quam licet diuini cultus ſcientiam diffinire Federice dux & imperator clariſſime tuentur quidem maiorẽ in modum theologi inter quos domi belliq; non ſine ſumma tua laude & omniũ admiratione uerſaris: non nihil tum ad eã rem mihi afferre uidentur qui maiorum noſtrorum pietatem & obſeruantiã in deos poſteris tradiderunt:quorum exemplis contemplandis & religionis noſtræ ueritas illuſtratur & eorum animi:qui de rebus diuinis recte ſentiunt concitatius feruntur ad ueterum atq; nd omnipotentis dei cultum uehementius accenduntur cum intelligunt quanta ueneratione quibus hoſtiis quanta templorum maieſtate infœlix illa gentilis deorum imagines fuerit proſecuta. Neq; enim audiendi ſunt agreſtes quidam ac nimium auſteræ religionis homines qui eminentiorem locum ut uulgo aiunt:beatorum ſedibus aucupantes ab humanitatis ſtudiis abhorrendum exiſtimant & dum pro uera religione ſtare cupiunt, non intelligunt ſe non ſine impietate quadam diuo Auguſtino Lactantio Euſebio : atq; aliis præterea uiri ſanctiſſimi aduerſari:qui a maioribus noſtris & cerimonias & dicendi copiam mutuari religioni noſtræ ſplendorem quendã ac pulchritudinem adiecerunt. Quæ cum ita ſint placuit Ouidii Faſtos quantum meum mihi ſuppeditauit ingenium explicare opus omni antiquitatis ſuauitate perfuſum:ubi præter deorum gentilium feſta priſcos ritus & pleraq; alia memoratu digna ortus occaſuſq; ſiderum hoc nonnullæ hiſtoriæ continentur: quibus rebus lector non delectari ſolum ſed recte inſtitui atq; ad optimam frugem perduci poteſt. Si quidem hiſtoriæ cognitionem ueram diſciplinã exercitationemq; eſſe ad res ciuiles nemo dubitat. Aſtronomia uero ut cæteras eius laudes præteream diſtantia ſidera nobis admonet & quaſi admonet ut æquabilitate uitæ atq; conſtantia cæleſtium motum atq; ordinem immitemur. Accedit ad hæc quod pleraq; urbis templa magnificentiſſima & ædificia olim Romanam oſtentantia maieſtatem:e quibus hac ætate fundamentorum tantum reliquiæ manent aut certe nulla veſtigia uel diligenter explorantibus ſeſe offerunt in eodem opere pene integra & inuiolata monſtrantur : ut eiuſmodi rerum ſtudioſis quæ cernere minime poſſunt ea facile & uidere & contemplari liceat. Quare non inconſulto factũ eſt ut ſtatu rimus tibi Sanctæ Romanæ eccleſiæ Vexillifer inuictiſſime non minus optimarum artium ſtudiis quam rerum bellicarum gloria & ſingulari morum dexteritate præſtanti noſtrum hoc opuſculum qualecũq; fuerit elargiri rem nulli nõ poetarum inter ſti(quod equidem miror)tot ſæculis detractam. Quis enim te dignior horum cõmentariorum titulo ubi magna ex parte de rebus romanis agitur. Nam ut taceam id quod apud Fanenſes nulla temporis longitudo nulla unq̃ delebit obliuio:Redactum abs te Fanum fortunæ patriam meam non incelebrem coloniam Romanorũ in Pii ſecũdi Summi Pontificis ditionem. Vnde nemo eſt Fanenſium:qui uti quondam te hoſtem formidauit atq; in mediis bellorum incendiis exhorruit fulminantem ita & poſt ſpecioſam illam uictoriam tuam placidiſſimum ac beneficentiſſimum expertus non ſingulari quodam amore obſeruantia proſequatur. Vt omittam cæterarum rerum a te geſtarum magnitudinem multitudinem ac fœlicitatem tuo uigore animi:tuis uiribus:tua prudentia comparatam:ita ut merito cum præſtantiſſimis Romanum exercitum ducibus uidearis poſſe conferi. Vt præteream inuiolatam illam & integerrimã fidem:qua tibi tantum auctoritatis & gratiæ apud ſummum pontificem:apud reges atq; alios principes apud eminentiſſimas reſp.cõparaſti:ut nemo eat inficias tuo conſilio tuiſq; auſpiciis omnem Italiam gubernari & tibi acceptũ referri quod hoc tpe in ſumma pace ac tranquilitate præter ſolitum cõquieſcit. Vt tranſeam manſuetudinem & clæmentiam tuam cum in omne hoium genus tum in eos qui te uel grauiſſimis iniuriis affecerũt cælarianæ cuiuſdã ac uere Romanæ magnanimitatis indicium:tibi quidem a natura tributæ ſed phĩæ ac theologiç familiariũ tibi ſcientiarum ſtudio cumulatæ. Regionem præterea & obſeruantiam in deum: quam in tanta curarum mole in tot ac tantis

cupationibus omnibus non modo festis uerũetiam pro festis diebus præ te ferre non desinis. Quid ædes illæ tuæ urbiuates tot excisoq; a te colliũ durissimis lapidibus cameratæ quibus nihil pene comparãdum habet Italia nihil, fere ut ita dixerim uniuersus orbis: quod illa inquam uenustissima & magnificentissima regia non minus cœnationum cæterorumq; locorum multitudine q̃ aptissima distinctione spectanda: item amplissima bibliothæca pensilibus scalis & admirabili quadam ratione suffultus: pauimentis: tectorio: auro nimio: signis picturis: tanta demum impẽsa: tanta sollertia & artificio condita: ut nemo ab eius spectaculo nisi inuitus abscedat: non ne ostendit indignam te principe hanc ætatem oĩbus auaritiæ sordibus ingnatã: te aũt dignissimũ quem ois antiquitas quem Roma illa terrarũ domina si fieri possit inter Lucullos pompeios: Mæcenates: Agrippas ac Cæsares uenerarer: tibi assurgat tui cãdorem animi & excellẽtiam amplexetur. Quod cum fata negauerint: nihil tamen impediet qn & in his commentariis ac lucubrationibus nostris quocũq; modo tibi assurgit antiqtas: & te principem excellẽtissimum multorum ætatis nostræ scriptoq; monumentis imortalitati commendatum cum præsenti sęculo tum posteritas admiretur.

IN FASTOS ARGVMENTVM.

OVlentum opus Nasonis: quod explicãdũ assumpsimus fastorum titulum ac nomen accæpit non a festis diebus. i. festus ut multi ætatis nostræ homies. & quidem eruditissimi fallo arbitrantur: quos Festi põpeii traditio non intellecta decæpit: sed a fastis hoc est libris annalibus unde magnam partem huius operis exceptam esse autor ostendit: ut Sacra recognoscentes annalibus cruta piscis: &, Idem. Sacra cano signataq; tempora fastis. Nam Isidorus nullam fidem meretur q a fastibus. i. potestatibus (ut idem ait) Ouidii fastis nomen inuitum putat. Sunt aũt fasti autore Seruio libri dierum coputationem habẽtes: ubi teste Porphyrione per consules annorum numerũ colligebãt. Erit autem plenior definitio si fm Actionem dixerimus Fastos esse annales in qbus memoria temporum continet: quiq; ad cõmemorationem honorum rerumue gestarum inuenti dicuntur uirtutes indices. Horatius in quarto carminum: Tuas Auguste uirtutes in æuum per titulos memoresq; fastos æternet: idẽ in eodem. Nam coæ referunt iam tibi purpuræ: nec clari lapides tempora quæ semel notis condita fastis inclusit, uolucris dies. Proprie igitur fasti sunt annales fm Sempronii Asellionis opinionem accepti ab A. Gel. traditam lib. y. noctium atticarum addita dierum computatiõe: ii cum per annos singulos scriberentur ex quo tantùm parentem dixere fastorum tantũmodo quod factum quoq; anno gestum esset: aliquid demonstrabant: quorum nonnulli ueluti funesti nihil præter nomina consulum suggesserunt ut Liuius scribit. Differunt autem a diurnis urbis actis: quæ uel humilia recipiebant cum Fastis tantum illustria mandarentur. Vnde illud legimus apud Cornelium Tacitum Nisi cui libeat laudandis fundamentis & trabibus quis molẽ amphiteatri apud campum Martis cæsar extruxerat uolumina implere cum ex dignitate populi Romani repertum sit res illustres annalibus talia diurnis urbis actis mandare iideq; autore priciano fasti fastis diebus nominati sunt nõ quia festi hoc est diis dicati sint cum constet teste Macro. falcos dies pro festis siue negotiosis inesse: qui festis ac sactis aduersantur: sed quia eiusmodi annales cum dies fastos nefastosq; continerent decurt a diebus candidioribus ac melioribus nominari. Fastos autem dies nefastis præstare nemini dubium est. Vnde a Festo pompeio festi dicuntur nefastorum comparatione. Fastis enim diebus eodem autore iocunda fari licebat nefastis quædam non licebat. Quam ob causam Eusebius eos tristes appellare nõ dubitat: si enim dies quãuis propriatri non sint ut. A. Gel. docet pro abominandis tamen interdum accipiuntur teste porphyrione. Horatius. Ille & nefasto te posuit die. Statius in texto thebaidos. Prospectu usus interdusere nefasto. Sane Fasto. rum inuentionem nonnulli: Eudoxo Gnidio astrologo tribuunt Socratis auditori sodaliq; platonis: quod uerum ne sit aliorum sit iudicium. Hunc certe Seruius scribit primum annum deprehendisse: quem tamen dubitandum non est eum hausisse ab ægyptiis disciplinis. Scriptorem autem Fastorum fuisse Lucanus testatur: ut Nec meus Eudoxi uincetur fastibus annus. Eum Laertius refert in ægypto annum unum & menses quatuor moratum mento attonso atq; supercilio. viii. annorũ historiam scripsisse qui ut. A. Gel. meminit non multo post Romam a Gallis captam obsessumq; capitolium in Græcia nobilitatus est. Illud planum est priscis temporibus ad curiam Calabram ubi tm̃ sacrorum ratio gerebat Senatum uocari solitum & populum a rege Sacrificulo: ut (qm̃ adhuc fasti nõ erant) sacrificiorum prenoscerent dies ac ludorum. Primus autem Fastos in uolumen redactos publicauit Gn. Flauius Appii cęci scriba inuitis patribus ut Macrobius refert tãtam plebis gratiam adeptus quæ antea cogebatur rõnem dierum petere a principibus ciuitatis ut natus ipse libertino patre: sicut Plinius scribit creatus sit ædilis curulis præteritis. C. Petilio & Domitio: quorum patres consules fuerant. quo tempore ob dolorem omnis nobilitas dicitur annulos abiecisse. Nec nos lateat fastum cum pro annali libro accipitur frequentius secundę declinationis esse: ut Instabatq; dies qui dat noua nomina fastis. Et tempora si fastosq; uelis euoluere mundi. Inuenitur tamen & quartæ apud Lucanum: ut Eudoxi uincetur fastibus annus. Quod eius errore prolatum Seruius putat qui a Prisciano merito reprehenditur cum antiquiores quoq; inueniantur idem similiter protulisse. Varro: Virtutum causa Iulii Cæsaris qui fastus correxit mensis Iulius appellatus est. Columella.: Verum in hac ruris disciplina sequor nunc Eudoxi & Metonis antiquorumq; Fastus astrologorum. Sciendum Sane Ouidium scripsisse duodecim Fastorum libros: quorum hodie sex tantum extant non posteaq̃ est relegatus in pontum ut quidam asserunt adducti in eã opinionem his uersibus qui leguntur in quarto huius operis libro. Sulmonis gelidi patriæ germanice nostræ Me miserum scythico q̃ procul ille solo, est: sed ante relegationem suam inscripserat enim hoc opus Augusto: cuius editionem illa indignissima relegationis calamitas impedivit quod planum est horum carminum argumento: quæ legimus in secundo tristium. Ne tamen omne meum credas opus, esse remissum Sæpe dedi nostræ grandia uela ratiSex ego fastorum scripsi totidemq; libellos Cumq; suo finem mense, libellus habet Idq; tuo scriptum nuper sub nomine Cæsar Et tibi sacrarum fors mea rupit opus. Ea scripsisse Ouidium constat anno primo sui exilii nondum im-

pleto:ut facillime quiuis diligens lector inueniet:quo tempore nihil nisi flebile a se scriptum fateturi ut carmina scripta mihi sunt nulla aut qualia cernis Digna sui domini tempore digna loco Cæterum Naso relegatus in Pontum plerisq; additis ac mutatis inscripsit hoc opus non Tiberio ut docebimus:sed Germanico Drusi priuigni Augusti filio ut eius intercessione aliquãdo consequeretur ueniam uel reditus uel exilii mitioris:quæ spes eum fefelit.Nam ut Augustum inexorabilem habuit & postq̃ is humanis rebus excessit non dissimilem Tyberium nactus est.Fuit autẽ Germanicus ut ait Suet.ingenio in utroq; eloquentiæ doctrinæq; genere precellẽti & adeo lenis atq; innoxius ut eius uirtutibus motus Augustus diu cũctatus fuerit an eum sibi faceret successorem, quem demum adoptandum Tyberio dedit.Autoris uita.librorum numerus & alia quædam in exponendis autoribus considerari solita ita manifesta sunt ut consulto a nobis prętereantur studentibus breuitati:quos tantum in modum & priuata impediũt negocia & Fanensis resp.ubi uendicat ut nihil ocii fere ad hæc studia relinquatur.

PRAEFATIO IN FASTOS

Paulus Marius Piscinas Poeta Cla.generoso iuueni Georgio Cornelio.M.Cornelii equitis.F.salutem.

POST QVAM mihi ex longa peregrinatione redire tandẽ tua quoq; pace e Venetiis Romã:unde decẽnio anteceſſeram:uelut in portum & optatam quietem licuit.Retuli me.G.Corneli ad ea studia: quæ tam longo tempore intermiseram quã longo a patriis sedibus abfueram : traditaq; publice nec petenti mihi profitendi prouincia fuit.Quam ut arduam:ac per difficilem in tanto doctissimorum hominum cœtu libentissime repudiassem:nisi me uetus amicicia ab instituto repulisset. cuius quotidiano quodam conuicio compulsus eam tãdem aggressus.lyricos primo quidẽ ãno horatianos:ac Ouidii tristia diligentissime interpretatus sum.Proximo uero diuinum illud fastorum opus:in quo tot ueterũ mysteria: tot mythice:physiceq; obscurius recondita sunt:magna cura:ac uigilantia:auditorũq; frequentia professi sumus.In quo nobis eo magis elaborandum fuit.Quo ne uerbum quidem unum efferri potest:quod non his quibus id p̃statur:exceptumq; temerario quodam impetu uulgetur.Dedimus igitur operam ut fideliter interpretaremur:& quãq̃ in cæteris dilucida breuitas semper placuit.In eo tamen opere nolui me continere terminis ut multi solent angustis:qui rẽ plerũq; confundunt:& quod ad diluciditatem redigendum est minus perspicuum reddunt.Ego autem ita rem omnẽ aperui:ut rudibus quoq; pueris facilis cognitu putaretur.nulliscq; obscurioribus locis abesset lumẽ. Inuigilaui plurimũ historiis.& fabulis.in quibus totius fere operis ratio uersatur.Siderum autem obseruationem neq; post habendam censui:neq; de ea supra quam locus exigebat disserui.Etenim si es his ipsis:qui astrorum scientiam profitentur:pauci admodum sunt:qui eam ipsam recte teneant pp mutatas:aut potius amissas:ut aiũt ueras tabulas: quo pacto nos humanitatis professores eam tenebimus.quam ne unq̃ quidem delibauimus Satis erit nobis in p̃sentia poetæ mentẽ per singulos locos aperire:& quod ad rem faciat ab antiquis scriptoribus mutari hoc unum ausim dicere me in hoc opere militiæ meæ morem gessisse:& æquum lectorem nihil esse in eo quod ulterius desiderari quçat iudicaturum lauda utrũq; qua celeritate fuerit a nobis hoc opus absolutum:fuere.n.alii qui cum plurium annorũ in hoc ipso opera exhibuissent:non tamen pluribus annis absoluerunt.Nos uero paucis mensibus ad finẽ deduximus: quod tñ admirationi debet esse nemini.Sumus.n.in ea urbe:in qua humanitatis studia semper floruerunt.Vbi & maior librorũ copia:quam in cætera ausonia:immo in toto orbe possit cõpiri Adde & doctissimorum hoium frequentiam: qui in urbem tanq̃ in cõmunem patriam confluunt:ita ut in omnibus aliqua oriretur dubito statim quem cõsulas occurrit: quod in cæteris locis minime erit:in boni magis Romæ contigit:quam ubi uigenitum. Quo quidem frequentis celerius & fidelius omnia a nobis cõficiunt.Scripserat in fastos pluribus ante me annis.Pauca tamen fidelissimus antiq tatis:& totius latinitatis interpres Pomponius noster.Postea nos secuti prouinciam omnem percurrimus:nihil intactum:nihilq; indiscussum reliquentes Deinde pusiæ Anaclyterius meus uir:tũ græcis:tũ latinis literis ornatissimus:& utroq; dicendi genere illustris fastos & ipse iterp̃tatus est.Idem pauloante fecit doctissimus & eruditissimus iuuenis: interpresq; diligentissimus Ant.Volscus.cum quo est mihi tanta necessitudo & mutua beniuolentia:ut cõi utriusq; titulo lucubrationes nostras essemus edituri.quod occupato illo in propertianis monumentis:& me aburbe digresso: non est in p̃sentia factum.Sed ne quẽq̃ defraudemus plurimum linguæ latinæ conferens:magnã ille laudem in omni studiorum genere meretur.Antonius p̃terea fanensis uir & ingenio & doctrina singularis: & in utraq; eloquentia i indaganda ratione fastorum pluribus iam annis occupatur:nescio si illi ad finem peruentũ est:non enim oẽs quæ nobis est Romæ:eam domi librorum:supellectilem habent:itaq; quæ nobis facillima sunt:reddũtur aliis difficiliora.Accedit locorum rõ:romanorum p̃sertim quæ cũ cæteris incognita sit:& apta nobis:qui in ipsis sumus educati facit:ut omnia sint nobis quem aliis p̃optiora.Taceo de ingenio:quod mihi non mediocre natura fugessit:& de ea quã ego industriam adhibuerim in quo & consilio ualere:& iudicio simul me posse existimo:quod aliorum quoq; testimonio comprobatur:qui iudicium meum in multis expetiuere:& expetitum sunt oĩo secuti.Liceat ita fine arrogantia loq: ne cuiq̃ benemerenti uera laus detrahat cũ primus ego per totum hoc ingens pelagus audent.Cimba cucurrerim: quæ prius incognita erant cæteris apuerim & ita apuerim:ut ulterius inquirendi laborem oĩbus ademerim:quod si illi qui modo uiuunt:laborioſi huic laudi nostræ essent ingrati.Spero equidẽ mihi posteritatem ingentis gr̃as habituram.Tibi uero in primis.G.Comeli laborem hunc nostrum pro tua in me humanitate:& omni officiorum genere dicamus:ut si qñ mea uox coram tibi domi proderat audiẽti prosit & in posterum quoq; absenti: & tecũ abeas unde pullulantem iam ubi sobolem queas:& ducibus erudire:& bonis quoq; moribus instituere:non.n.sola fastorũ & gloria tete manet:sed quæ ad institutionem uitæ humanæ pertinent: Tuo ẽt nomini dedicantur officialia ipsa præcepta.tanto a nobis labore & diligentia lucubrata:ut prodire ex ipsis ueræ academiæ fontibus uideant Quin & ingens illa pharsalia:& artis rhetoricæ p̃cepta summa cũ uigilantia:& fide a nobis interpretata: tuoq; itidem nomini dedicata fore quidem existimo immortalem tibi gloriã paritura:Quæ si tibi grata esse cognouero labores oĩs meos protinus expectato.Facigitur si tuæ laudis eris studiosus:ut lçto munusculum hoc meum aĩo te suscepisse:& gratũ fuisse cognoscam.Sed iam nimis euagatus sum:ad poetam ipsum tandem ueniamus.

Ouidii uita per Paulum Marsum Piscinatem poetam clarissimum.

PVBLIVS Ouidius Nasopelignus sulmone ex eq̃stri natus ē ordīe:eo tpe quo Hircius & Pansa cōsul. mutinēsi bello pierē:Secūdo ququatrioꝝ die.xiii.calē.Apri.sub Plotio Grippo lr̄is operā dedit.M.Var.& Gor.gallo acceptissimus:stimulāte patre foro aliquādiu icubuit:Reos plerūq; defendit iudicium:inter cē tumuiros dixit.Declamauit accuratissime unde & merito inter declamatores cum Seneca cōmemorat. Defuncto patre ad poeticem redit.Militauit sub.M.Var.& cum eo Asiam petiuit:nec prius in urbem reuersus:quā græcum sermonem inhibisset. Vxores breui duas habuit:tertia tamē diutius secum mansit:ex qua Perillā genuit. Demum ab Augusto in exilium missus est:anno ætatis suæ quinquagesimo.Exulauitq; annis nouem:periit in ea in felicitate ān̄o Tyberii quinto.Sed huius exilii cā uaria refert de qua alias late disseruimus refellentes uarias & eoꝝ in primis opiones.q Sydonii testimonio Liuiā:seu Iuliā Augusti:aut Tyberii filiā amasse referunt:& ea cā in exilium missum:eamq; sub corynne noie celebratam:quod facile refelli pōt si diligentius sydonii uerba trutinabimus q cum uelit endecasyllabis:Narbonēsem quēdam poeram sup cæteros extollere:quos aut aperte noīa:aut periphrasi ostē- dit.De Oui.sic inquit.Et te carmina p libidinosa Notu3:naso tenet:tomosq; missum.Quondam cæsarie nimis puellę. falso nomine subditum Corynne:hoc est quod multos decipit.Sed ordine ipso iterpretemur uersus: & res ipsa luci dior fiet.Superat inqt:te naso tener lasciue notū.in famē in carmina libidinosa:ꝓpterea qđ artem amatoriam scripsi sti:& missum tomos uidē:quēadmodū hoc loco conīūgit: & missum tomos p carmina quoq; libidinosa & sine cōiun ctione subditi:Quōdam nimis subditum puellæ cæsareæ falso Corynne noie per hęc uerba nō ostēdit ea causa mis- sionę subditi:Quōdam nimis subditum puellæ cæsareæ falso Corynne noie per hęc uerba nō ostēdit ea causa mis- sionę fuisse in exilium:quod cæsare puellā amarit:sed quod artem scripserit:Sed quæ fuerit hæc cæsarea puella in du- bio est:nam si recte pspicimus puellam nō tam p filia:aut nepte:quā p ancilla accipere possumus:uti & puerum:cuꝰ pueros nō modo filios:& quæ sunt ætate puerili:sed ēt seruus uocamus:ut sæpe numero apud poetas: & oratores inuenies:quod ēt ostēdit Paulus iurisconsul.de uerboꝝ sig.potuit igit cæsarē ancillā amare & eā sub Corynne noie celebrare.In lib.ii.ad Corynnā nihil est dignū principe muliere.nā ad eādem cœnam eunt:certe cum principibus non esset multa imprecat in uirum:in Cæsarē nō ita fecisset:accedit illa ad illum nō,esset princeps laniat capillos:non ita de mens fuisse ut principis laniasset.Præterea in oībus querelis:& quæ in lib.tristiū:& quæ in his de pōto scriptæ sunt: nihil de amore querit:nisi qđ artē scripserit:nihil in amorē imprecat:errorēq;:id quo dānatus sit nō culpā:nō scelus. nō crimen uocat:ac si demōstrare uelit errorem alienuꝰ crimē incidisse:uel ut alii dicunt q Iuliā nudam uiderit: uel q Cæ. Aug.in re turpi deprehenderit.Idq; facile ex eo loco percipi pōt:cur aliqd uidi:cur noxia lumina fecit cur ipru- denti cognita culpa mihi:quoꝝ uersuum sniam multi puerterunt.dixit.n.cognita culpa:nō hic de ,sua sed, de alterius culpa dixit.Et in hoc subdit Actheonis tēplū:q inscius in dianam nudam incidit:sic & eū inscium in aliqd simile inci- disse cōiiciēdum est:quod oīo negari nō pōt:cū in tertio tristium lib.dicat.Inscia.quod crimē uiderūt lumina plector. Peccatūq; oculos est habuisse meos:& pluries in eadē sniam redeat.Etenim quāuis cæsaream puellam amasset:certe non hoc errorem:nō inscie deliquere dixisset:nā & conscie & summo scelere in augustā maiestatem deliqsset.Reling tur ergo qđ aliqd uiderit:ex quo Aug.in odiū ꝓuocarit:& exilio sub artis amatoriæ culpa mulctatus sit:Scripta ele go heroicoq; carmīe reliqt multa quæ maxīe:& usui ornamento linguæ romanæ sunt heroidū epistolas plures.Ar- tis amatoriæ libros tres.Amoris remedii libros duos.De amoribus ad Corinnam libros tres. Trāsmutationuꝰ libros quindecim.Scripsit & tragœdias quarū maxīe & a Quint.& Cornelio tacito Medea probabat in quæ quātum uale- ret igenio ostēdit Librū in malos poetas cōposuit:ut Fabius Quint.refert.Epistolā scripsit ad Liuiam augu.de mor te Drusi.bellum actiacum inchoauit ad Tib.lib.duos.In exilio tristium lib.v.De ponto quattuor.Fastorum lib.xii. Scripsitq; in ibin iprecationē.uaticiniaq; uno libro complexus est:Scripsit & trīūphum Cæsaris. Postremo de pisci- bus opus ichoauit:quē postea imitatus est.Oppianus Lingua letica libellū de gestis iperatoris apud getas edidit: qn ēt & alia pleraq; scripsisse constat.Interiere tn̄ multa:seu librarioꝝ icuria:seu posteritatis inertia. Fastorum autē sex tantūmodo in nostra sæcula puenere:cum & ipse duodecim scripsisse dicat.Sex ego fastorum scripsi:totidemq; libel, los.Cumq; suo finem mēse libellus habet.Hos autē multi putant Romæ ichoasse.Sed in pōto absoluit:ut patet ex eo loco in quarto libro cū inqt Sulmonis gelidi:pr̄iæ germanice nostræ:Me miseꝝ scythico quam ꝓcul illa solo nā ide scripsisse oñdit.Ego aūt puto eū i pōto itegrū opus absoluisse:sed tm̄ sex libros emēdator edidisse reliquos nec emē- datos nec editos icuria post eius iteritū periisse.Dicunt̄q; hoc opus non tyberio Aug.uel multi asserunt sed geemani- co Drusi fratris Tib.filio illius drusi:q in germania oppetit.Nam si tyberio dicasset: cum Augu.filius eēt:adoptiuus tamen nō in hoc prio libro dixisset.Et tuus augusto noie dictus auus.Auus.n.Tyb.fuit Cæsar & Aug.pater:ex ado- ptione tamen.Ergo de Augusti nepote itelligendum est non de filio.& id ea fortasse rōne:quod germanicus plurimū a militibus amabat.Si qn̄ iperaret: quē iā sibi poeta conciliasset ab eo restitueret in patriam.uel quod per eum in Cç. gr̄am rediret.Hic.n.germanicus ut auctor est Tranqllus missus ad exercitum in Germaniam: excessu Augusti nūcia to:legiones uniuersas iperatorē Tyb.pertinacissime recusantes:& sibi summa reipublicæ deferentes incertū cōstātia: an pietate maiore compescuit:atq; hoste mox deuicto triumphauit.Huic igitur dicati sunt fastorum libri:in qbus sa cra totius anni describuntur:& ut de uerbi definitōe differamus.Pompe.lib.vi.de significatione uerborum ita inqt. Fastorum libri appellabantur in qbus totius anni fit descriptio.Et subdit.fasti sunt:ea rōne uolebant e nostris multi posse annales dici.In hoc tn̄ differunt:qa i ānalibus plurium annoꝝ res gestæ continebant seruato cuiusq; anni ordi ne.In fastis uero nō reꝝ gestaꝝ aut multoꝝ temporū series:sed deorum cultus:& oīa ad religionem istituta quacun q; cā per stata totius anni tēpora suis qbusq; mēsibus cum ortu & occasu signorum referunt.Eratq; illud pontificum. ut quæcunq; patres sua religione istituissent sacra.& cerimonias omnes i fastos redigerent.Pluresq; lōge ante Ouid. e nostris fastorū poetas scriptores accepimus.Primumq; Liuium Andromicum:deinde Ennium. Postea alios quoq; multos.Ouid.uero longe post euolutis priscorum fastorum libris:& pontificum monumentis:& annalibus uetervū oīa:quæ ad rem sacram pertinere uisa sunt reformato in certiorem ordinem anno:signorumq; obseruationem in fa- stos suos serioſus redegit. Sed iam ad præfationis interpretationem ueniendum.

Festum Iononis & æsculapii.
iiii nonas
iii nonas.Cancer occidit
Pridie nonas
Nonis lyra oritur
viii idus yii idus
vi idus
y idus agonalia Ian delfin orit
iii.idus media hyems
iii idus festum carmentis & iuturnæ Pridie idus
Idibus festum iouis. Octauius dictus Augustus.
xix calendas februarii
xviii cal.festum carmentis porrimæ & postuertæ.
xvii cal.festum concordiæ
xvi cal.Sol in aquarium transit relicto capricorno
xv cal. xiiii.cal.
xiii cal. xii.cal.
xi calen.
x cal.lyræ pars occulitur
ix pectus leonis occidit festū lementis
viii cal.
yii calen.
yi cal.festū Castoris & Pollucis.
y calen.
iiii calen.
iii calen.
Pridie calen.festum pacis.
℄Calen.Februariis.
iiii nonas festum.Iunonis: & sospitæ sacrificium iouis capitol.lucus asyli celebratur.
iii no.lyra penitus occidit:terga leonis occidunt.
Pridie nonas delphin occidere incipit.
Nonis Augustus: dictus. P.P ganymedes oritur
viii idus
yii idus
yi idus
y idus initium ueris
iiii idus
iii idus Bootes oritur
Pridie idus
Idibus festum iouis & fauni nefastus dies fabiorum
xvi.calē.martias Coruus & anguis & crater oriuntur
xv calen.lupercalia.
xiiii calen.aura mutatur:sol trāsit in pisces
xiii calen.
xii calē.festum stultorum fornacalis:feralia Festū deç mute
xi calen.caristia sacra
x calen.festum termini
ix calen.
viii calen.
yii calen.
yi calē. Tarquini superbi fuga.
y calen.
iiii talen.
iii cal.equiria in campo martio
Pridie calen.
℄Calen.martiis festum iouis & martis ancilia feruntur uetitæ nuptiæ
yi nonas
y nonas alter piscis occulitur
iiii nonas bootes occidit:uin.demitor apparetur
Pridie no. festum uestæ cathedra iulii cæsaris
Nonis festum ueiouis Pe ag sus oritur
yi idus
yiii idus oritur corona
yi idus
y idus
iiii idus altera equiria iuxta tyberim
iii idus
Pridie idus
Idibus festum annæ perēnæ:cædes Cæsaris.
xvii calē.apri. Scorpius occidit
xvi calē.festum Bacchi Pompa Castoris & Pollucis: & orit miluius:
xv calen.
xiiii calen.quinquetria Mineruę
xiii calen.
xii calen.
xi calen.Sol in Ariete
x calen.
ix calen.
viii calen.
vii calē.æquinoctium uernum
yi calen.
y calen.
iiii calen.
iii calen.festum lani concordiæ: salutis.& pacis
Pridie cal.festum lunæ in auentino
℄Calendis aprilis festum iunonis & uirilis fortunę ueneris: Scorpius occidit,
iiii nonas pleiades humeros paternos releuant
iii nonas
Pridie nonas
Nonis festum Cybelis.
viii idus festum publicæ fortunæ in cole quirinali.
yii idus
yi idus ludi in honorem iulii cæsaris propter cedem iubere regis:Libra occidit & orion.
y idus ludi in honorem cereris & deoꝝ imagines efferūtur
iiii idus
iii idus
Pridie idus
Idibus festum iouis victoris & libertatis.
xviii ca.malas grando augustus uictor mutiuæ
xvii calen.sacrū sorde bouis
xvi calē.uictoria Augusti & de Antonio hyades occidunt.
xiiii calē.equiria in circo uulpiū combustio
xiii calen.Sol in Taurum trāsit
xii calen.natalis urbis.palilia.
xi calen.
x cal.uinalia.transfertur uenus.
ix cal. viii cal. yii cal.
iiii calen.medium uer.aries occidit. festum rubiginis. canis oritur. iii cal.
Pridie cal.festū Floræ. Vestæ & phœbi.& Augusti in palatio.
℄Calen.maiis orit capra amalthea. ara larum
yi nonas sacrificia aristarum. hiades.oriuntur ludi Floræ.
y nonas oritur chiron.
iiii nonas
iii nonas libra apparet.
Pridie nonas Nonis.
viii idus
vii idus lemuria fiunt orion occidit.malum nubere.
yi idus y idus
iiii idus festum martis ultoris
Pridie idus pleiades oriunt æstatis initium.idibus Taurus apparet: scyrpea simulachra in Tyberim. festum Martis.
xvii calen.iunias
xvi calen. xv calen.
xvi.calen.
xiii calen.sol in geminos transit. agonalia.
xii calen.canis erigonius oritur.
xi calen.lustria Vulcani.
x calen. ix calen.
viii calen.
vii calend.sacrificium pro fuga Tarquinii. yi cal.
y calen.festū publice fortunæ.
iiii calen.aquila icipit apparere.
iii calē.Bootes occulitur.
Pridie cal.Hias oritur.
℄Calendis iuniis festum carne. iunonis monetæ.martis tempestatis aquila oritur.
iiii nonas hyades oriuntur.
iii nonas
Pridiæ no.festum Bellonæ:templum factum herculi.
Nonis festum lancti Fidii semiparis. viii idus
vii idus urla minor occidit festū Mentis.
Ludi ad honorem Tyberis.
vi idus festum Vestæ.Asini coronantur.ara iouis pistoris.
y idus oritur delphin.
iiii idus matralia fiunt. festū fortunæ.& Concordiæ
iii idus
Pridie idus.
Idibus festum iouis inuicti: quinquatria mineruæ.
xviii calen.iulii.
xvii calen. Thyene apparetitēplum uestæ purgatur.
xvi cal.zephirus mitigatur bonum nauigare.
xv cal.orion oritur delphin apparet.sol ingreditur cancrū
xvi cal.templum palladis in auētino
xiii calen.festum Sumani.
xii calen.Aesculapius oritur.
xi calen.
x calen.
ix calen.Flaminius uictus est.
vii cal.festum fortis fortunæ.
vii calen.orionis zona aspicitur: solstitium æstiuum:
vi calen.
y calen.festum Laris & Statoris.
iiii calen.templum Quirini.
iii calen.
Pridie calen.

℄ROBERTI ursi ariminensis iurisconsulti Epigrāma ad Paulum Marsum piscinatem Poetam clarum:Et oratorē illustrem.

Fastorum quisquis latii monumenta tenere:
Signaque cum causis:lapsaue orta cupit.
Te legat:hic celebri naſonem interprete marso
Doctus:erit marsi lingua diserta mei est:
Euganeis fuerat:latiisq; incognitus oris.
Naſo:uelut geticus: sarmaticusq; foret.
Tu nihil inuidiam ueritus: nihil inde labores:
Nil hos:qui nasum thinocerontis habent.
Grande opus aggrederis: deles mendosa:recludis:
Abdita:te propter quæq; reposta parent.
Naſo tibi:tibi nos multum debere fatemur.
Omnia sunt scriptis facta serena tuis.
Marse diu felix merito tibi parta perennis
Gloria:& æternum nomen ad astra.Vale.

VOCABVLORVM INDEX

¶A ante B C & D

Abaddir 115
Aborigines 157
Accolia 73
Acca 73
Accensi 75
Accia filia Iuliæ mater fuit Augusti 186
Accia fuit soror Martiæ 186
Acer 25
Aceruos fœni accensos transiiebant pastores 132
Acerra sarcula thuraria 139
Acerra quid sit 139
Achates est ptiosi lapidis nomẽ de quo Plinus in prohemio libri ultimi 93
Achelous 41
Achelous in Aetholia flu. 150
Acis fluuius 124
Aemonides seu Pyragmon 118
Actium epiri promontorium 38
Ad colendas græcas 5
Adamantis duritia 100
Adamas lapis duritia inenarrabili ut ait Pli. 100
Adipalis seu auguralis cœna 165
Adonis 147
Addicere unde 5
Addicti uel Annexi 5
Adolere 16
Adorare 20
Adoreum 20
Adorea liba 20
Adorea gloria 20

¶A ante e f & g

Aedes Carmenti Dicata a matribus Romanis 34
Aedes concordiæ: & uulcano dicata 35
Aediles fabam: & cicer iacebant in ludis Floralibus 146
Aediles plebæi sacras: & priuatas ædes curabant: et Annonæ præerant 149
Aeetæ filiæ tres 41
Aeeta rex colchoꝝ i scythia 103
Aeginetica æs 32
Aegai & helice filiç oleni filii uulcani muricem Iouis fuere: Alii Artiemidẽ: & Amaltheã nymphas aiunt: alii Aegam filiam Solis alphanos uxorem 143
Aemus 23
Aenei baltei 87
Aeneas condidit urbem quam Iauiniam appellauit 93
Aeneas uoluit suos troianos dici latinos 93
Aeneæ filii 98
Aequiculi 74
Aequiculi Anni uarietas 74
Aequũ: & bonũ qd significat 83
Aequinoctium uernũ septimo calen. apriles æquidiale 103
Aerarium 13
Aerarii milites 13
Aeruscare 13
Aeris inuentum 13
Aera in sactis adhibebãtur 114
Aesculapii tẽplum a Romanis conditum 17
Aesculapium auguriis & diuinationibus præesse 17
Aestatis in lauro 46
Aestatis initium uergiliarum ortu 156
Aesculapius oritur secũdo calẽ. Iulias 183
Aetnam pro catana positã nota 123
Aetna 124
Africani cognomen 32
Africanus collis 184
Agamemnonis filii 110
Agamemnon: & menelaus filii plysthenis: non atrei 149
Agilla 171
Agonalia 19
Aguati 63
Agonus Deus qui præesse rebus agendis 11
Agonalia quinto Idus ianuarias 19
Agones 19
Agonia 19
Agonius Dies 19
Agonus ludus 19
Agonii Dei festa 19
Agonia 19
Aegon certamẽ unde agonũ 19
Agragus 125
Agrippæ 34
Agrigentum 125

¶A ante l m & n

Alalcomenia 102
Album candidum 34
Albula 54
Albæ uestes adhibeatur ab aristarum colore 150
Alba spina data Dono a Iano craneæ 164
Alcmæonis fabula 41
Alexander cum exercitu hedera coronato ex india rediit 99
Algidum 183
Algidus mons non longe a tusculo 183
Aliud fuit nomen urbi Romæ qđ noiare nephas erat 135
Alius fuit Haidrubal frater hannibalis uictus a claudio Nerone 184
Almo fluuius 62. 120
Almo fluuius 62
Almuni 105
Alma dicit ꝓprie terra dea 114
Alueus pro cunis 55
Alueus quid significet 55
Amantis audacia 25
Amarantus 123
Amarantus est spica purpurea uerius q̃ flos 123
Amaltheæ fabula 142
Amaltheã ab Hãmone ad ceraunios montes dilectam 144
Amantes creduli 163
Amata 169
Amburbiales 20
Ambaruales 20
Ambegnibos 20
Amestris uxor Xerxis 169
Amyclæ Apollini sacræ 147
Amor duplex 105
Amphiaraides 41
Amphibia olor græce dicitur cignus 44
Ampelos 87
Ampelos fuit puer thrax 87
Amphitante 160
Amuli? nsitorẽ frẽ interfecit 63
An obstiterint: an institerint legẽdum sit 19
Anapis 124
Anacalyptræ nymphæ 123
Anclare 170
Ancilia martis feruntur a saliis calendis martiis 82
Ancile unde dictum 86
Ancile pelta appellatum thracium 86
Ancilia undecim a Mamurio facta iussu Numæ 86
Anclabria 170
Angitia 41
Anguis: & Crater oriuntur. xvi. calen. martias 49
Agenora 61
Anio fluuius 62
Animus honesti conscius est et mali 119
Anien ab aliis anises dicit 124
Anien fluuius 124
Animo deo constituta est ara in uia noua: qua ibi audita est uox gallos aduentare Romam 172
Anna perẽna rapta fuit a fluuio numicio in uxorem 92
Anna ẽt phœnissa dicitur 93
Annæ sermo ex flumi. numicio cum eẽt facta dea annorum: quam alii dixerunt themin: alii ipsi crediderunt secundũ dionysium 94
Annæ perẽne festũ idib? mar. 91
Annus institutus a Iulio Cæsare in dies 366 & sex horas 78
Anna perenna 91
Annus triplex 1
Annus unde Dictus 1
Annales 2
Annuli 8
Annus ciuilis 39
Annus eudoxi 39
Annus chaldaicus 39
Annus metonicus 39
Annales maximi 39
Annus romuli 25
Annus p numã institutus 77
Annus institutus a caio cæsare qui nunc seruatur 78
Annæ statua erecta a populo Romano post conciliatos senatores cum plebe 95
Annus dicitur solaris ad differẽtiã anni lunaris
Annusi iuniores: & seniores diuisus a senatu 163
Anser inacho mactatur 26
Anseris iecur 26
Anseris lingua in cibo 26
Antiquis temporibus thure nõ supplicabant 20
Antisteton 45
Antepilani 75
Antepenultima in proprio producitur 108
Antiphates Rex lestrigoꝝ 109
Antenor pacis auctor 110
Ante portam collinam est templum ueneris 137
Anterior an iterior sit meli? 142
Anteportam capenam fuit ædes mercurii 159
Antiphera 177
Antiphera in cheronea in æde matutæ 177
Antarcticus & arcticus pol? 183
Anthedon 184
Anubis ab ægyptiis dicit mercurius deus 158
Anxirus Iuppiter 88
Anxur 88

¶A ante p & q

Apamæa in marsiæ fluuio ciuitas sita 182
Apes gaudent tinnitu eris 98
Aphron 105
Aphroditç 105
Apollo de cultu & sacris deorum 25
Apostrophe ad tiberium 35
Apostrophe 44
Apostrophe digna ad deum terminum 65
Apollo artis medicæ reptor 101
Apollinis templũ in palatio 139
Apollini & ueste sacrificat calẽmaii 139
Apothecas triclinares melicas calenas 144
Apollo smintheus 174
Appiania tecta 165
Appius captus oculis tempore pyrrhi Regis epyrotaꝝ 166
Appius claudius & appius plautius tibicines expulerũt tribuni 181
Aprilis 4. 105
Aprilis est mẽtis gẽtis iuliç 106
Apud accium promontoriũ homo imo labat apollini 158
Aqua uirgo unde nomen accepit 26
Aquarius 35. 46
Aqua: & ignis interdicebat exulibus 134
Aqua: & ignis interdicebantur exules 134
Aquælicium 85
Aquilo 46
Aquilonius 87
Aquila in cœlũ translata 160
Aquila quæ rapuit ganymedẽ oritur die. 28. Maii 160
Aquila oritur calẽ. iunias 166

Ara maxima a magnitudine fabricæ dicta 31
Aratrum 36 Ara consi 79
Arabia 127
Ara larib⁹ uenul. collapsa ẽ 145
Ara iouis pistoris 171
Arcadiæ montes insignes 23
Arcades ante lunares 27
Arcadia 27
Arcades fugasse oẽm græciam uetustate 27
Arthop. idẽ ẽ & bootes 46.87
Arctophylax 46
Arcturus 46
Arctos nunq̃ occidit 48
Arcades antiqssimos fuisse 51
Arcadia dr̃ pelasgia ẽt lycaonia gigantida: & parrhasia 51
Arcula thuraria 139
Arcas reptor citharæ uocat' 143
Arctophylax occidit septimo idus iunii 167
Archimedes 168 Ardea 66
Aretusia templa 116
Arethusa 123 Aræ ficcæ 172
Argẽti moneta cũ bigis aut quadrigis: in altera parte erat caput consulis 13
Argeos 100
Argei ad radi. mortis pallã. 100
Argestis flare incipit sexto nonas maias 146
Argestis 146
Argei scirpeæ effigies 157
Argei unde dicti 157
Argui 157 Argea 157
Argos ciuitas condita a perseo ut refert strabo 162
Aristæus 22 Aricia 82
Ariadnæ in dia insula relicta a theseo fuit 89
Arietis signum 102
Aries prꝰceps signo. no. aulã 102
Aries Marti assignatus 105
Aries occidit 17 calẽ. maia 138
Aries 103
Armillæ quæ sint 15
Armillum 15 Armati 76
Armifera minerua sicut mars dicitur Armifer 95
Armilustrium 102.160
Artophylax seu Bootes idem sunt 47
Artemis 82
Artemisiũ 82 Artoptos 170
Aruns uir Tulliæ primus ueneno est necatus 178

¶A antes & t

Ascanius dictus est iulius & euryleon 93
Ascanius 108
Ascra ciuitas iuxta heliconẽ de qua fuit hesiodus 161
Ascra 161 Ascire 164
Asinus mactatur priapo 23
Asylum ubi duo luci 88
Asini coronabantur 170
Asini indicatio ad uestam 171
Assidelæ 170
Astrologiæ laus 18
Astrum latine stella dicitur 44
Astutia sexti 66
Astrum cæsaris dionei 96
Atandrum 118
Athenienssium inuenta 127
Atys & eius fabula 116
Atys cræsi filius 116
Atys 147 Atlantes tres 106
Athenienses primi oleo in gymnasiis exercuerit 148
Atra uestis in luctu 4
Atri dies 6
Atrios. i. agrestis 59
Atrium 129.169
Atrisi libertatis in auentino 129
Atrides 149
Atrium uestæ 168
Attalicæ opes cypriæ: & corynthiæ 13
Attalus rex pergamensium 117
Attali duo 117
Attalica 117
Attal⁹ simulauit de mr̃e deo. 118
Attagen ionicus 164
Atropos 100

¶A ante u & x

Auari 13 Auerlari 2
Auentinus 30
Auentinus fulmine ictus 109
Augurũ signa diuersa 12
Auguria ex auibus 25
Augusti cognomen unde 32
Augusti loca 32
Augustus unde dicatur 33
Augusta loca uñ sunt appel. 33
Augustus tẽplorꝫ conditor restituto rꝫ 41
Augustus prꝰis patriæ cognomẽ recepit nonis februariis 45
Augustus titulũ cœpit imperii xvi. calẽ. maias 130
Augurium urbis romæ 136
Augusti ædes in palatio 139
Augustus tribuit maiestatẽ 155
Augustus cæsar in suo pontificatu auxit numerum sacerdotũ: & præmia uestalib⁹ 174
Aula pro olla 5
Aposthumii dictatoris uictoria de latinis 183
Aureus nũmus qñ pcuss⁹ fuit 13
Auriga 143
Auspicia pestifera 5
Austrinus 87
Autumni in leone 46
Auus 81 Axis 75

¶B ante a & e

Bacchus 23
Bacch⁹ donauit uitẽ ampelo 87
Bacchus in indiam profectus ad militiam 90
Bacchi sacra. xv. cal. apriles 97
Bacchi gesta 97
Bacchi inuenta 97
Bacchus ĩsutus fœmori iouis 97
Bacchus priuauit lycargũ oculis & thra. tharopi tradi. 97
Bacchus maxime fuit ipius contra penthemai & lycargũ 97
Bacchus mel repperit 98
Bacchi simulachrꝫ cũ cornib⁹ 99
Bacchus poeta 114
Bacchus dictus ignigena 175
Bartholellus ph̃s illustris 37
Barbarorꝫ regiones raro gignit hoies ingenio pstantes 75
Basinius parmensis 19
Bellona 71
Bellerophantis fabula ex historia sumpta 89
Bellona dicitur pallas quæ bellis præest 101
Bellonæ festam pridie nonas iunias 166
Bellonæ tẽplum ubi 166
Bellona dicitur a duello 166
Bellum cũ pyrrho sumptũ 166
Bellona dicit martis soror 166
Beneficium anne pp qđ ipsi erecta ẽ statua a ppło romão 95

¶B ante i & o

Bidentes 42 Bidental 42
Brigati 13
Boarium forum 32
Boeotus orion 154
Bonæ deæ festũ cal. maias 145
Bõa dea dicta ẽ dea publica 145
Bootes 46
Bootes orit tertio id⁹ febru. 46
Bootes piger 46
Bootes in cœlũ transtatus 46
Bootes & oritur & occidit 48
Bootes tardus 87
Bootes occidit tertio nõas martias 87
Bootes occidit 160
Boreus 56
Borealis: & australis regio 58
Boues egregii 21
Bouis usus 22
Bouẽ occidere capitulo erat 22
Bouis cædendi mos 22
Boues ab hercule abducti 30
Bouillæ 95

¶B ante r & u

Britomars 174
Briareus 100
Bromes 118
Bruma 11
Brutus unde dicitur 69
Bruti oratio ad populũ, de morte lucretiæ 70
Brutus callaicus 175
Bulla aurea cũ toga 99
Burrhanica 133
Burrhum 133
Bussum 133
Buxum p pectine 167

¶C ante a

Cacus 30
Caci spelunca 30
Cacus habebat spelunc̃ in mõte auentino 168
Cadmus 23
Cadmus in draconẽ uersus tandem 103
Cai⁹ flacc⁹ i lib. de iur̃ papy. 90
Calleci circha lusitaniam 175
Callatium aut callecium uel callaicum dicitur 175
Calendæ iunonis 5
Calendæ unde dictę 5
Calare 5
Atri dies ℣ Oībus iſtis (Ne fallare caue) p̄ximus ater erit: dies qui ſunt poſtridie calēdas, nonas, idus: quos qdam praue ac perperā Nefaſtos appellant, atri, inominales, ſiue īpediti ac religioſi ſunt: hoc ē triſti omīe īfames: in qb⁹ nec quoq; exire, nec pegre p̄ficiſci cōſueuerūt: & rē diuinā facere, ac rem quāpiam nouā exordiri tēperabāt: quibuſq; nec Iouē, nec Ianū, nec quēq; ſuperū p̄fari fas putabant. Dictiq; ſunt aliēles ac poſtriduani: qm̄ Sulpi. tribunus militū ad Aliā diuerſus i Gallos pugnatur⁹: qd̄ flumē ab Vrbe. xv. millibus paſſuū diſtat rē diuinam dimicādi gr̄a poſtridie idus feciſſe dicit: poſteaq; ad Aliā cum exitio urbis fœde pugnatū eſt. Qua de re cū in ſenatu uerba fierent cōplures ſenatores recordari ſeſe dixerūt quoties belli gerēdi gr̄a res diuina poſtridie calēdas, nonas, idus a magiſtratu populi Ro. facta eſſet eius belli p̄ximo deinceps prælio remp. male geſtā. Senatus eā rē ad pōtifices reiecit, ut ipſi qd̄ uideret, ſtatuerēt. Pōtifices decreuerūt nullū his diebus ſacrificiū recte futurū, eoſq; dies neq; præliares, neq; puros, neq; comitiales eē. Alii poſtriduanos dies atros, atq; infauſtos eſſe dicūt: qm̄ inferis dicati ſunt: cū nonaq;, calēdaq;, atq; iduū dies, q̄ principes appellanṫ faſti ac ſacri habeanṫ: ſintq; īparibus numeris terminati, cōtraq; atri paribus terminēṫ. Lege Plutarchum in qōnibus. Dies atros nonnulli cōes uelut ad emendationē nois uocauerunt (teſte Macrobio) in qbus etiā parētare nō licebat, cū in parētationibus p̄fari ſanū ac Iouē neceſſe ſit: quos noīari atro die non oportebat.

Poſtriduani

PAV. MAR. ℂ Alba agna grandior: pinguis. ℣ Cadit: īmolatur. ℣ Ioui: ad honorē Iouis. ℣ Idibus: die iduum. Quilibet enim menſis calendas, idus, & nonas habet: ut primi dies mēſium ſunt Iunonis: ita idus ſunt Iouis: & idus dictæ: ut inquit Varro ab eo q̄ Hetruſci itis: uel potius q̄ Sabini idus dicunt: aut dicuntur idus quaſi uidus detracto. u. quod eo die plena Luna uideatur: aut quia iduare apud Thuſcos diuidere eſt. Diuidunt enim menſes præcipue nonas a calendis: uel ab hoſtia eo die Ioui īmolata: quaq; idulium appellabant: & Macrobius refert nomen hoc a Thuſcis eſſe: apud quos is dies itis uocatur. Item illi interpretabantur Iouis fiduciam. nam cum Iouem accipiamus lucis auctorem: unde & Lucetium Salii in carminibus canunt, & Cretēſes ΘΗΥΗΤΩΡΑ uocant: Romani Dieſpitrem ut diei patrem, iure dies hic Iouis fiducia uocaṫ: cuius lux cum Solis occaſu nō finitur: ſplendorem diei, & noctis continuat illuſtrante Luna, quod ſemper pleniluniō: ideſt in medio menſe fieri ſolet. Diem uero qui nocturnis caret tenebris Iouis fiduciam Thuſco nomine uocauerūt: unde & oēs idus Iouis ferias obſeruādas ſanxit antiquitas. ℣ Nonarum: nonis nulli Deo ſacrificatur: ideo ſub nullius numinis tutela eſſe dicūtur. Nonæ (ut Varro ait) a pontificibus quintanæ, & ſeptimanæ dictæ, & ab eo qd̄ ante diē nonū ſunt, dūr: aut a nona Luna: cum pontifex eo die nonā Lunā obſeruaret: & uiſam regi ſacrificulo q; indicabat. Vnde nonæ quaſi nouæ Lunæ initiū: aut qd̄ ab eo die ad idus nouē ſunt dies. Veq;, ut diximus, ſub tutela ſūt nullius numinis: qm̄ Iunoni & Ioui cōes relinquunṫ. ℣ Tutela nonaq; caret Deo: p hypallagem: hoc eſt nonæ carent tutela Dei. ℣ Proximus oībus iſtis: hoc eſt dies qui ſequitur calēdas, nonas, idus. ℣ Erit ater: erit infaſtus. ℣ Caue ne fallare: ne decipiaris: nā poſtridianos dies calendaq;, nonaq;, iduū infelices habendos cenſuit antiquitas, ut mox dicam. Dicetem rōnē calēdaq;, iduū, & nonaq; niſi uel pueris notā quoq; ſcirē. ℣ Omen ab: qd̄ atri dies ſint ab eo q̄d in his euenit, obſeruatū eſt: uti refert Aurelianus ille Vectius cum infeliciter dimicatū eſſet: ut apud Gelliū eſt annaliū. xv. & Caſſum Heminam libro hiſtoriarū ſecūdo. ccclxiii. urbis anno a Manlio & Au. Poſthumo tri. pleb. actum in ſenatu quid eſſet quod intra paucos annos toties erat afflicta R. P. perquæſiuit Licinius haruſpex ex ſenatus præcepto, retulitq; Q. Sulpitium tri. ple. poſtridie idus Quin-

Quare dicātur dies atri ex diuerſis auctorib⁹

Idibus alba Ioui grandior agna cadit.
Nonarum tutela Deo caret: omnibus iſtis
(Ne fallare caue) proximus ater erit.
Omen ab euentu eſt: illis nam Roma diebus
Damna ſub aduerſo triſtia Marte tulit.
Hæc mihi dicta ſemel, totis hærentia faſtis,

tiles cõtra Senones dimicatũq; sacrificasse. Itẽ ad Cremeram, multisq; aliis in locis infeliciter dimicatũ. Tunc pontifex iubente senatu statuit postridie calẽdas, idus, & nonas dies atros habẽdos. Plutarchus aliã rõnẽ affert, inqt enim: Cũ primi mẽsiũ dies sint Diis superis cõsecrati: ita sequẽtes inferis: qbus maiores purgationibus qbusdam utebanť: & mortuis parentabant: sic & dies illos tris in mẽsibus principes festos, & statos posuerũt. Eos aũt qui sequunť tris Diis manibus attributos religiosos, & infaustos habẽdos existimarunt. Ita Plutarchus inquit. Ego tñ miror: nã Fabius Seruilius minime parentandũ his diebus cẽset: quia Iouẽ, & Ianũ necesse esset inuocare: quos nõ licebat atris diebus noiare. Idem a Theodosio Aurelio referť: qui etiã testať oẽs postridianos dies fuisse nuptiis inhabiles, & ad omina maiores cauendos putasse. ℙ Omẽ: horũ. s. dierũ atrorũ, q̃ sunt infausti, & ominis, & augurii. Omẽ qđ ab ore hois: uel a quo cũq; eius gestu: auguriũ uero qđ ab auibus captať. ℙ Est ab euentu: ab eo qđ his diebus accidit. Euẽtus. n. p̃ casu ponit. Ci. in libris de Diuinatiõe: Quid ẽ inqt aliud fors, quid fortuna, qd casus, qd euẽtus, nisi cum sic aliqd ceciderit, sic euenit: ut uel nõ cadere atq; euenire: aut aliter cadere atq; euenire potuerit. ℙ Nam Roma illis diebus postridianis, s. calendarũ, iduum, & nonarũ. ℙ Tulit damna tristia: ab effectu tristia: qa tot Romani periere. ℙ Sub aduerso Marte: sub aduersis hostiũ armis: cum Mars aduersus Romanis & fauẽs hosti. ℙ Hæc mihi: hanc dierũ rõnẽ: quæ oĩbus inest mensibus: nũc in principio retulit: ne postea esset dicturus: & ob id rerũ ordinẽ interrupturus. ℙ Hæc: quæ de diebus dixi. ℙ Hærentia totis Fastis: quæ inhęrent omnibus mẽsibus: sic & fastorũ libris.

ANT. FAN.

¶ Ne seriem rerum scindere cogar: hæc inquit semel dixisse uolui, ne per omnes menses repetita interfecent rerum dicendarum ordinem, & confundant.

PAV. MAR. Series unde

¶ Ne cogar scindere: interrũpere. ℙ Seriẽ: ordinẽ. ℙ Rerũ: erunt mihi semel dicta: quasi dixerim semel nõ dicam postea: & uideť hoc in loco erunt hŕe aliquã præteriti tẽporis significationẽ: eũ dicat erunt dicta: quia iã dixit & dicturus nõ est: & Lucanus inquit: Nec tantis cladibus auctor Pœnus erit. Iam longe antefuerant clades illæ & Pœnus Hãnibal. Vox quidem futuri est: sed significatu uidetur præteritũ respicere. Quod nõ solũ nos dicimus: quia sunt qui in nos ita dicentes inuehantur: sed Põpo. iurisconsul. de uerborũ significatione ita admonet. Erit uerbũ interdũ etiam præteritũ: nõ solum futurum tempus demonstrat: cum codicilli ita confirmati testamento fuerint: quod in codicillis scriptum erit: utrũ ne futuri tẽporis demonstratio fiat, an & præteriti. si ante scriptos codicillos quis relinquat. ℙ Ecce: de Ianuario mẽse acturus, qui Iano dicatus est: eum adesse inquit bono omine: Ecce o Germanice Ianus nunciat tibi faustum annũ: solebant Ianuarii calẽdis bona omina & auguria captare: iõ inquit Ianũ nũciare felicẽ annũ Germanico. ℙ Et adest primus i meo carmine: nã hoc prio lib. de eo agendum est.

ANT. FAN.

IAne biceps anni tacite labentis origo. Alloqtur Ianum totius anni Deum, a quo Ianuarius primus anni mensis nomen accepit. Vnde huic Deo Calendis Ianuariis sacra publica celebrabãt: quem cõstat nihil aliud esse q̃ chaos confusum, ut ait Hesiodus ab initio unitatem hiantem, patentemq; in profundũ. Ideoq; (ut inquit Festus) Iano primo supplicabãt uelut parẽti, & a quo rerũ oium factum putabãt initium. Eũ nõnulli quadrifrontẽ eẽ uolunt pp annum in quatuor tẽpora diuisum, siue q̃ is annorũ mũdiq; fator: ut ait Marti. cõplexus sit quatuor mundi climata. Alii bifrontẽ dicunt quasi superũ & inferũ ianitorem: uel quasi diei dñm, in quo ortus ẽ & occasus. Vnde illud est Horatii: Matutine pater seu Iane libẽtius audis. Licet matutinus dici potuerit qa rebus incipiendis præesse dicať, quas frequentius matutino incipimus tẽpore: siue qa eo tpe cõmẽdaturi nos Diis imortalibus primũ Ianũ inuocare debemus, ut p̃cibus nostris ad Deos aditum præstet & ianuam. Sunt & qui bifrontẽ Ianũ fictũ uolunt, quia Græcus fuit, ut in monumentis proditũ esse Plutarchus scribit in quæstionibus, cũq; in Italia traiecisset linguã simul & uictũ mutauit. Vel qa cũ Ianus in Italia regnaret, & Saturnũ a Ioue pulsum excepisset hospitio, ab eo edoctus usum uineaq; & falcis, ferũ illũ & rudẽ ante fruges cognitas uictũ redegit in melius: factusq; prudentior geminã faciẽ pertulisse dicit: ut quæ ante, quæq; post tergũ essent intueret. Alii dicunt postq̃ Romulus & Tatius in fœdera cõuenerũt Iano simulachrum duplicis frontis effectũ, quasi ad duorũ imaginẽ populorũ. Vnde Deus p̃esse dr̃ fœderibus faciendis. Nõnulli Ianum Dianã esse uolunt: quæ putatur uiarũ Dea. Alii Apollinẽ & ideo geminũ q̃ exoriẽs aperiat diẽ, occidẽs claudat. Illud dubiũ nõ est huic Deo antiquitatem oẽ sacrasse principium. Quare Varro ait Iano quasi oium mẽsium ingressus tenẽti. xii. aras pro totidẽ mensibus dedicatas. Anni autẽ Deum esse illud p̃bat q̃ Pli. scribit Ianum geminum a Numa rege dicatum esse digitis ita figuratis, ut trecentorũ quinquagintaquinq; dierũ notã per significationẽ anni tẽporis & æui se Deũ indicaret. Nec nos moueãt uerba Plinii, qui anno tribuit dies. cccly. tot enim dierum annus aliquando fuit, ut scribit Solinus, regnante Numa: a quo Ianum eiusmodi dicatum accepimus. Sunt & qui Ianum ab eundo dictum tradiderunt q̃ mundus. i. cælum semper eat dum in orbem uoluiť, & ex se initium faciens in se refertur: ideoq; & Eanus dictus ẽ: & apud Romanos spectabat in quatuor partes, ut eius simulachrum aduectum phaleris ostendebat. De hoc Deo infra suis locis alia referentur. ℙ Dexter ades ducibus: Cæsaribus qui auctores sunt trãquillitatis, & pacis: qua (teste Suetonio) terra mariq; parta Ianus clausus est: ut alibi dicemus.

PAV. MAR.

IAne: Ianũ inuocat: cuius mysteria & mẽsem relaturus ẽ, de quo nos quoq; multa acturi auctore utemur p̃textato Macrobiano, q̃ in Saturnalibus de his differit. Regionẽ istã, q̃ nũc uocať Italia regno Ianus obtinuit. Qui (ut Iginius tradit) cũ Camese ỉdigena terrã hãc æq; possidebãt: ita ut regio Camesena: oppidũ Ianiculũ uocareť: post ad Ianũ solũ regnũ redactũ ẽ. Crediť geminã faciẽ p̃tulisse: ut quæ ante quæq; post tergũ eẽnt, ỉtueret: qđ ad prudẽtiã regis solertiãq; referẽdũ est. Mythici regnãte Iano referunt oium domos religiõe, ac sanctitate fuisse munitas, eiq; diuinos honores eẽ decretos ob merita ỉtroitus & exitus ædium eidẽ cõsecratos. Xenophon Italicum tradidit Ianum: in Italia Diis primum tẽpla feciss̃e, & ritus sacrorũ istituisse: ideo in sacris p̃fationẽ meruisse ppetuã.

Iano principia oia sacrata

Ianus anni Deus

Vnde dicitur Ianus

Ianus quadrifons

Ianus bifrons

Physici

Dexter ades, patribusq; tuis, populoq; Quirini:
Et refera nutu candida templa tuo.

Physici eum magnis consecrant argumētis diuinitatis. Sunt qui Ianū eundē Apollinē eē, & Dianam dicāt, & in hoc uno utrūq; exprimi numē affirmēt. Et.n. sicut Nigidius refert, apud græcos Apollo colit: qui θυρχιος uocat, eiusq; aras ante fores suas celebrāt, ipm exitus & introitus demōstrantes potētē. idē apud illos ανικητος dicit: quasi uiis ppositus urbanis: illi uias quę itra pomeria sunt ανικατος appellāt. Dianę uero ut triuiæ, uiarq; oium idem tribuit ptātē. Apud nos Ianum oibus pesse Ianus nomē ondit, qđ ē sile θυρχιον cū claui & uirga figuratur: quasi oium & portarq; custos & rector uiarq;. Pronunciauit Nigidius Apollinē Ianū esse, Dianāq; Lunā: apposita d lra: q̄ sæpe i lræ decoris cā apponit: ut redit, redintegrat. Ianū qdā Solē demōstrari uolunt. & iō geminū, q̄si utriusq; ianuæ cælestis potētē: qui exoriēs aperiat diē: occidēs claudat. Inuocariq; primū cū alicui res diuina celebrat, ut p eū pateat ad illū cui imolatur accessus: q̄si p̄ces supplicū p portas suas ad Deos ipe trāsmittat. Simulachrū eius plerūq; fingit manu dextra .ccc. sinistra .lxv. numerq; tenēs ad demōstrādā anni dimēsionē: q̄ ppipue est Solis ptās. Alii mūdū. i. cælū eē uoluerūt: Ianūq; ab eundo dictū, qđ mūdus semp eat, dū in orbē uoluit: & ex se initiū faciēs i se refert. Cornyficius Etymo. li. iii. Ci. inqt nō Ianum sed Eanū noiat, & ab eundo. Apud nos in q̄tuor partes spectat: ut demōstrat simulachrū eius phaleris aduectū. C. Bassus in lib. de Diis Ianū bifrontē fingi ait quasi superq;, atq; iferq; ianitorē: eundem quadriformē, q̄si uniuersa clymata maiestate cōplexum. Saliorq; carminibus antiquissimis Deus Deorq; canit. M. Messala Gn. Domitii in consulatu collega, idēq; p annos .xv. augurita de Iano icipit: Qui cūcta fingit eadēq; regit aquæ, terræq; uim ac naturā grauē, atq; pnā in pfundū dilabentē ignis atq; aiæ leuē imensum sublime fugiētē copulauit: circūdato cęloq; uis cęli maxima duas dispares colligauit. In sacrisq; iuocamus Ianū geminū, Ianum patrē, Ianū Iunoniū, Ianū consiuiū, Ianum Quirinum, Ianum patutium, Ianum clusium geminum: qa utriusq; ianuæ cælestis potentē &c. Patrē quasi Deorq; Deū. Iunonium quasi nō solū mensis Ianuarii, sed oium mensium ingressus tenentē: iditione autē Iunonis sunt oēs calēdæ. Varro li. v. rerq; diuinarq; scribit Iano duodecim aras pro totidē mensibus dedicatas. Cōsiuium a cōserēdo. i. ppagine generis humani, q̄ a Iano auctore cōserit. Quirinū quasi bellorq; potentē ab hasta, quā Sabini Quirim uocant. Patutiū & Clusiū, qa bello causæ eius patent, pace claudunt: cām iferius subiiciemus, & cætera, quæ de Iano dicēda sūt. Plu. de Iano sic loqt: Apud antiquos Ianus siue geminus, siue rex fuerit dr cultū silueſtrē in ciuilem redigisse: & ideo bifrontē pingūt: qa alterā fecit ex altera uiuēdi forma: eius tēplū cū duabus portis est, aperit in bello Ianus. Sed hæc hactenus. ℣ Iane biceps: qui gemino capite figuraris. ℣ Origo anni: quasi q das principiū anno tuis a calēdis incipienti. ℣ Tacite labētis: q annus tacite labitur. & ad ipsum tēpus respexit: quod est (ut superius diximus) mēsura motus cæli qđ tacite mouetur: iuxta illud Tacito labētia cælo: sic & tpa tacite labūtur. ℣ Qui solus de superis: solus ex omni cælestiū numero. ℣ Vides tua terga: qa cuj biceps sis respicis & anteriora & posteriora. ℣ Ades dexter: ppitius. ℣ Ducibus: & Tiberio & Germanico, qui militiæ præsunt. ℣ Quorq;: ducum. ℣ Labore: industria & uigilātia. ℣ Terra ferax: fertilis. ℣ Habet otia secura: habet quietē & pacē seorsum ab omni bellorq; cura. ℣ Pōtus: mare. ℣ Habet otia: pacē qa non modo i terris: sed ne in mari quidē bella gerunt: & hoc ob pacē, quæ Augusti & Tiberii tpe undiq; p orbem terrarq; fuit. Augustus.n. post ciuilia bella repressa post Actiacā pugnam Antonio Cleopatra nauali plio uictis Aegyptum in puinciā redegit, iustoq; bello domuit Dalmatiā, Cātabriā, Aquitaniā, Pānoniā, Illyricum, Rhethos, Vindelicos, Sallassos, gentes Alpinas, Dacos, Germanos ultra Albim fluuiū summouit: ex quibus Sueuos: & Sycābros in Galliā traduxit. Indos, & Scythas magnitudine nominis sui ad amicitiā pellexit. Parthos sub Phaarte rege ppescuit: & filios dare obsides coegit. Reposcētiq; signa Crassi clade erepta: & M. Antonii fuga ablata supplices Parthi restituerūt. Armeniā & superiores Tauricos ois i amicitia retinuit: Arabas p Aeliū Gallū subegit: Aethiopas p M. Petroniū cōtudit. Deniq; (ut Trāquillus ait) pace terra, mariq; parta Ianū Quirinū clusit. & Florus in fine fere operis sui: Seres etiā inqt, habitātesq; sub ipso Sole Indi Romā ad Augustū misere legatos cū gēmis & margaritis: elephantos iter munera trahētes: itidē & legatos misere Scythæ. Itaq; Augusti tēporibus cōtinua totius humani generis aut pax fuit, aut pactio: hæc ille. Hæc qdē est illa pax Augusti tēporq; q̄ i sacris lris significat. Orieť i diebus suis iustitia & abundātia pacis cū eo. Sigñat.n. illud tps: quo cęlestis ipse rex uere pacificus hūanā carnē assūpsit.

Cornyficius in li. Etymologiarq;

Quirinus unde dicit

Pacē Cęsa. Augusti p uniuersum orbem

℣ Patribusq; tuis, populoq; Quirini: Senatui Populoq; Roma. qui Iani ac cæli benignitate subdiderūt pedibus suis, ut amicus noster inqt, Garamantas & Indos, Auroră & Zephyrū, necnon Boream, Notūq;. ℣ Et relera nutu cādida tēpla tuo: nō ut apte bellum significent, sed ut calendis Ianuarii ad rem diuinā populus admittatur. ANT. FAN.

℣ Ades dexter: propitius. ℣ Patribus & popu. Quirini: senatui & po. Ro. ℣ Quirini: Romuli ut diximus. Erat enim & senatus & pplus ab initio urbis a Romulo īstitutus: de multitudinis diuisiōe ita Plut. ait: Cōdita urbe Romulus, ex qbus erat ad militādū uigor, legiōes fecit, cęteros uocauit, pplm. C. creauit senatores, quos appellauit pres: & ordinē senatū, qđ nomē a senectute ē. Pres dicti aut qđ pfoni multitudinis erāt: aut qđ pres cęterorq; uidebant. Patroni dīr a pfone quodā: q cum Euandro ea loca tenuit studiosus inopiæ plebis subueniendi. Aut a uirtute: aut pstātia nobilitatis (qđ uerius est) pres appellauit: ut ea nois māsuetudine arrogātia: & inuidia pcul esset. Qui deide senatui ascripti sunt: pres cōscripti appellant. Liuius uero ab urbe condita cum inquit: Virium haud pœniteret. Consilium deinde uiribus parat. Centum creat senatores: siue qa is numerus satis erat: siue qa. C. erāt qui creari patres possent. Pres certe ab honore, patriciiq; pgenies eorq; appellati. Diony. aūt Alicarnaseus ita inqt: Romulus urbanis negociis unū præfecit. Tribubus pręcepit: ut singulæ tres eligerēt: & curiis q̄ triginta erant: ut totidē addito pfecto urbis. Ex hoc cē tenario numero consilium facit, senatum appellauit aut ab ætate, aut uirtute. Senatus participes: patres conscripti. Hoc igitur nunc poeta innuit. ℣ Patribus & populo tuis: quasi qui sunt sub tutela tui numinis. ℣ Et refera: aperi. ℣ Tuo nutu: quasi tuo numine & auspicio. ℣ Cādida tēpla: marmorea tēpla & tua & aliorq; Deorq;, quia tibi cæterisq; Deis est īmolandum: nec absurda esset īnia si diceremus de tēplo Iani nō intelligi: nā apertū bellū significat, & tūc nō bellū sed pax (ut erat) optabať. Numa (ut auctor est Liuius) Ianum ad infimum argiletum indicem pacis, belliq; fecit apertus, ut in armis esse ciuitatē: clausus pacatos circa se populos significaret: bis deinde post Numæ regnū clausus fuit. Semel Tito Manlio cō-

Quare tēplū Iani erat clausuj tpe pacis: i bello uero apertū

ſule poſt Punicū primū perfectū bellū itez, qđ nr̄æ ætati Dii dederūt ut uideremus poſt bellū Actiacū ab ipera tore Cæſare Auguſto pace terra, mariq; pta: ergo ſi clauſus pacē ſignificabat, & ea tunc maxima erat, arbitrarer de alioz Deoz tēplis intelligēdū. Quibus pariter & Iano Calendis Ianuariis ſacrificat. p̄ſertim cū Ianus præſit omnibus tēplis, & ianuaz potēs ſit: quin etiā qđ primum Diis tēpla fecerit in Italia ut tradit Xenophon.

ANT. FAN. Fauete linguis animiſq;

¶ Linguiſq; animiſq; fauete: intēti eſtote, ſilete: nā in ſacris taciturnitas neceſſaria eſt, teſte Ser. Vñ ait Pli. Certis p̄cationibus præire aliquē, rurſuſq; aliū cuſtodē dari, q attēdat aliū p̄ponī q faueri linguis iubeat. P̄otifices uero (auctor̄ Donato) dicere ſolebāt. Fauete liguis: fauete uerbis. Vñ illud ē Vir. Ore fauete oēs: & Feſtus ait in ſacrificiis dici. Paſcito linguā. i. coerceto, contineto, taceto. Decet. n. ciues (ut apud Plut. legimus) neq; audire quicq̄ rez diuinaz, neq; aſpicere p negligentiā: ſed uacare a cæteris, mentēq; adhibere, & ab oī crepitu, ſtrepitu, ac gemitu abſtinere. Ea de re qđ Diuus Hiero. p̄cipiat ſupſedeo recēſere. Nec cōtrariū eſt qđ ſequtur.

Proſpera lux oritur: linguiſq; animiſq; fauete:
Nunc dicenda bona ſunt bona uerba die.
Lite uacent aures, inſanaq; protinus abſint
Iurgia: differ opus liuida turba tuum.
Cernis odoratis ut luceat ignibus æther?
Et ſonet accenſis ſpica ciliſſa focis?
Flamma nitore ſuo templorum uerberat aurum:
Et tremulum ſummma ſpargit in æde iubar.
Veſtibus intactis Tarpeias itur in arces:
Et populus feſto concolor ipſe ſuo eſt.

¶ Proſpera: de Calēdis intelligit Ianuariis, & pria die anni qua in totū annū omina & auguria captabant. ☞ Oritur lux p̄ſpera: dies Calēdaz Ianuariarū, qđ anni caput eſt. ☞ Fauete oēs: mihi hinc exordienti, aut Fauete alteri. ☞ Et linguis: hoc eſt bonis uerbis. ☞ Et ais: bona uolū tate. Nā p̄ot quis fauere, & plaudere uerbis, non tamen aio. ☞ Nunc in bona die: in Calēdis Iani. ☞ Sūt dicēda bona uerba: ut in ip̄o anni pricipio bōa fauſtaq; omia captent. Seruat nūc ēt mos hic, & in tota Græcia, & in pluribus Italiæ locis. Accedūt diluculo Calēdaz pueri ad nobiliū ianuas, & qui buſdā rhithmis ſalutāt, & bona uerba dicūt. ☞ Lite: nō eſt eo die litibus, aut iurgiis incūbēdū, nec mala uerba p̄ferēda. ☞ Aures uacēt lite: ſint liberæ & p̄cul ab oī cōtentione: nā ut Cic. in libris de legibus inqt. Ratio feriaz & feſtoz quietem litiū hēt ac iurgioz. Lis litis pro cōtētione forēſi. Vnde & in iudicio lite cecidiſſe dr̄, qui eius rei de qua agebat cām amiſit. ☞ Abſint protinus iſana iurgia: quaſi p̄cul ſint iſanæ cōtentiones. Iurgia aliqui amicoz, & affiniū eſſe uolūt, ſed interdū ad forēſem altercationē referri uidemus. Sene. in Hercule furēte: Hic clamoſi rabioſa fori iurgia uendens Improbus iras & uerba locat. ☞ Liuida turba: inuida & plena liuore. ☞ Differ opus tuū: & ad liuorē in foro litigātiū, & ad inuidentiū maledicētia referri poteſt: quaſi abſtineas hodie a maledicētia: qua uti ſoles: turba a ταραττω uerbo græco deducit: & (ut Labeoni placet) multitudinis hoīum perturbationem & cœtum. i. coadunationē ſignificat. ☞ Cernis: eo die in templis & pro foribus templi multa odorem facientia cremabantur. ☞ Cernis ut æther: ut aer. ☞ Luceat ignibus odoratis: ignibus in quibus aut cedrea ligna, aut thura odorem emittētia cremabantur. ☞ Et ſonet focis accenſis: crepitum faciat cum aduritur. ☞ Spica ciliſſa: cum legerem hunc locum & pater Sabinus, qui tunc uiuebat: & alii in me inuehebantur: qm̄ de ſpica nardi uoluerim intelligi: cum ipſi de croco ex Cilicia laudatiſſimo prouenienti intelligendū eſſe cenſuerunt: nec aduertebāt, quo in errore uerſarent: nō enim poeta de flore, ſed de ſpica loquit. Nō. n. dixit flos ciliſſus: ſed ſpica ciliſſa, & de nardo intelligit: de quo Pli. odoris gr̄a oībus maior: & ſi ciliſſum nardum nō legas apud Pli. nō refert. Non. n. inqt Pli. nō naſci in Cilicia nardū: ſed in primis laudat Syriacum: proxime Gallicū, & Creticū. Adde q̄ Syria iuncta eſt Ciliciæ: ut qđ in Syria naſcit, poſſit in ea parte Cilicię naſci: quæ Syriæ iuncta eſt. Ego autē in ora Ciliciæ ſpicam meis manibus legi: & auditoribus meis oſtēdi: cum hæc legerem. Præterea crocus cum ſit magni odoris: ad odorē tm̄ nō aduritur, ſed alius uſus eſt. Adurūt ligna odora, & odoratū gūmi, & ipſa ſpica: quare de nardo intelligēdū cēleo: & nō de floribus. ☞ Flāma: q̄ fit i aris. ☞ Verberat ſuo nitore: ſuo ſplēdore & corruſcatione uerbera re, & lābere ur̄. ☞ Auz tēploz: aureā tēploz cælaturā, & parietes deauratos, & deaurata laquearia. ☞ Et ſpargit iub. tre. tremulā corruſcationē & lucē. ☞ In ſum. æde: in ſūmo tēplo deaurato. ☞ Iubar: pro lucifero ponit: ut apud Vir. i. iiii. Aen. It portis iubare exorto. dcm̄ (ut Pōpeio placet) quod ſplendidior eius diffundit in modū iubæ leonis: & iubar p̄ ſplēdore tm̄ ponit: ut hic. ☞ Veſtibus eo die

PAV. MAR.

Inter litē & iurgia differentia

Fauere

Turba unde dicatur

Spica ciliſſa

Spica ciliſſa

bus:eo die ibat ppl'us cõsulibus inituris magistratũ imo
latũ Ioui optimo maximo in arcẽ Capitolinã. ℣ Itur: q̃si
it ppl'us cũ consulibus. ℣ Vestibus ita.nouis,& ad eã diẽ
nõ tactis. ℣ In arces Tar.ad tẽplũ Iouis:qd' in arce Tar-
peia erat. Tarpeius mõs(ut Varrõi placet)dictus a Tar
peia uirgie Vestali:q̃ ibidẽ a Sabinis necata armis,& se-
pulta fuerat.Plu.i uita Ro
muli inqt Tarpeiã uirginẽ
Tarpeii filiã fuisse, q̃ Rõa
nã arcẽ Sabinis ꝓdidit.Di-
ct? postea mõs Capitolin?
(eodẽ Varro.teste)q̃ cũ in eo fundamẽta ædis Iouis fo-
derẽt caput humanũ inuẽtũ ẽ. & ut pgit Varro hũc antea
mõtẽ Saturniũ appellatũ ꝓdiderũt: & ab eo late Satur-
niã terrã: cuius uestigia ẽt Varronis tpe manebãt: Satur
ni fanũ: Saturnia porta:quã Iunius Pãdanã uocat: & po
stici muri legibus priuatis iscripti. Hic uero cũ effoderẽt
Iouis ædis fundamẽta iuẽto hũano capite:ab aruspicib?:
& p̃cipue Hetruscis habitũ ẽ arcẽ illã totius Italiæ: deide
totius orbis futurã. ita a capite Capitoliũ denoiatũ. De
hoc uero Tacitus.xix.suaꝝ historiaꝝ: Vouerat Tarq.
Priscus bello Sabino sedẽ Ioui optimo maxio:iecitq; fun
damẽta:spe tñ magis futurę magnitudinis:q̃ tũc Po.Ro.
cõpeteret.Mox Ser.Tullius adiecit aliqd. Deide Tarq.
Supbus capta Suessa:& Pomena ꝑ hostiũ spolia fecit:&
reliqua.In rupe igit̃ Tarpeia Capitolini Iouis tẽplũ erat:
habẽs tria sacella æq̃ cõstructa Iunonis, & Mineruæ: in
medio Iouis.Huc ergo ibant cũ populo cõsules: & post
sacra magistratũ inibãt. ℣ Et ppl'us:Romanus. ℣ Est cõ-
color suo festo:eius coloris cũ festo:quasi cõueniens suo
festo:nã ut religiosa dies:ita & ipse religioni icumbebat:
& ut dies erat festa:ita & ipse festiuus.Aut concolor suo
festo:quia prætextam ferebãt eiusdem coloris.

ANT. FAN. ¶ Iamq; noui præeunt fasces :designati cõsules calẽdis
Ianuariis magistratũ inibãt ut diximus supra. Lucanus:
Instabatq; dies,q̃ dat noua noia fastis: Quiq; colit prim?
ducẽtẽ tpa Ianũ: iis fasces p̃ferri a lictoribus cõsueuerũt,
q̃uirgaꝝ & securiũ erãt:qm̃ uirgæ qd' mutari põt corria-
gunt,secures qd' emẽdari nõ põt abscindũt.Eos quicũq;
cõsules uictoriis potiti fuerãt laureatos habuerũt, teste
Plutar.Sed de his alias. Sane moris fuit aliq̃ ut quẽ or-
dinẽ iterrogãdi sniias cõsul calẽdis Iaunariis istituisset eũ
toto anno cõseruaret,ut Sueto. scribit. Vñ Iulius Cæsar
cõsul cũ Põpeio Iuliã filiã collocasset p̃terito Crasso eum
primũ rogare sniam cœpit.A cõsule procõsul dictus est,
nõ qui pro alio cõsule,sed qui cũ ptãte cõsulari extra or
dinẽ ad prouinciã aliquã administrandã mittit̃ sex tm̃ fa
scibus,cũ duodecim consulẽ præeant. ℣ Noua purpura
fulget:si uer̃ est quod scriptores ꝓbatissimi tradiderũt,
posteaq̃ reges exacti sunt cõsulibus fuisse concessum, ut
lictores sellã curulem,cæteraq; regũ insignia retinerent:
quoꝝ Macrobius & Dionysius meminerunt.Possumus
hoc loco trabeam accipere. Illud aũt dubiũ non est & cõ
sules & imperatores olim usos fuisse purpura. Ouidius
ad Græcinum consulem: Spectarẽ qualis purpura te te
geret.Plutarchus in Paulo:Aemilius ipse sequebat̃ or-
natissimo curru inuictus purpuram auro contextam in
dutus.Eam tamen(ut idem scribit)tribuni non ferebant
cum cæteri magistratus incederent purpurati. ℣ Et no-
ua cõspicuum pondera sentit ebur:sellã curulẽ dicit,qua
& cõsules utebant̃,& quidam alii magistratus.ut:Signa
quoq; in sella nossem formata curuli:Et totum Numidę
sculptile dentis opus.Hæc(ut qbusdam placet)a curui-
tate pedũ nomẽ accepit.Seruius tñ a curru dictã putat,
q; hi tantũ ea uterent̃,qui triumphali curru inuecti fuis
sent:sicut etiam palmata dicitur toga,quam merebant̃
hi, qui de hostibus palmam reportassent.A.Gel. refert
C.Bassum in cõmẽtariis suis scriptum reliquisse senato
res ætate uetere, qui curulẽ magistratũ gessissent, curru
solitos honoris gratia in curiam uehi: in quo curru sella
erat,quæ ob eam cãm curulis appellabat̃: cum alii qui
magistratus curules nondum ceperant:pedibus in curiã
irẽt: unde Pedarii dicebãt. Licet autẽ currus primam
syllabam ꝓducat, curulis tamen abiecta litera eam
corripit.Hanc sellã Macro.
scribit:a quo nonnulli dissentiunt. Tullũ Hostiliũ tertiũ
regem Romanoꝝ debellatis Hetruscis primũ,ut Romę
habereť instituisse:necnõ & lictores togã pictã,atq; præ
textam:quæ insignia Hetruscorum magistratuum erãt.
Nec nos lateat,q; quidam tradunt reges quidẽ Roma-
nos cum curru ueherent̃:hac sella ad eminentiam uti so
litos:exactis aũt regibus cœpisse magistratus maiores,
ut cõsules,dictatores uehi nõ curru: sed tm̃ sella curuli.
¶ Tãq; noui:iã noui lictores cũ fascibus p̃eunt,& cõsules
inibãt magr̃atũ. ℣ Iã p̃eũt noui fasces:p̃eunt ppl'm noui
cõsules.Nã fasces dicimus & pro cõsulari dignitate,& ꝓ
cõsulũ insignib?,& ꝓ onere.Aut dicas:p̃eunt fasces licto-
res:q; cũ fascib? cõsules p̃ibãt.Hẽbat.n.cõsul.xii.lictores:
quos aliq; uolũt prio Romulũ instituisse, siue a uultuꝝ
nũero,siue ab Hetruscis edoctũ. Verꝝ Diony.iqt Tarq.
Pris.Hetruscos pene domitos coegisse: ut insignia regũ
suoꝝ regi Ro.traderẽt:q̃ hæc fuere.xii.secures, trabea,
curules,annuli,phaleræ,paludamẽta p̃texta,togæ pictę,
tunicę palmatę:& oia iperii insignia,qbus iperii maiestas
eminebat:de quo ẽt diximus in Odis in eo loco:Memo-
rẽ an supbos Tarqnii fasces dubito.Apud Macro. aũt le
gimus Tullũ Hostiliũ regẽ tertiũ debellatis Hetruscis
sellã curulẽ,lictores,& togã pictã,atq; p̃textam insignia
magistratuũ Hetruscoꝝ Romę ut gererent̃ istituisse. Et
Sillius de his ita inqt: Męoniæq; decus quõdã uetulonia
gẽtis Bisseꝺnos hęc pria dedit p̃cedere fasces:Et totidẽ iun
xit tacito terrore secures.Hæc altas ebori decorauit ho
nore curules.Et priceps tyrio uestẽ p̃texuit ostro. ℣ Præ
eunt:pria syllaba diphthongũ hẽt: & poeta breuẽ fecit:
sed hoc ex ueteri græcoꝝ regula apud quos ω idifferen
ter ponit̃:ut κακὼ:quã pticulã uertimus : & q̃ dicimus ea-
dẽ significatiõe:& diphthõgãda eẽt:sed usus & breuẽ fa
cit,& sine diphthõgo scribit: q̃uis Romæ i marmore ue
tustissimo ita legamus.Senatus ppl's q̃ roma,& q̃ ẽibi cũ
diphthõgo.Seruauit aliqñ rõnẽ hãc Vir.i.iii.Aen.Limia
q̃,laurus q̃ Dei:& siqs diceret p̃eo hr̃e primã breuẽ ob se
quẽtẽ uocalẽ uehemẽter errat : nã id nõ seruaťa nr̃is ut
Aeolus:Aeacus: Aeacide,& Aeetes. ℣ Fulget no.purp.
p̃texta purpura cõsularis:ferebãt.n.cõsules p̃textã ut in
libris de Põto i Elegia ad Græcinũ cõsulẽ designatũ cũ
eẽt inituruś magr̃atũ.Mẽte tñ q̃ sola loco nõ exulat utar:
Prætextã,fasces aspiciãq; tuos. Purpura cõchilii genus ẽ
qd' florẽ:sicut Plinius appellat:tingẽdis expetitum uesti
bus in mediis faucibus hẽt liquoris minimi:est in uena
candida.Purpuræ(ut idẽ inquit Plinius)alio nomine pe
lagiæ uocant. Color hic pro maiestate pueritiæ est. Di-
stinguit ab equite curiã.Diis aduocat̃ placandis:omnẽq;
uestẽ illuminat i triũphali miscet̃ auro. Et paulo iferius:
Purpuræ usum semper fuisse uideo:sed Romulo in tra-
bea.Nam toga prætexta:& latiore clauo Tullum Hosti
lium e regibus primũ usum Hetruscis deuictis satis cõ-
stat. ℣ Et ꝯspicuũ ebur:clara & eburnea sella curulis: ex
ebore enim ea erat ornata,ut ex Sillio diximus:Hæc al-
tas ebori decorauit honore curules.& i lib.de Põto i ea
dẽ Elegia:Signa quoq; i sella nossẽ formata curuli:Et to

Vnde dr̃ Arx tarpeia

Capitolium ex eadẽ ratione Cornelius Tacitus

Sella curulis

Palmata toga

Pedarii senatores

Insignia regũ romanoꝝ sumpta ab Hetruscis uidelicet
Trabea
Annuli
Sella curulis
Phalerę
Paludamenta
p̃texta
Toga picta
Tunica palmata
Præco i syllabis

Purpura color

tum Numidæ ſculptile dentis opus: & de ebore loquit. Sic & conſpicuum referas ad cõſpicua & illuſtria ex ebore ſigna in ipſa ſella: ut in eiſdẽ li. ad Põpe. cõſulẽ inquit: Conſpicuum ſignis cũ premet altus ebur. ℣ Sentit noua pondera: quia noui magiſtratus in ea ſedent: & non modo conſulũ: ſed ædilium quoq; ea ſella eburnea erat.

ANT. FAN. Egregii iuuenci

℣ Colla rudes operꝝ præbent feriẽda iuuẽci: hi ſunt quos Donat⁹ egregios uocat: eximebať.n. in ſacrificia optimũ pecus e grege, ut auctor eſt Feſtus. Vir. Mactat lectas de more bidentes. Cædebanť aũt Ioui Capitolino iuuenci albi, atq; iniuges, electi ex agro Phaliſco. Ibi.n. (ut Plin. ſcribit) aqua Clytũni amnis epota boues cãdidos facit. Quare Romani petebant inde uictimas Ioui Capitolino mactãdas. Vir. Hic albi Clytũne greges & maxia taurus Victima. Sillius: Et ſedet ingẽtẽ paſcẽs Meuania tauꝝ Dona Ioui. Quo i loco ſciẽdum ẽ Silliũ a Plinio nõ differre: ea.n. pars Vmbriæ ubi Meuania in parte Thuſciæ ponitur, auctore

Colla rudes operum præbent ferienda iuuenci:
Quos aluit campis herba Phaliſca ſuis.
Iuppiter, arce ſua totum cum ſpectet in orbem:
Nil niſi Romanum, quod tueatur, habet.
Salue feſta dies: meliorq; reuertere ſemper,
A populo rerum digna potente coli.
Quem tamen eſſe Deum te dicam Iane biformis?
Nam tibi par nullum Græcia numen habet.
Ede ſimul cauſam: cur de cæleſtibus unus,
Sitq; quod a tergo, ſitq; quod ante uides.
Hæc ego cum ſumptis agitarem mente tabellis:
Lucidior uiſa eſt, q̃ fuit ante, domus.
Tum ſacer ancipiti mirandus imagine Ianus
Bina repente oculis obtulit ora meis.
Extimui: ſenſiq; metu riguiſſe capillos:
Et gelidum ſubito frigore pectus erat.

Faliſci

Seruio. Nouimus aũt Faliſcos eẽ in Thuſcia, & haud p cul ab urbe, teſte Pli. q̃is aliqui (ut ait Stra.) Faliſcos p ſe gẽtẽ poſuerint. Sciẽdũ (ut Macro. docet) q cũ hoſtiaꝝ duo ſint gña unũ in quo uolũtas Dei p exta diſquirit. Alterꝝ in quo ſola aĩa Deo ſacratur: in his ipſis hoſtiis, uel aĩalibus, uel cõſultoriis quædã iniuges uocabanť. i. quæ nunq̃ domitæ ac iugo ſubditæ fuerant: quales iuuencos auctor hoc tẽpore Ioui mactari ſolitos dicit. ℣ Iuppiter arce ſua totũ cũ ſpectet in orbẽ: Nil niſi Romanũ, quod tueatur, hẽt: iure Romani Iouẽ uenerant, cũ eius fauore uniuerſum orbẽ poſſideãt. Virg. in pri. Aenei. Certe hinc Romanos olim uoluẽtibus annis Hĩc fore ductores reuocato a ſanguine Teucri, Qui mare, q terras oĩ ditiõe tenerent Pollicitus. ℣ Nã tibi par nullũ Græcia numen hẽt: quæ Deoꝝ habitus interpretata eſt, & fabulaꝝ putatur inuentrix: atq; in ipſa mendax hiſtoria cuiuſq; (ut ait Euſebius) popularis & fabuloſior thelogia eſt. ℣ Lucidior uiſa eſt: nimbo diuino ob aduentum numinis.

Iniuges hoſtiæ

PAV. MAR. ℣ Colla: mactabãť eo die iuuẽci, qui operis eſſent expertes. ℣ Rudes operꝝ: iuuẽci ĩdomiti, q nondũ iugũ tulere: neq; arauere. ℣ Præbẽt colla feriẽda ſecuri: p̃bent ſe mactandos ſacerdoti ab ara minime refugiẽtes: non.n. rite ĩmolabaťſi ab ara ſe ſubtraxiſſet. Nã a ueteribus probabatur uictima nõ clauda: nõ breuioris articuli: non quæ aram refugeret: nõ externa ſed pr̃ia. Verꝝ cũ hic de Phaliſca agat, nõ de externa agit, nã pr̃ia quoq; dici poterat. ℣ Quos: iuuencos operꝝ rudes. ℣ Herba Phaliſca aluit ſuis cãpis: qui adulti in Phaliſcoꝝ cãpis Romã inde agebanť: & tam ex Vmbris: q̃ ex Phaliſcis tauri Romę ĩmolabanť: & a triumphantibus, & a nouis cõſulibus: & in libro de Ponto poeta de Põpeio cõſule idẽ fere inqt. Colla boues niueos certe præbere ſecuri: Quos aluit cãpis herba Phaliſca ſuis. Et apud ueteres capitale erat bouẽ mactare: quẽ ut Pli. inqt. Socium laboris, agriq; culturæ habemus: & addit exemplũ illius, qui bouem occiderit in exiliũ eiecti, tanq̃ colono ſuo iterẽpto. Præterea & in Aegypto bos numinis uice colebať. ℣ Phaliſca: a Phaliſco oppido. Strabo iter oppidula Hetruriæ Phaliſcũ refert. Poſtea addit: Aliqui ſane Phalerios in Thuſciæ regione minime locãdos eſſe aiunt: ſed Phaliſcos p ſe gentẽ. Qui dã etiã Phaliſcos ꝓprii ſermonis ciuitatẽ poſuere. Aliqui Oeaci Simphaliſcũ appellãt in uia Flaminia iacẽtẽ inter Ocheculũ & Romã. Hæc ille: ſed a quo habuerit originẽ dicemus in .iiii. ℣ Iuppiter: ob maieſtatẽ & magnitudinẽ ĩperii Romãi dicta hæc: q nihil ab Ioue e ſũmo cælo reſpici poterat: q Romãi iuris nõ eẽt. Terminatũ.n. erat ĩperiũ prio oriẽte, extremoq; occidẽte. ℣ Iuppiter cũ totũ orbem ſpectet a ſua arce: cum oẽs terras & maria ꝓſpiciat e ſummo æthere: qui illi aſſignať: aut ex. vi. cęleſti circuło: ꝓ qd eius ſtella uagať: & quo i loco altior eſt Luna Mercurio, Venere, Sole, & Marte. ℣ Nil hẽt qd tueať: qd reſpiciat. ℣ Niſi Ro. nã quicqd iferius ẽ ſubditũ eſt Romão ĩpio. ℣ Salue: ſaluere iubet diẽ calẽdarũ ĩparum. ℣ Salue dies feſta: ſaluete calendæ Ianuariæ. ℣ Et ſemp reuertere melior: ſemp uos calendæ proſperiores redeatis. ℣ Digna coli a populo potẽte regꝝ: digna dies quã colat & celebret populus Ro. q terris ĩperat. ℣ Quem: Iani myſteria relaturus. Duo primũ a Iano petit: ut dicat q Deus ſit: & cur ſolus ex omni Deoꝝ numero biceps ſit. ℣ O Iane biformis: biceps. ℣ Quẽ Deũ dicam te eſſe. i. quẽ te appellem. ℣ Nam Græcia: uñ nos Latini Deos accepimus. ℣ Nullũ hẽt numẽ par tibi: nullũ Deũ hẽt bicipitẽ, nec tot poteſtatũ. ℣ Simul ede cãm: dic rõnẽ. ℣ Cur unus de cæleſtibus: cur tu ſolus ex oĩ cæleſtiũ numero. ℣ Et uides qd ſit a tergo, & qd ſit añ: quaſi cur es formæ duplici: hoc ẽ cur biceps, ut poſteriora & anteriora uideas. ℣ Hęc ego: dũ hæc uolueret ſecũ: ſcripturus q̃qd Ianus ĩſpiraret, ad uenit ipm numẽ eruditꝝ poetã. ℣ Cũ ego agitarẽ mẽte hæc: cũ uoluerẽ hæc aio. ℣ Sũptis tabellis: quas ad ſcribẽ dũ parauerã. ℣ Domus eſt uiſa lucidior, q̃ fuit ante aduentũ numinis: facta ẽ domus ſplẽdẽtior q̃ prius fuerat. ℣ Tũ ſacer: iã aduenit numẽ, & ſeſe poetæ uidẽdũ obtulit. ℣ Tũ Ianus ſacer mirãdus: & uenerãdus, & admiratione proſequendus. ℣ Ancipiti imagine: duplici forma. ℣ Obtulit repẽte: ſubito. ℣ Bina ora: & anteriora, & poſteriora. ℣ Oculis meis: ut bñ poſſem eũ geminũ ĩtueri. ℣ Extimui: extimuit poeta uiſo Deo: nec miꝝ: cũ ab ipſa natura Deos timeamus: ĩde ẽ ut pleriq; uelint Deũ a λεο μχι deduci: qd eſt timeo: q ab oĩbus timeať. iõ & Papi. inqt: Primus i orbe Deos fecit timor. ℣ Extimui ego uiſo numine: & ſenſi capillos riguiſſe: quaſi factos hirtos: & hoc naturale ẽ, ut ob metũ capilli rigeãt. Rõnẽ affert Ariſtoteles i Problematibus: Cũ timor i corde ſit: ſãguis ut ſuccurrat cordi deſerit & pellẽ & cutẽ: ide cedẽte ſanguie exteriora frigeſcũt: & ſic fugato naturali colore cõtrahiť cutis, ex cuius cõtractione pili rigẽt: ſic ẽt frigeſcit pectus ob metũ deficiẽte ſanguine: ĩ quo eſt naturalis calor: ideo hic Et pectus erat gelidum ſubito frigore: ſic & apud Vir. Gelidus teucris p dura cucurrit Oſſa tremor.

Calendę Iani cæteris prę ferendæ

De uictimaꝝ explorationę

Tauri phaliſci imolabãtur i triumphis Romanorum

℣ Quos: iuuencos operꝝ rudes. ℣ Herba Phaliſca aluit ſuis cãpis: qui adulti in Phaliſcoꝝ cãpis Romã inde agebanť: & tam ex Vmbris: q̃ ex Phaliſcis tauri Romę ĩmolabanť: & a triumphantibus, & a nouis cõſulibus: & in libro de Ponto poeta de Põpeio cõſule idẽ fere inqt. Colla boues niueos certe præbere ſecuri: Quos aluit cãpis herba Phaliſca ſuis. Et apud ueteres capitale erat bouẽ mactare: quẽ ut Pli. inqt. Socium laboris, agriq; culturæ habemus: & addit exemplũ illius, qui bouem occiderit in exiliũ eiecti, tanq̃ colono ſuo iterẽpto. Præterea & in Ae

ANT. FAN. Clauis & uirga Iano assignantur

¶Ille tenens baculũ dextra,clauemq; siniſtra: placet Macro.Ianũ cũ clau & uirga ideo figurari:qa eſt omniũ portarũ cuſtos,& rector uiarũ. Sed utrũq; idoneũ eſt ianitori:baculus ad uim repellendã:clauis ad claudendas,ac reſerãdas fores. ℣ Me chaos antiqui(nã ſum res priſca)uocabant:Ianus(teſte Macrobio)Saliorũ antiquiſſimis carminibus Deus Deorũ cane bat:creditusq; eſt a nõnullis (qui mundũ eẽ genitũ uolũt)nihil(ut diximus) aliud eſſe q̃ chaos cõfuſam & hiãtẽ ab initio unitatẽ, ac principiũ ꝓductionis oiuz rerũ. Vñ illud eſt M. Meſſalæ auguris de hoc Deo,q cuncta fingit,eadẽq; regit aquç,terrarũq; uim,ac naturã grauẽ, atq; ꝓnã in ꝓfundũ dilabẽtẽ ignis,atq; aiæ leuẽ in immẽſum ſublime fugiẽtẽ copulauit circũdato cælo.Hinc Ianus Deorũ antiqſſimus dicit.Iuuenalis:Dic mihi nunc q̃ſo,dic antiqſſime Diuũ Reſpõdes his Iane pater.Lege Macro.i Saturnalibus,q multa de hoc Deo tradit & aperte pariter & copioſe. ℣ Lucidus hic aer,& quæ tria corpa reſtant:quatuor dicit elemẽta,licet ſint, q rerũ naturã in tria diuidũt: auctore Donato:terra,mare,ac cælum.Vnde illud Terentii.O cælũ, o terra,o maria Neptuni.Virgi.in.iiii.Geor. Deũ nãq; ire per omnes Terraſq;,tractuſq; maris,cælũq; profundum,

Ianus antiquiſſimus Deorũ

PAV. MAR. ¶Ille:Ianus. ℣ Tenens baculũ dextra , & uirgã ſiniſtra: hoc eſt illud,qđ ſuperius diximus , Ianũ cũ clau & uirga figurari:quaſi oium & portarũ cuſtodẽ, & rectorẽ uiarũ. ℣ Edidit nobis hos ſonos ore priore: ita locutus eſt ore anteriore:& nõ eo qđ erat a tergo:ut melius poeta audiret. ℣ Diſce:facit Ianus attẽtionẽ:ut intẽtior ſit poeta ad eius uerba percipienda. ℣ O uates operoſe dierũ:o Naſo poeta ſtudioſe tẽporũ:q ſcribere cupis mẽſiũ & dierũ rõnẽ. ℣ Diſce poſito metu:abiecto oĩ timore . ℣ Qđ petis: & q Deus ſim:& cur biceps . ℣ Et percipe mente uoces meas:percipias aĩo uerba mea. ℣ Me chaos:reſponſurus quæſtioni Ianus refert ſe ad primaz mũdi originem: hoc eſt ad ipſum chaos. Q đ(ut auctor eſt Heſiodus in Theogonia)fuit quædã cõfuſa ab initio unitas: quã principiũ eſſe dicũt ꝓductionis oium rerũ. Vnde in principio Meta.Vnus erat toto naturæ uultus in orbe Quez dixere chaos.Facit ad hoc illud Diodori de prima hominũ generatione,quã duplicẽ refert . Quoſdã mundũ ingenitum fuiſſe,& genus hoiuz ab æterno ſine ortus principio ſenſiſſe.Quoſdã genitũ arbitratos:& habuiſſe homines initiũ.Nã a rerũ primordio cęlũ,& terrã unicã habuiſſe ideã immixta eorũ natura . Exinde diſtinctis inuicẽ corpibus: cœpiſſe mundũ hũc ordinẽ quẽ uidemus.Aera motũ cõtinuũ ſortitũ,& igneã ptẽ eius ſuperiora loca ꝓp leuitatẽ aiũt appetiſſe.Eadẽ cauſa Solẽ,& aſtra curſus ſuos ſortita limoſum,& turbidũ humori mixtũ eodẽ ſtetiſſe in loco ꝓp grauitatẽ:q cũ mixta eẽnt ex humidis mare effectũ ex durioribus terrã lutuoſam euaſiſſe,& omnino mollẽ. Hæc primũ cũ Solis ardore dẽſior euaſiſſet:eius ſuperficie ui caloris tumefacta multis in locis humores quoſdã eſſe cõcreatos:in qbus putredines tenui cõtectæ pellicula ſint excitatę:ut paludibus & ſtagnis Aegyptiacis uidemus accidere:cũ frigidã terrã ſubito æſtus aeris calefacit. Euripides in Menalippe cęlum,& terrã mixtã fuiſſe tradit.ſeparata poſtmodũ generaſſe ſingula,arbores,uolatilia,feras,ac oẽ mortaliũ genus. hactenus ex Diodo. Thales Mileſius aquã putauit rerũ eſſe principiũ : & hinc oĩa

De Iano ſecundũ Heſiodum

De elementorũ diſtinctiõe ſecundum uarios auctores: uidelicet Diodori Thaletis Anaxagorę Diogenis Archelai Heſiodi

Ille tenens baculum dextra,clauemq; ſiniſtra,
Edidit hos nobis ore priore ſonos.
Diſce metu poſito uates operoſe dierum
Quod petis:& uoces percipe mente meas.
Me chaos antiqui(nam ſum res priſca)uocabant:
Accipe q̃ longi temporis acta canam.
Lucidus hic aer,& quæ tria corpora reſtant:
Ignis,aqua,& tellus,unus aceruus erant.
Vt ſemel hoc rerum ſeceſſit lite ſuarum:

elemẽta mũdi,ipſumq; mũdũ,& q̃ in eo gignunt exiſtere. Anaximãder nõ ex una re,ſicut Thales ex humore, ſed ex ſuis ꝓpriis principiis qualq; res naſci putauit:quę rerũ principia ſingularũ eẽ credidit ĩfinita : & inumerabiles mũdos gignere. Refellit hoc Ariſtoteles, cũ dicat plures mũdos nõ eſſe neceſſe poſſe. Anaximenes oẽs rerũ cãs ĩfinito aeri dedit. Anaxagoras rerũ omniũ effectorẽ diuinũ aium ſenſit. Diogenes aera dixit rerũ eẽ materiã : de qua oĩa fierẽt,ſed eũ cõpotẽ diuinæ rõnis. Archelaus de pticulis inter ſe diſſimilibus:qbus ſingula quęq; fierẽt ita oĩa cõſtare putauit: ut ineſſe ẽt mẽtẽ diceret:q̃ corpa diſſimilia.i.illas pticulas cõiũgẽdo & diſſipando ageret oĩa. At Strabo inqt antiquũ de athomis dogmaſi Poſſidonio credẽdũ eſt)Mochi fuit hois Sidonii: q ante Troianas res uixit. Diximus hæc,ut facilius quę de ſeipſo aut de prima mũdi digeſtione Ianus refert,itelligamus,q ita loquit, ac ſi ipſe ipm chaos fuiſſet,ex eo ꝓdiſſet,diuiſiſſet,i ordinẽ quoq; redegiſſet:qđ creditũ ẽ auctoritate cõfirmatũ M. Meſſalę, de quo ſupius diximus. Qui cũcta fingit eandẽq; regit aquæ,terrarũq; uim, ac naturaz grauẽ:atq; ꝓnã in ꝓfundũ dilabẽtẽ: ignis atq; aiæ leuẽ in immẽſuz ſublime fugiẽtẽ copulauit circũdato cęlo. Quin etiã & ad rẽ facit Põpeianã illud cum chaos diffinit.iii. de etiã.ii. Chaos appellat Heſiodus cõfuſam quãdã ab initio unitatẽ hiantẽ,patẽtẽq; in ꝓfundũ:χαίνειν Græci , nos hiare dicimus. Vñ Ianus detracta aſpiratione dicit eo , q̃ fuerit oiuz primus. Cui primo ſupplicabãt ueluti parẽti, & a quo rerũ oium factũ putabãt initiũ. Sed hæc hactenus. ℣ Antiq:ueteres. ℣ Vocabãt me chaos : appellabant me eã cõfuſam unitatẽ,unde rerũ omnium principiũ fuit. ℣ Nã ſum res priſca:antiqua,& ante digeſtũ orbẽ. ℣ Accipe q̃ longi tpis canã acta : audias & animaduertas: q̃ uetuſtiſſima facta tibi referã:& auget attẽtionẽ: & ſibi antiquitate ultima auctoritatem facit. legitur etiam Aſpice. ℣ Lucidus:ipm chaos quatuor elemẽta cõfuſa & cõmixta tenebat. ℣ Hic aer lucidus:clarus & liqdus . ℣ Et tria corpa q̃ reſtãt:reliqua tria elemẽta.ſ. ℣ Ignis,aq̃,& tellus, erãt unus aceruus:unus cumulus ,, qa oĩa ſil mixta erãt. Aer ab ἀωρίστημι uerbo græco:qđ ẽ flo ſeu ſpiro,& Plin.aſſentire uĩ:cũ de elemẽtis agat aera ſpiritũ uocans. Quatuor.n.elemẽta eẽ cõſtat:de qbus Pli.ignitũ ſũmo:ide tot ſtellarũ collucentiũ illos oculos:proximũ ſpũs:quẽ græci: noſtriq; eodẽ uocabulo aerẽ appellãtuitalẽ hũc &c.& ſubdit:Cuius ui ſuſpẽſam cũ quarto aquarũ elemẽto librari medio ſpacio tellurẽ:ita mutuo cõplexu diuerſitatis effici nexũ:& leuia põderibus inhiberi:quo minus cuolent. Cõtra grauia ne ruãt ſuſpẽdi leuibus in ſublime tẽdentibus. Ignis dĩ a gignẽdo,ſeu naſcẽdo,qđ inde oĩa naſcant. Naſcẽdi cauſa duplex eſt,ignis & aqua. Hæc nuptiali die in limine ponebãt. Cuius rei cãs Plu.refert in Prob.& noua nupta attingere uidebaĩ:de quo alias. Inde eſt illud in Meta. Et ab his oriunt cuncta duobus. Aqua etiã(Põpe. teſte)dĩ a qua uiuamus. ℣ Tellus:terra ipſa(ut Var. iqt) a terẽdo:inde in auguz libris ꝓ ſimplex.r.ſcriptũ reperit. ℣ Vt ſemel: iqt Ianus poſtq̃ ab initio chaos apertũ eſt,& elemẽta ipſa ſuis in locis diſpoſita. Ego qui cõfuſus in ea maſſa fuerã diuinã accepi formã & faciẽ ſũmo deo dignã. ſic primæ quæſtioni reſpõdit,& quis deus eſſet aperuit. nã ab initio & primũ ſe oium fuiſſe oſtẽdit . ℣ Vt: poſtq̃.

De aq̃ & igne i ſacris

ANT, FAN.

¶Massa:chaos & inutilis elementoꝝ cõfusio. Ipse alibi:

Rudis indigestaq; moles Nec quicq̃ nisi pondus iners. Et infra:

Tũc ego qui fuerã globus & sine imagine moles.

¶Frõdibus:ordinabãt Capitolia frõdibus. ℣ Quæ nũc gemmis:quæ hoc tẽpore margaritis, & quibuscunq; lapillis pretiosis ornant.Illi ueteres aut pauperes, aut pretiosi cultus,& luxuriæ hostes,Capitolia frondibus ornabant: & ut aliquid de eo dicamus. Tarquinius priscus (ut a Tacito referẽ)ædẽ Ioui bello Sabino uouerat:iecitq; fundamenta:addidere aliqd & Tullus,& Superbus,sed operis gloria libertati reseruata.Horatius Puluillus iterum consul dedicauit:ea magnificentia: ut ab immensis postea opibus Populi Romani potius ornari, q̃ augeri possent.Post uero quadringentos & xvi.annos C.Norbano,& L.Scipione cõsulibus,Capitoliũ tam magnifice extructum flagrauit,restitutũ a Luctatio Catullo ad Vitellium usq; mãsit.Rursus incensum Domitianus princeps instaurauit.De Capitolii uero ornatu Pli.inquit:Laquearia,quæ nunc & in priuatis domibus auro tegũtur,post euersam Carthaginẽ primo inaurata sunt i Capitolio censura Mũmii,qui Achaiã uicit. Inde transiere in cameras,in parietes quoq;,qui iam & ipsi tanq̃ uasa inaurantur:cum sua ætas uaria de Luctatio Catullo existimauerit:quod tegulas æreas inauraſſet primus.At Cę sares eo sumptu Capitoliũ ornauerũt, ut fere quicqd in eo cõspiciebatur gẽmeum & aureũ esset. Ideo nũc dixit: Quæ nunc capitolia gẽmis: & de hoc etiam Ammianus historicus inquit: Huius totius artis ornamẽta quibuscunq; Aegyptiorꝝ miraculis sũt anteponẽda. ℣ Et ipse senator pascebat suas oues:diximus diuisum populum a Romulo, & senatum ab eo cõstitutũ.Credẽdum est aliquos e senatoribus ipsius pastores fuisse: nã collegerat ille pastorum multitudinẽ: & qui prius pastor fuerat etiã urbe cõdita pastoralem interdum uitã agebat. Sic & postea, sicut illi qui rei rusticę,hoc est agrorum culturæ operam exhibebant: ideo pauisse suas oues senatores dicit. ℣ Nec pudor:nec erat illis rubori aut dedecori. ℣ Cepisse placidã quietẽ in stipula:placide requieuisse: aut quiete dormiuisse in stipula,nõ in puluinaribus,nõ in tapetibus,nõ sub aureis culcitris,sed in nudis paleis. ℣ Et supposuisse fœnũ suo capiti:nõ etiã erat rubori habuisse fœnum sub capite loco puluinaris. Fœnũ a fœnore deducitur,cum nil aliud sine aliqua cura tantũ fœnoris præbeat. ℣ Iura:post exactos reges,cũ consules creari cœpissent ab ipso aratro interdum sunt accersiti:qui rempub. administrarent:& populo iura dicerent:& exacto magistratus tẽpore arua repetebant: & ipsorꝝ(ut inquit Plinius)imperatorꝝ manibus colebantur agri.Serentem in uenerunt dari honores,Seranum unde cognomẽ:aranti quatuor sua iugera in Vaticano, quæ prata Quintia appellantur: Cincinato uiator attulit dictaturã. Quid quod post magistratũ eburneo Scipione deposito agrestem stiuã aratri repetere rubor nõ fuit. Multa etiã referuntur exempla illorꝝ: qui diuitias uelut scelus fugere: & qui in paupertate ad summum magistratum prouecti sunt, & maximo reipubli. & usui ornamento fuere. De quibus cũ Valerio Maximo loquamur:Per Romuli causam, perque ueteris Capitolii humilia tecta: & per æternos Vestæ focos,fictilibus etiam nunc uasis contentos iuro nullas diuitias talium uirorꝝ paupertati posse præferri. ℣ Consul dabat iura: dicebat iura. ℣ Populo: Romano scilicet. ℣ Posito arario:a quo paulo ante fuerat accersitus.Cõsules Põpo.iuriscõsul.de origine iuris: dictos inquit qd̃ plurimũ reipub.cõsulerent. ℣ Et leuis lamina:leue frustum. ℣ Argenti erat crimen: pro scelere habebat argentũ habere. Etenim ex censoria nota damnabantur:qui quinq; pondi argẽto possiderent. Lamna & lamina pro rudi & infabricata materia metalli: quod in Odis Hora.quoq; diximus: Nullus argento color est auaris Abdito terris inimicæ lãnæ Crispe Salusti &c. ℣ At postq̃:aucto impio, auctæ ẽt sunt opes, & cũ ipsis aucta ẽ habẽdi cupido:ut expleri nunq̃ possit, & appetit & ꝓfundit aurꝝ:& q prius paupes fuerãt:tũ primũ e pśimonia i luxũ imutati cũ accessere Attalicæ opes:& Corinthiacæ, & Cypriæ:&.n.Corinthos & Cyprus faciũt ut aliq̃ notent ignominia Mumilis & Cato,qd̃ pp opes ea loca depopulasse existimant. ℣ At postq̃ fortuna loci: huiꝰ fatũ urbis Romæ & ipsius reip.status. ℣ Extulit ca

Frondibus ornabant, quæ nũc Capitolia gemmis:
Pascebatq; suas ipse senator oues.
Nec pudor in stipula placidam cepisse quietem:
Et fœnum capiti suppossuisse:fuit.
Iura dabat populis posito modo prætor aratro:
Et leuis argenti lamina crimen erat.
At postq̃ fortuna loci caput extulit huius:
Et tetigit summo uertice Roma Deos:
Creuerunt & opes,& opum furiosa cupido:
Et,cum possideant plurima,plura petunt.
Quærere ut absumant,absumpta requirere certãt:

Fœni usus apud ueteres p lecto & uexillo

Fabricii lexi eius censura

PAV. MAR.

Quotiens instauratũ fuit Capitoliuꝫ etiaꝫ de eius magnificentia

De cõsulibus antiquis notãda

Attalicę opes Cypriæ & Corynthiæ

put:eleuauit caput, quasi postq̃ auctis uirsbus iperium ꝓpagauit:& Virg.Vesq hæc tm̃ alias inter caput extulit urbes,Quãtum lenta solent iter uiburna cupressi. ☞ Et Roma tetigit Deos summo uertice:quasi extulit caput usq; ad sidera per hiperbolem. ☞ Et creuerunt opes:qa Romãi facti sunt opulẽtiores. ☞ Et furiosa cupido opũ: & creuit insana, & inexplebilis diuitiarum auiditas. ☞ Et cũ possideant plura: cũ sint iã resq dñi,& multa sub sua potestate teneant. ☞ Plura petũt:appetũt etiã plura: neq; pluribus q̃ habent sunt contenti. ☞ Certant:certatim contendunt. ☞ Quærere: opes.s. ☞ Vt absumãt: ut qd absumere, & ꝓfundere possint: ut est illud Crispi: Diuitias suas uincere nequeũt:quas profundant in extruendo mari,& in montibus coæquãdis. ☞ Certant: conantur. ☞ Reqrere absumpta:ea q̃ iã absũpserint, & ꝓfuderint.

¶ Atq; ipsæ uitiis sunt alimenta uices.
Sic,quibus intumuit suffusa uenter ab unda,
Quo plus sunt potæ,plus sitiuntur aquæ.
In pretio pretium nunc est:dat census honores:
Census amicitias:pauper ubiq; iacet.
Tu tamen auspicium si sit stipis utile quæris:
Curq; iuuent nostras æra uetusta manus.
Aera dabant olim: melius nunc omen in auro est:
Victaq; concessit prisca moneta nouæ.
Nos quoq; tẽpla iuuant, quãuis antiqua ꝓbemus:
Aurea:maiestas conuenit ipsa Deo.

¶ Atq; ipse uices:alternationes,seu uicissitudines quærẽdi & absumẽdi. ☞ Sũt alimẽta uitiis:alunt cupiditatẽ ipsã insatiabilẽ. ☞ Sic qbus:cõparat auaritiã hydropisi: sic & Hora.i Odis:Crescit idulgẽs sibi dirus hydrops.Quoi loco nos mlta diximus:& tria gña hydropiseos eẽ ostẽdimus, timpanitẽ, aschitẽ, & hyppolarcham. Hic uero de aschite itelligẽdũ cẽseo: q̃ẽ cũ ex aliq̃ mala digestione debilitat epar,aquositas in ipo epate gignit:q̃ qdẽ pulmonẽ ipm respirare nõ sinit: cũ p ipsaz diaphragma eleuet,calor gignit:ide creber anhelitus,& ideo sitit: nec ullo potu sitis extigui põt.Vñ apud Hor.Nec sitim pellit nisi cã morbi: Fugerit uenis & aquosus albo Corpe lãgor. ☞ Sic:eodem mõ. ☞ Quibus:ab illisqb?. ☞ Vẽter intumuit ab unda suffusa: ab aquositate ipsa suffusa p epar. ☞ Quo plus sunt potæ aquæ plus sitiunt:q̃to magis bibit eo morbo correptus:tãto magis sitit. ☞ In põtio:nihil iã ẽ qd possit nisi pecũia cõparari. ☞ Pretiũ ẽ i põtio:q̃si qcqd põtiosuz ẽ: & alicuius æstimatiõis uenale ẽ,qm̃ nõ dat ultro cuiq̃ sine põtio. ☞ Cẽlus dat honores:põtiũ siue pecũia dat publica munera,hoc ẽ ipsos magãtus:ut ẽ illud Horatii:Certet tergeminis tollere honoribus. ☞ Cẽlus dat amicitias: & amicitiæ ẽt põtio parant:& alio loco dictũ ẽ.Illud amicitiæ quõdã uenerabile nomẽ Prostat, & in q̃stu ꝓ mere trice sedet. ☞ Paup:q põtiũ soluere nõ põt. ☞ Iacet ubiq;: qa pro abiecto,& uili habet:hæc olim dicebant: sed nos nostroz tẽpoz pudet.Sed uenias optata dies, & cõsule rebus:Impia ne serpat pectora acerba lues.Cẽsus p põtio, & cẽsus ꝓ reditu, & annuo fructu: & cẽsus qd uiritim ærario soluebat.Cẽsum Romæ primũ Tullus rex instituit:sed de hoc alias. ☞ Tu tm̃:cũ a ꝓposito digressus uideat ad ipm redit:petiuerat.n.cãm stipis poeta: eã nunc explicat. ☞ Tu tm̃ q̃ris si sit utile auspiciũ stipis:hoc est si omẽ utile ac felix ab oblatiõe stipis ipsius digne captabitur. ☞ Et cur æra uetusta:antiqua. ☞ Iuuent: delectent. ☞ Nfas manus:cũ calẽdis nris offerũt.Aera uetusta dixit, qa æs prius signari cœptũ ẽ. Ser.n.Tullus(ut auctor ẽ Pli.)prim? signauit æs:Añ rudis laminæ æreq usus erat. Signatũ ẽ nota pecudũ,ide pecunia dicta.Vesq Pli.xix.li. iqt:Seruius rex ouiũ,boũq; effigie primũ æra signauit. Argẽtũ signatũ fuit ãno ab urbe cõdita.D.lxxxv. Fabio cõsule.v.ãnis añ primũ bellũ Punicũ:notq argẽti fuere ex uno latere bigæ q̃drigæ:ex altero caput cõsulis,ide argẽtei nũmi bigati,& q̃drigati. Signatũ quoq; fuit nota uictoriæ:uñ victoriat? nũmus.Aureus uero nũmus ꝓcussus fuit ãno urbis.D.xlvii.auctore icerto. ☞ Veteres: ipi antiq. ☞ Dabãt oli æra:æreos nũmos. ☞ Nũc ẽ me,omẽ i auro:bonũ erat prius omẽ i ære:sz lõge melius i auro,in ipsis aureis nũmis,& i põtiosiore metallo. ☞ Et pri.moneta ærea. ☞ Victa:ab auro qd posterius signatũ. ☞ Cõcessit nouq;:cessit aureo nũmo. ☞ Nos quoq;: & i diuinis quoq; q̃uis uetera laudent,noua tm̃ ditiora magis oblectãt. ☞ Nos quoq;:nos ẽt Dii. ☞ Quãuis ꝓbemus: cõmẽdemus. ☞ Antiqua tẽpla:q̃ a paupibus antiqs fuere cõdita,& ære tm̃ ornata. ☞ Iuuãt tamen templa aurea:auro exornata a posteris magnificẽtiore sũptu posita. ☞ Ipsa maiestas:auri & ditioris tẽpli. ☞ Cõuenit Deo:q̃si magis cõueniũt Diis põtiosa,q̃ uilia:de maiestate dicemus i.v.li.

¶ Sed nostris

PAV. MAR.

ANT. FAN.

Hydropici quo plus bibũt eo sitiũt magis

Veternosus

Moneta ærea

Aerariũ

Aerarii milites

Obęrati

Auari

Aeruscare

Aeris inuentum

Quis primuz æra signauit

Pecunia

Pẽsio

Notç argenti

Bigati

Aureus nũmus qñ ꝓcussus fuit

Quomodo põtium dicitur eẽ i pretio

Argenti moneta cũ bigis aut quadrigis in altera pte erat caputcõsulis

ANT. FAN. ¶Sed noſtris utimur annis: & moribus noſtri tẽporis. Loquit aũt Ianus quaſi unus Romanorũ. Tale illud eſt apud Vir. Nos tua pgenies cęli qbus annuis arcẽ. ☞ Mos tn ẽ æque dignus uterq; coli: priſca parſimõia & tẽplorũ maieſtas. ☞ Sed cur naualis i ære Altera ſignata ẽ, altera forma biceps: Ianus cũ Saturnũ claſſe puectũ excepiſſet hoſpitio, & ab eo edoctus peritiã ruris ferũ & rudẽ ante fruges cognitas uictũ i meli⁹ redegiſſet: regni cũ ſocietate munerauit: & cũ primus æra ſignaret (ut iqt Mac.) ſeruauit & i hoc Saturni reuerẽtiã: ut qm̃ ille naui fuerat aduectus ex una qdẽ pte ſui capitis effigies, ex altera ueto nauis exprimeret: quo Saturni memoriã ẽt i poſteros ppagaret. Vñ oli pueri denarios i ſublime iactantes capita aut nauim exclamabãt. Aliis ãt placet nũmum ita fuiſſe ſignatũ, ut res duas præ ſe ferret: quarũ altera i ciuitate pulcherrima ẽ, altera maxime neceſſaria: legũ uidelicet bonitatẽ, & afluẽtiam reꝝ: q̃rũ illã oſtendit frõs Iani duplex, q feros hoies optimis legibus redegit ad uitæ cõmutationẽ: hãc nauis expreſſa. Nouimus. n. nauigabilẽ fluuiũ ſuppeditare ciuitati reꝝ oĩũ ubertatẽ. Lege Plu. i qõnibus. Sciẽdũ (ut Sertio placet) Saturnũ Italis primũ uitẽ oſtẽdiſſe. Vñ illud ẽ: Vitiſator curua ſuãs ſub imagine falcẽ. Sed is uitẽ oſtendiſſe dr̃, nõ q̃ fuerit uitis ĩuẽtor, ſed qd̃ uitis genus Italis pplis demõſtrarit. Ei⁹ ædes (ut diximꝰ) ærariũ fuit: ubi & tabulæ publicæ ſuabãt, a qbus tabulariũ dicebat: auctor. Plu. qa ferũt Saturni tpe nec auaritiã nec iprobitatẽ i hominibus fuiſſe ſed fidẽ. Id tẽplũ prius oĩũ Vale. Publicola exactis regibus ærariũ declarauit, ubi a p̃fectis ærarii legatorũ oĩum undecũq; Romã ueniſſent noia ſcribebãt. Prius ãt oĩum Saturno arã erexit Cecrops: ut Mac. refert. ☞ Ni uetus ipſa dies exte.o. dies hic tps ſignificat: ut diem adimere ægritudinẽ hoibus. &: Lõga dies hoi docuit parere leões. ☞ Añ. p. f. o. d. Saturn⁹ falcẽ hẽt i tutela: q̃ dr̃ pri cælo uirilia amputaſſe, q̃ cũ i mare cecidiſſent Venerẽ creauerũt. Q d̃ iõ fingit (auct. Ser.) qa niſi hũor decęlo i terras deſcẽderet nihil crearet. Alii Saturnũ Deũ eẽ tẽporꝝ dñt, q̃ ſicut falx, i ſe recurrũt: alii eũ in ꝓgreſſu nihil nocere: cũ ãt retrogradus ẽ afferre pericula. Ideoq; eũ hr̃e falcẽ i tutela, qd̃ falx ꝓtẽta nullã uim hẽt: retro uero acta qcqd ei occurrit ſecat. Sũt & q falcẽ Saturno tributã putẽt, qd̃ tps (ut iqt Mac.) oĩa metat, exercet, & ĩcidat. Aliis placet dari Saturno falcem ueluti meſſis inſigne: qd̃ melioris uitæ auctor fuerit. Pererrato autem orbe dicit: q̃ is Deus multum errauerit iram fugiens Iouis.

Cur i altera parte æris Iani effigies i altera nauis erat

Errariũ in tẽplo Saturni

Saturn⁹ falce cęli patrilia amputauit

PAV. MAR. ¶Laudamus ueteres: ueterꝝ mores. ☞ Sed utimur nr̃is annis: q̃ſi moribus nr̃i tẽporis: Deus eſt q loquit̃: ſed interdũ hois ꝓſonã accipit. ☞ Tn̄ uterq; mos: utraq; cõſuetudo & uetus & noua. ☞ Eſt dignus coli æq̃: pari mõ dignus eſt uterq; q celebret̃ & ſeruet̃. ☞ Finierat: q̃rit nunc poeta cur i antiquis nũmiſmatibus ex altera parte ſit Ianus biceps: ex altera ſit nauis: cuius rei rõnẽ mox ſubnectam. ☞ Finierat: Ianus. ☞ Monitus: ſuos. ☞ Ipſe: ego. ☞ Placidis uerbis ut añ: ut prius fecerã. ☞ Rurſus: iterꝝ. ☞ Alloquor Deũ clauigerũ: Ianũ q cũ claui & uirga figurat̃. ☞ Multa qdẽ didici: iã ex tuis uerbis mlta ꝓcepi: ſed. ☞ Cur in ære: i ære o nũmo. ☞ Altera for. eſt ſigna. naua. quaſi cur ex altero latere eſt nauis. ☞ Altera eſt biceps: ex altero latere hẽt formã bicipitẽ. ☞ Noſcere: bicipitem formã ſibi aſcribit Ianus, naualẽ Saturno i Italiã rate aduecto. & Pli. meminit: i æreo nũmo ex altera pte Ianus geminus erat: ex altera roſtrũ nauis: & nobis domi plura ſunt nũmiſmata antiquiſſima huius notæ: & aliquod eſt põderis unius aſſis. De hoc Mac. ita inqt: Ianus cũ Saturnũ claſſe puectũ hoſpitio cepiſſet: & ab eo edoctus peritiã ruris ferũ & rudẽ illũ añ fruges cognitas uictũ i melius redegiſſet: regni eum ſocietate munerauit. Cũ primus æra ſignaret: qm̃ ille naui fuerat aduectus: ſeruauit i hoc Saturni reuerentiã: ut ex una pte ſui capitis effigies: ex altera nauis exprimeret̃. Aes ita fuiſſe ſignatum itelligit hodie in aleæ luſu: cũ pueri denarios in ſublime iactantes capita aut nauim luſu teſte uetuſtatis exclamãt. hæc ille. Sed aliunde rõnẽ aucupat̃ Plutar. xl. Problemate: ubi cũ ſuperiorẽ & ipſe rõnẽ attigit: & tacite refelli ſubdit. Sed illud potius quiſpiam coniiciat, alia eſſe in ciuitatibus quæ pulchra, alia quæ neceſſaria: maximũ uero atq; omniũ pulcherrimũ iudicari bonitatẽ legũ. Longe uero ex oĩbus neceſſarium eſſe copiã & ubertatẽ. Quoniã uero Ianus feros hoies ad mãſuetudinem traducens optimis legibus informauit: neceſſariam uero reꝝ affluẽtiã fluuius nauigabilis ſuppeditat, & partim ex agro ac uicinis locis: partim & longinquis, ac mari deuehens: nihil qd̃ ad uſum pertineat deſiderari patit̃. ideo nummus ita ſignatus eſt: & ut legislatoris duplicẽ frontẽ propter uitæ cõmutationẽ, ut dictum eſt: & imaginẽ nauium propter fluuii cõmoditatẽ præferat. ☞ Dixit: Ianus. ☞ Vt poſſes me noſcere duplici imagine: ideo in æreo nũmo ex altera parte eſt forma biceps: ut in bicipiti forma meã imaginẽ duplicẽ cognoſceres. ☞ Ni ipſa uetus dies: niſi ipſa uetuſtas. ☞ Extenuaſſet opus: excidiſſet & attriuiſſet imaginis notã: ſeu nummũ ipſum. ☞ Supereſt cã ratis: reſtat ut abſoluã cur nauis eſt in æreo nũmo. ☞ Deus falciſer: Saturnus. ☞ Venit in amnẽ Thuſcũ: in Tybrim Hetruriæ fluuiũ. ☞ Ante: hoc eſt prius q̃ ſignaret̃ nũmus. ☞ Pererrato orbe: cũ diu p orbẽ erraſſet fugiens Iouis filii uires: & iracundiã. Falciſer Saturnus dr̃ & cum falce figurat̃ uel ob meſſis peritiam: uel qa Italis primus uitẽ putare oſtẽdit. Vnde Vir. Vitiſator curuã ſeruãs ſub imagine falcẽ: ut̃ (ut Mac. aſſerit) cũ Saturnũ, q grçce dr̃ cronos ipm tps iterpretet̃: falcẽ qdã attributã putãt qd̃ tps oĩa metat, exercet, & incidat. Pẽdet adhuc Iani oro: & deſcẽdit ad plures uerſus. ☞ Hac ego: mortuo Camese Iani ſocio aduectũ in Italiã Saturnũ Ianus ſuſcepit: & cũ eo pariter regnauit: unde poſteri (ut Aurelianus ille Vectius refert) duos eis mẽſes cõtinuos dicarũt, ut Decẽber ſacrum Saturni, Ianuarius alterius uocabulũ poſſideret. Cũ aũt Saturnus inter regnãdũ nõ cõparuiſſet: excogitauit Ianus honorꝝ eius argumẽtũ, ac terrã oẽm ditiõi ſuę parẽtẽ Saturniã nũcupauit: arã cũ ſacris cõdidit, q̃ Saturnalia noiauit regni eius tpa feliciſſima, tũ ob reꝝ copiã, tũ qd̃ nondũ qs ſeruitio: uel libertate diſcriminabat̃. Diony. ẽt inqt Saturniã a Saturno noiatã Italiã, & Saturniũ collẽ: q nũc Capitolinus dr̃: & Saturniã urbẽ. Idẽ ubi ſũmis laudib⁹ Italiã extulit.

Caput Iani & nauis cũ Saturno i ære ſignabãtur

Laudamus ueteres: ſed noſtris utimur annis.
Mos tamen eſt æque dignus uterq; coli.
Finierat monitus: placidis ita rurſus ut ante
Clauigerum uerbis alloquor ipſe Deum.
Multa quidem didici: ſed cur naualis in ære
Altera ſignata eſt, altera forma biceps?
Noſcere me duplici poſſes ut imagine dixit:
Ni uetus ipſa dies extenuaſſet opus.
Cauſa ratis ſupereſt: Thuſcum rate uenit in amnẽ
Ante pererrato Falcifer orbe Deus.
Hac ego Saturnum memini tellure receptum.
Cælitibus regnis a Ioue pulſus erat.

De laudibus Italiæ

subdidit itaq; Minime miꝝ est priscos hãc terram opinatos esse Saturno sacram: cũ existimarent hũc Deum esse hoibus felicitatis omnis largitorẽ & perfectorem. Laudes Italiæ a Diony. Pli. Stra. Theodo. & aliis fere inumeris referunt cumulatius. ℣ Ego memini Saturnum receptum hac tellure: quasi memini me recepisse Saturnum hospitio i hac terra latina.

℣ Erat pul. a lo cę. re. pepulerat illũ Iuppiter fili⁹ a regno cæleſti: ueꝝ ñ a cęleſti: ſed a Cretenſi regno. Euemerus. n. in hiſto. ſacra refert Saturnũ ſorte admonitum: ut a Ioue filio caueret: ne cũ regno pelleret, eſ fugiẽdi periculi gratia Iouí inſidias itendiſſe. Quod ubi Iuppiter reſciuit patrẽ fugaſſe, armatoſq; inſequẽtes miſiſſe, qui eũ necarẽt, Saturnũ cũ diu erraſſet uix in Italia locũ quo lateret inueniſſe. Mac. uero cũ tẽpus Saturnum dicat, eundẽ inquit a filio pulſuꝫ, qd aliud eſt q̃ tẽpora ſeneſcentia ab his quæ poſtea nata ſũt depelli. Facit ad hoc illud Hora. Truditur dies die, nouæq; pergũt iterire Lunæ. Veꝝ qa Italia inferior eſt q̃ Græcia: in qua mons ẽ Olympus, finxere poetæ illũ ab æthereo Olympo ad Italiã aduenisſe. Vnde apud Virgiliũ: Primus ab æthereo uenit Saturnus Olympo Arma Iouis fugiens, & regnis exul ademptis: uel dicas. ℣ Cælitibus regnis pulſus: a regno paterno, cũ ipſe Saturnus Cæli filius dicatur.

ANT. FAN.

Saturnia

℄ Inde diu gẽti mãſit Saturnia nomẽ: Saturnia & regionis & urbis nomẽ eſt. Regionis ut hoc loco. Ianus enim (teſte Macro.) excogitauit honoꝝ Saturni argumẽtũ, & terrã omnẽ ditioni ſuæ parentẽ Saturniã noiauit. Vrbis ut in. viii. Aenei. Hãc Ianus pr̃, hãc Saturnus cõdidit urbẽ: Ianiculũ huic, illi fuerat Saturnia nomẽ. Cæterũ Ianiculũ oppidũ & Saturnia a Saturno, Ianoq; cõi opera cõdita ſunt mortuo iã Cameſe cũ quo Ianus participata potẽtia regnaſſe dr̃: quã ob cãm duo menſes cõtinui eis dicati ſunt, December Saturno, Ianuarius Iano. ℣ Dicta quoq; eſt la. ter. la. Deo; Varroni placet Latiũ dici Italiã qd latẽat inter p̃cipitia Alpiũ & Appẽnini: ſed eſt & pars Italiæ pene oĩbus nota: & ſic dicta, ꝙ Saturnus ibi latuerit: quã ideo poetę finxerũt e cælo pulſuꝫ ꝙ Italiã cõſtet eẽ iferiorẽ Gręcia ubi Olympus eſt: quo noie & cęlũ accipimus. Eſt ãt mons tãta altitudine, ut excedat nubes: ut Nubes excedit olympus Lege Deũ. Re ãt uera Iuppiter Saturnũ e Creta dr̃ pepuliſſe. Sed placet & illud Macro. Saturnũ eẽ tp̃s; ꝙ ſenecẽs ab his pellit q̃ poſtea naſcunt. ℣ Arx mea col. e. quem uulgus noie nr̃o Nuncupat, hæc ætas Ianiculũq; uocat: Ianiculũ oli Antipolis dicebat, atq; (ut Liuius tradit) urbi adiectũ eſt nõ inopia loci, ſed ne qñ ea arx hoſtiũ eſſet. Sciẽdũ Ianiculũ eẽ nõ ſolũ collẽ, q eſt in regiõe trãſtyberina, ſed oppidũ: qd a Iano denominatũ Saturnus, Ianuſq; cõcordes cõi opa (ut diximus) cõdiderũt, ſicuti & Saturniã in colle Saturnio, q nũc Capitolinus dr̃. Feſtus uero Iãiculũ dictũ exiſtimat: qd ꝑ ipm Po. Ro. primitus i agrũ Hetruſcũ trãſierit. Quare Porſena rex Hetruſcoꝝ cũ Tarquinios in urbe reſtituere uellet primo ipetu Ianiculũ cepit: quẽ regẽ qm̃ Mutius ſua cõſtãtia ab urbe dimouit, Mutia porta trãſtyberina ex eo tradit noiata. Sũt q legãt Ara mea eſt colli: qd nõ diſpli-

Latium

Cur Saturnus e cælo pulſus fingit

Ianiculũ prius dicebatur antipolis

cet. Oſtẽſum. n. mihi ẽ in Ianiculo huius Dei ſacellũ, cum ad urbẽ me cõtuliſſem orator miſſus a ſenatu Fanẽſi ad Sixtũ quartũ Põ. Max. ubi diligẽtiſſime ꝑſcrutatus ſum q̃cũq; antiquitatis monumẽta cernũt. ℣ Tũc. e. r. p. c. t. d. cũ ſcelera hoium nõdũ e terris Deos excedere cõtuliſſet. ℄ Inde: hoc eſt qd mõ dicebamus a Saturno regionẽ & urbẽ, & gentẽ Saturniã denominatam. ℣ Inde: ex eo. ℣ Diu mãſit gẽti nomẽ Saturnia: diu & gẽs Latia, & regio Saturnia dicta. ℣ Et terra quoq; eſt dicta Latiũ latẽte Deo: & qd i ea terra latuerit Latiũ ẽ appellatũ: qd Var. ꝓbare non uidet cũ dicat Latiũ uocari, q in ter mõtes lateat. ℣ At bona: nõ ſumus adeo & ingenii & iudicii pauperis: ut errores ueteꝝ non aduertamus. Macr. n. aſſerere uelle uidet (ut paulo añ dixim⁹) primũ Ianum æra ſignaſſe ſub imagine ſua bicipiti & naui. Pli. primum q æra ſignaret Tullũ fuiſſe oñdit: & nũc poeta Ianũ introducẽs poſteritati aſcribit. Vr̃ ergo Ianus ꝑmus nõ fuiſſe, & nos cũ Pli. & poeta ſentiamus. ℣ At bona poſteritas: ipſi poſteri pii & memores meritoꝝ. ℣ Formauit i ære puppim: in æreo nũmo naui formauere: qa naui fuerat Saturn⁹ i Italiã aduectus. ℣ Teſtificata: ipſa poſteritas. ℣ Aduẽtũ hoſpitis Dei: ea nota teſtimoniũ phibẽs de Saturno: quẽ ego hoſpitio ſuſcepi: aliq legũt puppim ſeruauit in ære: nã ab initio ipreſſam poſteritas ſeruauit: melius erit formauit, ut ẽ in uetuſtiſſimis codicibus: nã e poſteris fuit Tullus rex: q primus æra ſignauit. ℣ Ipſe ſolũ: Saturnus eis Tybrim, & Ianus trãs Tybrim habitauere. ℣ Ipſe: ego. ℣ Colui ſolũ: tellurẽ. ℣ Cuius læuũ latus: q̃ſi partẽ ſiniſtrã. ℣ Radit placidiſſima unda Tybridis arenoſi: a qua Tyberina abluit: nã q i ea regiõe eſt: & uertat ſe ad mare ad ſecũdũ curſũ fluminis a ſiniſtra Tybrim hẽt, ſic lęuũ latus recte dixit. ℣ Hic ubi: & i libris de Arte: Quæ nũc ſub Phœbo ducibuſq; palatia fulgent: Quid niſi araturis paſcua bobus erãt. ℣ Ardua ſil. alta & difficilis acceſſu ſilua. ℣ Virebat tũc: eo tpe. ℣ Hic, ubi nũc ẽ Ro. ubi nũc eſt ea urbs, q̃ toti orbi ĩperitat &. ℣ Tãta res: q̃ta ẽ ipſa Roma: aut locus i quo cõdita ẽ. ℣ Erãt paſ. paucis bobus: qa uix pauci ſatis erãt: aut qa paupes colõi paucos habebãt boues. ℣ Ara mea: aliq legũt Arx mea collis erat: melius Ara mea ẽ colli: nã fidẽ facit uerbis ſuis: ꝙ ſacellũ ſuo numini dedicatũ adhuc extet i eo colle, quẽ incoluit: & q ab eo Ianiculus nuncupat. ℣ Ara mea eſt col. quaſi habeo arã i eo colle. ℣ Quẽ: collẽ. ℣ Vulgus nũcu. no. nr̃o: appellata meo nomine. ℣ Et hæc ætas uocat Ianiculũ: qa nõ mõ ueteres: ſed q nũc uiuũt Ianiculũ dicũt: & nr̃o quoq; tpe mons Ianiculus dr̃, ubi eſt tẽplũ Diui Onophrii: claꝝ tũ ipſa religione & hoium frequẽtia, tũ ẽt Antõii Cãpanii iunioris fr̃is mei ſepulchro: quẽ ſi in maturiorẽ ætatẽ fata ꝓuexiſſent: ſuo carmĩe antiquoꝝ poetaꝝ famã adęquaſſet: ſed fortũa bonis iuidẽs eũ nobis in ipa aduleſcẽtia ſurripuit. ℣ Tũc: eo ergo tpe in terris regnabam, cũ iter hoĩes Dii erãt. ℣ Tũc: eo tpe. ℣ Ego regnabã cũ terra eẽt patiens Deoꝝ: eo tpe quo terra poterat ſuſtinere Deos: hoc eſt anteq̃ ab hoium ſceleribus pellerent. ℣ Et numina mixta: eẽnt. ſ. ℣ Hũanis locis: metonymiæ ſpẽs eſt: nã qd tenet pro

PAV. MAR.

Variæ opiniones de Latio unde dicatur

Mõs Ianiculus ubi nũc eſt tẽplũ ſancti Onophrii

net pro eo quod tenetur, hoc est locum pro locato. &.d. cum Dii essent hominibus immixti. ¶ Nondum iustitiã: regnabat tunc Ianus, cum nondum mortalium scelera iustitiam ex orbe fugassent, cum omnes iusti suapte natura essent: neq; arma usquam fabricarentur. ¶ Nondũ: non adhuc. ¶ Facinus mortale: scelera mortalium. inter

Facinus messum est nomen

dum facinus in bonã partem accipitur, ut Egregiũ facinus, & clarum facinus & similia. ¶ Fugarat iustitiã: pepulerat ex orbe astream ipsam: q̃ iustitia dicit.

ANT. FAN.

¶ Vltima de superis illa reliquit humũ: ipse alibi: Et uirgo cæde madentes Vltima cælestũ terras astrea reliquit. Virgilius primo Georgicoꝝ: Extrema p illos iustitia excedens terris uestigia fecit. ¶ Et clauẽ ostẽdens, hęc ait arma gero: qa est portarum custos, ut diximus. Vnde & Portunus clauem tenere manu fingebatur, q̃ Deus putaretur esse portarum. ¶ Cum tot sint Iani cur stas sacratus in uno? quærit cur Iano uno tantũ in templo Romani rem diuinam faciant, cũ multa eius Dei templa in urbe sint. ¶ Hic ubi iuncta foris templa duobus habes: ædes Iani celeberrima: quam scribit Liuius, Numa fecit ad infimum Argiletum ut aperta bellum, clausa pacem significaret. Fuit inter duo fora, Boarium uidelicet & Piscarium apud Tyberim: unde ait Varro: Ad Ianum forum Piscarium uocant. Fuit in hac æde simulachrum Iani uetustum quidem, sed quod artificio placere posset. Pli. Fuisse autem statuariam artem familiarem Italiæ quoq; & uetustam indicant Hercules ab Euãdro sacratus, ut produnt in foro Boario, qui triumphalis uocatur, atq; per triumphos uestiꝫ habitu triumphali. Præterea Ianus geminus a Numa rege dicatus: q̃ pacis, belliq; argumento colitur. Hæc imago (ut inquit Seruius) translata est ad transitorium forum posteaq̃ captis Phaleris ciuitate Thuscię inuentum est simulachrũ Iani cum frontibus quatuor, & unum templũ quatuor portarum est constitutum: ut diximus supra. Multa hoc loco præterire libet: quoꝝ partẽ explicamus, partem dicturi sumus, partem omittimus fastidio parcentes.

Cur Iano uno tantum in tẽplo cũ plura sint sacrificãt Iãi ædes ubi fuit

PAV. MAR.

¶ Vltima illa: astrea seu iustitia. ¶ De superis: ultima ex omni Deorum cælestium numero. ¶ Reliquit humum: hoc est Deseruit terras, cælumq; astrea petiuit: & in Metamor. Vltima cælestum terras astrea reliquit. Tamdiu enim in orbe fuit: q̃diu sine scelere uixit mortale genus. Iustitiam, quæ & uirgo dicitur, Hyginus Iouis & Themidis filiam dicit. Aratus Astrei & Auroræ: quæ eodẽ tempore fuerit cum aurea sæcula: & eorum principem fuisse demonstrat, quam propter diligentiam & æquitatem, iustitiam apellatã, neq; illo tempore ab hoĩbus exteras nationes bello lacessitas esse, neq; nauigio quemq̃ usum, sed agris colendis uitã agere cõsueuisse: sed post eoꝝ obitum, qui sunt nati: eos minus officiosos magis auaros cœpisse fieri. Quare minus iustitiã iter hoies esse uersatam. Deniq; causam peruenisse usq; cordum dicere tur æneum genus hoium natum esse. Itaq; iam non potuisse pati amplius, & ad sydera uolasse. Vnde apud Aratum a Germanico traductum: Deseruit ꝓpere terras iustissima uirgo: Et cæli sortita locum: qua proximus illi Tardus i occasum sequitur supra plaustra Bootes. Chrisippus autẽ (ut testat Gellius) iustitiæ imaginẽ effingens

De forma iustitiæ secũdũ Chrisippum

Vltima de superis illa reliquit humum.
Proq; metu populum sine ui pudor ipse regebat:
Nullus erat iustis reddere iura labor.
Nil mihi cum bello: pacem, posteq; tuebar:
Et clauem ostendens, hæc ait arma gero.
Presserat ora Deus. tunc sic ego nostra resoluo,
Voce mea uoces eliciente Dei.
Cum tot sint Iani: cur stas sacratus in uno,
Hic, ubi iuncta foris templa duobus habes?
Ille manu mulcẽs propexam ad pectora barbam,

os, & oculos, uultumq; seueris, atq; uenerãdis coloribus depinxit. Virginali aspectu uehementi, & formidabili, luminibus oculoꝝ acerbis, neq; humilis, neq; atrocis: sed reuerendæ cuiusdam tristitiæ dignitate. Ex huius imagi nis significatione: intelligi uoluit iudicẽ iustitiæ oportere esse grauẽ, sanctum, seuerũ, incorruptum, inadulabilẽ. Cõtraq; improbos, nocentesq; imisericordẽ, atq; inexorabilẽ, erectumq;, & arduum ac potentẽ ui & maiestate æqtatis, ueritatisq; terrificũ &c. ¶ Ipse pudor: quasi cũ unusquisq; turpe sibi duceret peccare. ¶ Ipse pudor: qui semp rõnem habet honesti. ¶ Regebat populum: in sũma. i. laude honestatis. ¶ Pro metu: loco metus supplicii. Multi. n. metu supplicii non delinquunt: at illi nõ ullo metu, sed pudore tantum quæq; turpia uitabãt. Siue quasi cũ nullis uiribus cogerent, pudore tm̃ nõ delinquebãt. ¶ Nil mihi cũ bello: eo tpe non erã ego bellis ꝓpositus: ut nũc q in bello aperior. ¶ Tuebar pacẽ & postes: defendebã pacẽ cui præerã, & seruabã ianuas. legit ẽt portas. ¶ Et ostẽdens clauẽ: ut sæpe diximus: cũ claui figurari: & sunt hæc uerba poetæ. ¶ Ait: Ianus. s. ¶ Hæc arma gero: quasi hãc solũ clauẽ ꝓ armis gero. Nõ. n. mihi sunt bellica instrumẽta: qm̃ Deo pacis armis nõ opus ẽ. ¶ Presserat: ubi tacuit Ianus, poeta sciscitat cũ plura sacella habeat, cur uno tm̃ in loco sibi sacra fiant. ¶ Deus: Ianus. ¶ Presserat ora: iam tacuerat, & ora clauserat. ¶ Tũc ego sic resoluo nostra: aperio mea ora, & ita loquor. legitur etiã resolui. ¶ Voce mea eliciẽte: prouocante. ¶ Voces Dei: uerba Iani. Nam sciscitanti mihi respõdebat ille, sic eliciebã eius uoces. ¶ Cum sint tot Iani: tot sacella tibi Iano dedicata. ¶ Cur stas sacratus in uno: cur uno in loco sacrata est tua effigies, & sacrificia tibi fiunt. ¶ Hic, ubi habes tẽpla iuncta duobus foris? ubi est tẽplum tuũ: quo in loco terminant duo fora, Romanũ & Boariũ: & enim (ut superius diximus) Iani tẽplũ ad infimũ Argiletũ Numa cõdiderat: eratq; sub cliuo Capitolino ad Velabrũ, ubi & nunc sunt quatuor illi ingẽtes, & marmorei arcus: in quatuor mũdi partes respiciẽtes. Ibi quoq; & tẽplũ Diui Georgii ad Velabrũ: sic enim inscribit. Cũq; sciamus ad Velabrũ fuisse tẽplũ Iani illic eẽ affirmãdũ est, ubi ea fora terminabant. Est. n. illic arcus Seueri pertinacis, cũ bouũ simulachris: testaturq; illinc incipere foꝝ Boariũ: & q̃d ulterius in uiã nouam ꝓtendebat: erat foꝝ Romanũ, cui iunctũ erat foꝝ Cæsaris: ab Augusto cũ æde Martis ultoris dedicatis. De quibus foris diximus in principio tertii libri Tristiũ. Verũ qua ad Tybrim uergebat erat foꝝ Piscariũ. Nam (inqt Varro) secundũ Tybrim ad Ianũ foꝝ Piscarium uocãt: recte ergo dixeris duobus foris: aut Romano, & Boario: aut Boario, & Piscario. Nã hęc duo erant iunctiora. ¶ Ille manu: & sequunt uerba Iani usq; ad. xvi. uersum, refertq; causam huius rei de qua sciscitatus est poeta ad bellum Sabinũ: cum hostes irrupturi fuissent sua ope repulsi. De quo ita Macrobius: cũ Ianum Patultiũ, & Clusium dicat: quod bello pateat, pace claudat: Cum bello, inquit, Sabino raptarũ gratia cõmisso Romani portam sub radicibus collis Viminalis, quæ ex euentu Ianualis uocata est, claudere festinarent: qa in ipsam hostes irruebant. Postquã clausa est, mox sponte patefacta est: cum

Cur Ianus in uno loco sit sacratus solũ cuꝫ ei mꝛta sint tẽpla

De foro Boario & Piscario

iterum ac tertium contigiſſet: armati plurimi pro limine: quia claudere nequibãt cuſtodes ſtetere. Cũ ex altera parte acerrimo p̃lio certaret, ſubito fama ptulit fuſos a Tatio nr̃os, q̃ ob cãm Romãi: q aditũ tuebant territi pfugerũt. Cũ Sabini p portã patentẽ irrupturi eſſent, ferẽt ex æde ſani per hanc portam magnã uim torrentiũ undis ſcatẽtibus erupiſſe: multaſq; per duelliũ cateruas: aut exuſtas feruenti aqua: aut deuoratas rapida uoragine deperiſſe. Ea re placitũ ut belli tempore uelut ad urbis auxilium profecto Deo fores reſerarent. Hæc Macro. At nos mirabamur olim quo pacto diceret portam ſub radicibus collis uiminalis: cũ uiminalẽ collem lõge & ab æde Iani: & a monte Tarpeio diſtare putaremus: ĩ quo cũ præceptoribus noſtris errabamus, qui dũ loca Vrbis perſcrutabant ſeipſos & alios quoq; decipiebant. Is. n. eſt collis uiminalis, quẽ putabamus partẽ exquiliag; eſſe: ubi ſunt equi marmorei, Phidiæ, & Praxitelis opera: & Termæ Cõſtãtinianæ: in cuius radicibus extant ipſa excelſa Traiani palatia & eiuſdẽ fora. Quæ quidem loca exiguo ſpatio a montibus Capitolino, & Palatino diſiunguntur: ibi eã portã fuiſſe cõiicere debemus: & licet nõ illi iunctus, tamen ex æde ſua uſq; ad illã Ianus aquas eiaculatus eſt: & ut cõſtet illũ eſſe uiminalẽ inueni mus nuper plures tabulas & publicas ſcriptas quingentis iam antea annis cũ inſcriptione in alta ſemita in colle uiminali, & regione caballog;, eamq; eẽ altam ſemitam: quæ per eũ collẽ tendit compertũ habemus: & ibi etiam ſunt ipſi caballi. Haberem & alia plura: quæ ad huiuſcemodi confirmationẽ afferre poſſem, ſed longius q̃ oportet oratio progrederet. Quod ſi qui ita nõ ſentirẽt, ſatis ſit unius Pomponii noſtri auctoritas: uetuſtatis diligentiſſimi indagatoris: & de hac re idem quod ego ſentientis: ſed hæc hactenus. ℣ Ille: Ianus. ℣ Mulcens manu barbam propexam: longam, ſeu longe pexam.

Miraculum de aqua ſulfurea effuſa per Ianũ cõtra Sabinos

De colle uiminali ĩ regione caballog

ANT. FAN. Oebalia

Sabini

Tarpeia uirgo

Protinus Oebalii rettulit arma Tati.
Vtq; leuis cuſtos armillis capta Sabinis
Ad ſummæ Tatios duxerat arcis iter.

armis necatam dicunt, uel prodendi exempli cauſa, ut inquit Liuius, ne quid uſq; fidum proditori eſſet. Legimus autem poſt arcem ab ea uirgine proditam cautum fuiſſe, ut ærei cardines fierent quoq; ſtridor poſſet aperta hoſtia omnibus indicare. Sane armillæ, quæ græce ψελλια dicuntur, ornamenta ſunt proprie humeroq;, brachiorumq;: licet interdum aliis quoq; ptibus corporis tribuantur. Feſtus: Armillas ex auro, quas uiri militares ab imperatoribus donati gerunt dictas eſſe exiſtimant, q; antiqui humeros cum brachiis armos uocabant. Vnde arma ab his dependentia ſunt uocata. Strabo: Aurea illis ſunt geſtamina, collo quidẽ torques, manibus aũt & lacertis armillæ. Propertius: Atq; armillatos colla moloſſa canes. Dicebantur & calbei armillæ, qbus triumphantes utebantur (teſte Feſto) quibuſcũq; ob uirtutem milites donabantur. Armillag; uero genus quo mulieres utebantur brachio ſummo ſpinter uocabatur. Armillũ uero ſi dixeris ſignificabis uas uinariũ in ſacris dictum, q; armo, i. humero deportetur. Sunt qui ita legant hæc duo carmina: Vtq; leuis cuſtos armillis capta, Sabinos Ad ſummæ tacitos duxerat arcis iter.

Armillæ quę ſint

Spinter Armillũ

℗ Protinus: continuo. ℣ Rettulit arma: bella & arma ipſa. ℣ Tati Oebalii: Tatii regis Sabinorum: Oebali enim unde Oebalia dicti Cretenſi teſte rex Laconiæ: filius fuit Argulii filii Amydatis: & a ſe prouinciam illam Oebaliam dixit: ex qua ob duritiam legum Lycurgi, Dionyſius plures exceſſiſſe refert: deueniſſeq; in agros Pomentinos. Locum in quo primum conſtiterant, Feronia ab æquora latione nominaſſe, Fanumq; conſtruxiſſe Feroniæ Deæ, quam detractione literæ Feronam uocarunt. Inde profectos quoldã eorum eſſe cohabitatores Sabinis factos: ac propterea multa eſſe Sabinorum iura Laconica. Maxime autem bellica ſtudia. Tenuitas uictus, & in omnibus uitæ officiis durities. Hæc ille. Sed de Sabinis alias. Ergo Tati Oebalii Sabini: ab ipſis Laconibus illuc profectis. Et Tatius ipſe poſt raptas a Romulo Sabinas, Romanis bellum intulit. ℣ Vtq; leuis: & retulit Ianus. ℣ Vt leuis cuſtos: Tarpeia quæ cuſtodiæ arcis præerat. ℣ Capta armillis Sabinis: capta cupidine Sabinarum armillarum. ℣ Duxerat Tatios: Tatii milites, ipſos Sabinos, qui ſub eo militabant. ℣ Ad iter ſummæ arcis: ad uiam qua in arcem capitolinam aſcendebatur. ℣ Tarpeia: Tarpei filia: cuius ſupra meminimus: armillas, quæ ornamenta ſunt Sabinorum brachiorum, habendi cupiditate Sabinis Romanam arcem prodidit. ideo leuis cuſtos dixit: quia pro re uili magnam prodidit. Alii dicunt captam ornamentis aureis, & annulis quæ in ſiniſtris brachiis Sabini geſtabant. alii aurum petiiſſe Veſtalem, & non armillas. Armillæ ſunt ornamenta uirorum: quæ in ſiniſtris brachiis ferebantur: ſic dicta ab armis: ideſt humeris: inde armillum (Pompeio teſte) uas uinarium in ſacris. Verum ipſa uirgo cum promiſſa peteret Sabinis ſcutis ibidem eſt obruta: & ab ea Tarpeius mons dictus. Sed poeta Simulus (cuius Plutarchus meminit) prorſus inſanire creditur: exiſtimans non Sabinis, ſed Celtis Tarpeiam Capitolium prodidiſſe: cum eorum regem deperiret, ſic ait: Dum Capitolinum colet Tarpeia collem
Gallorum exardens regem, tunc hoſtibus urbem Prodidit, & patrias euertit perfida ſedes.
Nec multo poſt inquit: Aborei, Celtæq; ſimul populoſa iuuentus Hanc fluuio immerſa ſpectata cæde piarunt.
Inſuper horrentes clypeo, atq; arma ruentes.

PAV. MAR.

Sabinorum iura Laconica

De Tarpeia filia Tarpei Capitolini

℗ Inde,

ANT. FAN.

Inde, uelut nunc eſt, per quem deſcenditis, inquit, Arduus in ualles per fora cliuus erat: cliuũ publicum dicit per quẽ deſcẽdebaꝫ a Capitolio in Boarium & Piſcariũ ſogt. De hoc Varro: Cliuus publicus ab ædibus plebei publicis, qui eũ publice ædificarit. Hinc cliuus & publicus, & publicius recte dicitur. Publicius aũt qđ publicii ædiles plebis eum cliuũ ſtrauerit. Hi ſunt de qbus legimus in qnto huius opis libro: Plebis ad ædiles perducta licẽtia talis Publicios: ab his cliuus, de quo nũc agit, Publicii nomẽ accepit: ut a Publio Publius: a Coſtõio Coſtonius. Vñ illud eſt: Parte locãt cliuũ, qui tũc erat ardua rupes: Vtile nunc iter eſt, Publiciũq; uocant. Mẽdoſum eſt igit illud Varronis qđ ſcripſimus ſupra, & ſic legẽdum: Cliuus Publicius ab ædilibus plebei Publiciis, q eũ publice ædificarũt. Simili de cã Publius, & Coſtonius, q ab his uiris dicunt ædificati. Vbi notãdũ plebei genitiuũ eſſe ab eo qđ eſt plebes: cuius meminit Priſcianus, & Publicios ꝓpria eſſe duoꝝ noia: q uti ſors tulit ſiſr noiati eodẽ anno ædiles fuere: quo ppſo Romano uſum ẽ, ut mulctaticiq; pecuniæ, quã hi pepẽdiſſent, q pecora i publico ſaltu pauerãt, altera pars i ludos florales conferret, ex altera uero parte cliuus ſterneret, q Publicii nomen accepit. Ac ne qs forte dubitet Publicios ꝓpria ædiliũ fuiſſe noia expẽdat diligẽter ea uerba Varronis, q̃ ſubiecimus, ut rei ueritas eluceſcat: ubi q grãmaticẽ nõ ignorat, & demõſtratiui ui ꝓnois fateaꝫ neceſſe ẽ, uti Publiũ & Coſtoniũ, ſic & Publicios ꝓpria uiroꝝ eẽ noia. Legimus ſane apud Macrobiũ in prio Saturnaliorꝝ tribunũ plebis Publiciũ noiatũ. ut illud quoq; in lſis inuenio, q cũ multi occaſiõe Saturnaliorꝝ p auaritiã a diẽtibus ambitioſe munera exigerẽt, id qđ onus tenuiores grauaret, Publicius tribunus plebis tulit, ut nõ niſi cerei ditioribus miſſi tarent. Quin & Publiciã inuenio fœmininũ ꝓpriũ nomẽ. Pli. li. xxxiiii. Naturalis hiſto. Honorẽ eius habuit e diuerſo Amnius fecialis equeſtrẽ ſtatuã cõtra Iouis ſtatoris ædẽ in ueſtibulo ſupiore domus Valeriæ fuiſſe Publiciæ cõſulis filiæ, eãq; ſolã fuiſſe, Tyberimq; trãſnatauiſſe. Cliuũ Publiciũ nõnulli tradiderũt porrigi ad Subliciũ pontẽ. Nos hi ſumus qbus diuinare nõ placet, ac tradere incerta ꝓ certis, ubi ꝓbati ſcriptoris deſideraꝫ auctoritas. ¶ Et iã cõtigerãt portã: Saturnia cuius Dempſerat oppoſitas iuidioſa ſeras: ſub radicibus collis uiminalis porta erat: q̃ poſtea ex euẽtu Ianualis uocata ẽ: ut inqt Macro. Ea poſtq̃ a Romãis clauſa mox ſpõte pateſacta eſt. Cũq; iteꝝ, ac tertio idẽ cõtigiſſet armati plurimi ꝓ limine, qa claudere nequibãt, cuſtodes ſteterũt. Cũq; ex altera parte acerrimo ꝓlio certaret, ſubito fama pertulit ſuos a Tatio Romanos. Quã ob cãm, q aditũ tuebanꝫ territi ꝓfugerunt. Cũ igit Sabini (ut idẽ Macro, ſcribit) ꝓ portã patẽtẽ irrupturi eſſent, ferũt ex æde Iani p eã magnã uim torrentiũ undis ſcatẽtibus erupiſſe, multaſq; p duellũ cateruas, aut exuſtas feruẽti aqua, aut deuoratas rapida uoragine periſſe. Ea re placitũ eſt, ut belli tpe, uelut ad urbes auxilium ꝓfecto Deo fores reſerarent. Eiuſdem portæ meminit Varro his uerbis: Tertia eſt ianualis dicta ab Iano, & iõ ibi poſitũ ſignũ & ius inſtitutũ a Põpilio (ut ſcribit i annalibus Piſo) ut ſit aperta ſemp cũ bellũ ſit. ¶ Saturnia: Iuno, cũ dicit poſſeſſiuũ eſt ꝓ patronymico. Hæc Sabinis fauebat infenſa Romanę felicitati: quã audierat excidio fore Carthagini. ¶ Ipſe meę moui callidus artis opẽ: aperire & claudere ars Iani ẽ. Vñ ora fõtiũ a ſe reclusa ſubiũgit. ¶ Ante tñ madidis inieci ſulfura uenis: Varro auctor eſt ad Ianũ geminũ aq̃s calidas fuiſſe: uñ Lautolæ a lauãdo (ut eidẽ placet) nomẽ acceperunt. Eſt aũt natura ſulfuris excalefaciẽs, & concoquẽs (teſte Pli.) fẽtiturq; eius uis & i aqs feruẽtib⁹, neq; alia res facilius accẽditur. Vñ apparet ignẽ magnam uim ſulfuri ineſſe.

Lauto'ę igneæ Sulfuris natura

Inde, uelut nunc eſt, per quem deſcẽditis, inquit,
Arduus in ualles per fora cliuus erat.
Et iam contigerant portam: Saturnia cuius
Dempſerat oppoſitas inuidioſa ſeras.
Cum tanto ueritus committere numine pugnam,
Ipſe meæ moui callidus artis opem.
Oraq;, qua pollens ope ſum, fontana recluſi:
Sumoq; repentinas eiaculatus aquas.
Ante tamen madidis inieci ſulfura uenis:
Clauderet ut Tatio feruidus humor iter.
Cuius ut utilitas pulſis percepta Sabinis:
Quæ fuerat, tuto reddita forma loco eſt.

¶ Inde: ex ea arce. ¶ Erat cliuus i ualles arduus: erat deſcẽſus difficilis. nã arduũ dicimus altum & difficile. Vnde in Metamor. Ardua prima uia ẽ: q̃ erat alta & difficilis aſcenſu. Et cliuus magnus inflexus: κλίνω, qđ eſt inclino. Eratq; & cliuus Capitolinus: & cliuus Publicus. Varro triũ cliuoꝝ meminit: Publici, Publii, & Coſtonii: & inqt, Cliuus publicus ab ædibus plebei publicis: q eũ publice ædificauit. Sili de cã Publius, & Coſtonius: q̃ ab his uiris dicunt ædificati: deinde Varro uideꝫ addere quartũ, cũ ſubiungat: Cliuus ꝓximus ẽ ad florales uſus uerſus Capitoliũ uetus: q̃ ibi ſacellũ Iouis, Iunonis, Mineruæ. ¶ In ualles: quæ ſunt inter eos mõtes, Tarpeiũ, & Palatinũ, & Auentinũ. ¶ Per fora: Romanũ, Boariũ, Piſcariũ. ¶ Velut nunc eſt: qa nunc quoq; eſt ipſe Cliuus. ¶ Per quẽ deſcenditis: e Capitolio. i. in ualles, & in ipſa fora. ¶ Et iam cõtigerant portam: iam uenerant Sabini magno impetu ad portam ſub radicibus uiminalis: ut in de ingredientes in arcem aſcenderent. ¶ Cuius: portæ. ¶ Saturnia inuidioſa: Iuno quæ ſũmo odio Troianos inſectata ẽ, ſic & Romanos ab illis progenitos. ¶ Dempſerat ſeras oppoſitas: remouerat uectes, & obices, quibus clauſa tenebatur porta. Illa autem eam aperuit, uerum q̃ humana ratione caret ad numen refert: nam (ut diximus) ter ſua ſponte porta pateſacta eſt. ¶ Cum tanto ego ueritus: non hic ad timiditatem, ſed ad reuerentiam ſpectat. ¶ Committere pugnam cum tanto numine: quaſi propter reuerentiã nolens ego manus conſerere cum Iunone: quæ portam aperuerat. ¶ Ipſe callidus: prudens & aſtutus. ¶ Moui opẽ meæ artis: ſuccurri Romãis ea arte qua poterã. ¶ Oraq; recluſi: aperui. ¶ Ora fontana: ora fontium: hoc eſt ipſas aquaꝝ ſcaturigines. ¶ Qua ope ſum pollens: quæ potentia præ cæteris ualeo. Pollere: ſplendere. Pollet ea ope Ianus: quia exitus & introitus Deus eſt. ¶ Sum eiaculatus: longe eieci. ¶ Aquas repentinas: repente ſcaturientes: nam (ut diximus) magnam uis aquarum feruẽtium ſubito in aduerſos hoſtes erupit. ¶ Ante tamen: ſcaturigini ipſaꝝ aquarum ſuppoſuiſſe ſe ſulfura dicit: ut eſſet humor feruens: quo magis hoſtes obrueret. ¶ Tamen ante: q̃ ipſa aqua erumpet. ¶ Subieci ſulfura uenis madidis: ipſis aquarũ meatibus, & uenis undis, unde ſcaturiunt ſuppoſui ſulfur: cuius natura (ut Plinius teſtaꝫ) excalefacit, & coquit: eius uis in aquis feruentibus ſentitur. ¶ Vt humor feruidus: aqua feruens. ¶ Clauderet iter Tatio: includeret iter Sabinorum regi: ne ingredi poſſent. Aquæ calidæ ſcaturientes plerunque ſulfureum odorem ſapiunt:

PAV. MAR.

Miraculũ Iani de aqua ſulfurea

Plebes Plebei

De cliuo dubium

quoniam per uenas fulfuris trafeunt. unde eſt illud Plinii: Aquæ tales ſunt, qualis terra per quam fluunt: quales ue herbarum, quas lauant ſucci. Sulfuris autem genera (eodem Plinio teſte) quatuor eſſe conſtat: uiuum quod Græci ἄκρατον uocant. Alterum genus Glebam fullonum appellant, tantum in officinis familiarem. Tertium Egula uocatur, cui tãtum uſus eſt ad ſufficiẽdas lanas: quoniam candorem tantum, mollitiemq; confert. Quartum Cautem ad lycnia maxime conficienda: λυκνία cãdelabra. ☞ Cuius ut utilitas: cuius aquæ. ☞ Vt: poſtq̃. ☞ Vtilitas eſt percepta pulſis Sabinis: poſteaq̃ Romani percepere ipſius aquæ utilitatẽ: qa ea Sabinos pepulerat. ☞ Forma: hoc ẽ ipſius loci facies. ☞ Quæ fuerat prius: ſcilicet q̃d fieret. ☞ Eſt reddita loco tuto: reſũpſit priorem formam locus cedẽtibus aquis. ☞ Tuto: qa hoſtes erant fugati inde.

Quatuor ſulfuris genera

Ara mihi poſita eſt paruo coniuncta ſacello:
Hæc adolet flammis cum ſtrue farra ſuis.
At cur pace lates? motiſq; recluderis armis?
Nec mora quæſiti reddita cauſa mihi eſt.
Vt populo pateant reditus ad bella profecto:
Tota patet dempta ianua noſtra ſera.
Pace fores obdo: ne qua diſcedere poſſit:
Cæſareoq; diu numine clauſus ero.
Dixit: & attollens oculos diuerſa uidentes,
Aſpexit toto quicquid in orbe fuit.
Pax erat: & ueſtri Germanice cauſa triumphi
Tradiderat famulas iam tibi Rhenus aquas.
Iane face æternos pacem, paciſq; miniſtros:

☞ Veſtri Germanice cauſa triumphi: Germanicus (teſte Suetonio) miſſus ad exercitũ in Germaniam morte Auguſti nunciata legiões uniuerſas imperatorem Tiberiũ recuſantes, & ſibi ſummam reip. deferẽtes compeſcuit, atq; hoſte mox deuicto triumphauit. Cũ enim Cheruſci tres Romanoq; militũ legiones cũ imperatore Quintilio Varo fractis fœderibus per inſidias obtruncaſſent: a Germanico domiti pœnas luerunt: eiq; triumphũ clariſſimũ præbuerunt: in quo una cũ aliis uiris illuſtribus ductus eſt Semigũtus Cheruſcorum ductor. Hanc Germanici uictoriã, aliaſq; glorioſiſſimas, quas nũc prẽterimus, nõ puduit Tiberiũ ceu damnoſas rei increpare, præclaraq; facta eius pro ſuperuacuis eluere: uſque adeo Germanico obtrectauit. ☞ Tradiderat famulas iam tibi Rhenus aquas: poetice Germanos ait a Germanico in iugũ redactos: Rhenus enim Galliam diuidit a Germania. legitur etiam Domitas.

Germanicus

Rhenus PAV. MAR.

ANT. FAN. Sacella

Adolere

Strues

Strufertarii

Farre lano rẽ diuinã faciebant

Farreũ

Farraceæ

Cur pace lani templũ claudit Pax ſub Auguſto

ℂ Ara mihi poſita eſt paruo cõiuncta ſacello: ſacella (ut Feſto placet) ſũt loca Diis ſacrata ſine tecto. ☞ Hæc adolet flammis cum ſtrue farra ſuis: adolere uerbum eſt proprie ſacra reddentium: auctore Nonio: quod ſignificat uotis uel ſupplicationibus numen auctius facere: hic autem ẽ urere. ut: Verbenaq; adole pingues. Sane ſtruem in ſacris diuerſarum rerum congeriem uocant, ut farris, tritici, hordei, fabæ, ſeminis rapicii, thure ac uino additis: qua ſtrue ante meſſem Iano, Ioui, & Iunoni rem diuinam faciebant. Sed eſt & ſtrues libi genus: auctore Feſto: unde qui fertum & ſtruem ad ſacra ferebant Strufertarii dicebantur. De ſtrue Iani Catonis hæc uerba ſunt. Priuſq̃ porcam fœminam immolabis Iano, ſtruem commoueto ſic. Iane pater te hac ſtrue commouenda bonas preces: precor uti ſies uolens propitius mihi, liberiſq; meis, domo, familiæq; meæ. Item poſtea uinum Iano dato ſic. Iane pater uti te ſtrue cõmouẽda bonas preces bene precatus ſum, eius rei ergo macte uino iferiori eſto. Conſueuiſſe aũt Iano farre rẽ diuinã fieri dubiũ non eſt. Iuuenalis: Quædam de numero lamiarum, ac nominis alti Cum farre & uino, Ianum, Veſtãq; rogabat. Id Numa docuit non eſſe purum niſi torreretur. Itaq; in ſacris bis toſtum erat: qm̃ & ante fuerat igne purgatũ & tunc urebatur. Vnde nihil afferunt, qui per farra & ſtruem accipiunt farra cum culmis. A farre farreum deducitur libi genus, ut Feſtus tradit: q̃ apud maiores noſtros ĩ maiore pretio habebaẗ. Item farraceæ quo nomine legitima matrimonia uocabantur, & diffarreacio ſacrificii genus quod iter uiq; & mulierem fiebat farreo libo adhibito. ☞ At cur pace lates? motiſq; recluderis armis? cauſæ a nobis ſuperius explicatæ ſunt. ☞ Cæſareoq; diu numine clauſus ero: numine Cæſaris Auguſti poſt bellum Actiacum cum pace terra, mariq; parta: de qua inqt Strabo: Nunq̃ igiẗ tanta pacis facultas, tantaq; bonoq; copia Romanis, & eis ſocietate fœderatis affuit, quantam Cęſar ſuppeditauit Auguſtus. Numine etiam Tiberii Germanici, & Druſi Cæſaq; pacẽ retentam accipere poſſumus: quam idem ſcribit Geographus temporibus ſuis ſucceſſorem Auguſti præſtare Tiberium, nec minus eius filios Germanicum, Druſumq; ſuam genitori nauantes operam. Liam diuidit a Germania. legitur etiam Domitas. ℂ Ara mihi: Romani hac ope iã ſeruati eo in loco unde eruperant aquæ, aram templo iunctam dedicauerunt. ☞ Ara eſt poſita: erecta. ☞ Mihi: numini meo. ☞ Cõiuncta paruo ſacello: ædiculæ meæ, ex æde iam eruperat aqua, ut diximus. ☞ Hæc: ara. ☞ Adolet: urit. ☞ Suis flammis farra: nam (ut diximus) farre, & ſale Iano ſacrificabatur. ☞ Cum ſtrue: farra & ſtrues Iano offerebantur, ut Cato aſſerit. Eſt enim ſtrues libi genus, quod addebatur in ſacris, & ſuperius: Imponit libum farraq; mixta ſale. ☞ At cur: quærit nunc poeta cur pace cludatur, bello pateat. Quod ſuperius quoq; diximus. ☞ At cur pace lates? cur cluſus es: quaſi cur clauſum ẽ templum tuum tempore pacis. ☞ Et recluderis: aperiris. ☞ Motis armis: cum arma mouentur ad inferenda bella. ☞ Nec mora: nulla facta eſt tardatio. ☞ Eſt reddita mihi cauſa quæſiti: ſtatim Ianus reſpondit: & propoſitæ quæſtionis rationem reddidit. ☞ Vt populo: bello inquit Ianus patere, ut pateat militiæ reditus: pace clauditur, ne pax ipſa diſcedat. quæ ad hæc faciant ſuperius dictum eſt: & quo tempore clauſus fuiſſet, & regnante Numa, & poſt primum bellum Punicum, & poſt bellum Actiacum ſub Auguſto. ☞ Tota ianua noſtra: ianua noſtri templi. ☞ Patet: aperta eſt tempore belli. ☞ Dempta ſera: amotis uectibus & obicibus. ☞ Vt reditus pateat: ſit apertus. ☞ Populo profecto ab bella: Romanæ militiæ, quæ in bellum ierit. ☞ Pace: cum eſt pax. ☞ Obdo fores: claudo uectibus: ſeu obicibus ianuas: & Terentius: Peſſulum hoſtio obdo: quaſi peſſulolo hoſtium claudo. ☞ Nequa: ne ulla ex arte poſſit diſcedere ipſa pax. ☞ Et diu ero clauſus numine Cæſareo: ſub imperio Cæſarum: diu ſub eorum auſpicio clauſum erit templum meum. nam pace terra, marique parta Ianum Quirinũ clauſerat Auguſtus. ☞ Dixit: Ianus. ☞ Attollẽs oculos: quaſi in altũ reſpiciens. ☞ Vidẽtes diuerſa: diuerſas partes & a pectore: & a tergo anteriora & poſteriora. legiẗ ẽt Tuẽtes. ☞ Aſpexit quicquid fuit i toto orbe: totũ orbẽ, & quæ in orbe erant. ☞ Pax erat o Germanice erat pax cum hæc ſcribebã: aut cum ita mecũ loqueretur Ianus. ☞ Et Rhenus: fluuius qui ex alpibus labens

diuidit

diuidit Galliam a Germanis: & in Oceanum Gallicum exit. ☞ Tradiderat iam tibi aquas famulas: seruire iam cœperat tuæ domui: & hoc propter acolas Rheni: qui iam domiti fuerant, legitur in aliis codicibus: Domitas.

Nota de triũpho Germanico

¶Ante Deos homini qđ cõciliare ualeret:Far erat & puri lucida mica salis:Molã dicit ut ostẽdimus supra:de qua Tibul.Omnia noctis farre pio placent & saliente sale.Salis granũ(ut inquit Porphy.& quotidie uidemus)in ignẽ missum salit: unde a Tibullo saliens dicitur.De farre Pli. Nihil religiosius ꝓfarrationis uinculo erat: nouęq; nuptę farrũ pręferebant.Adeo autem uerum est consueuisse maiores nostros farre sibi Deos conciliare,qđ(ut inqt Nonius)epulis & immolationibus sacris pium putabatur, ut adorare uerbum dictum putetur a farre, qđ adoreum ueteres appellarunt: q̃ sibis quoq; adoreis sacra Diis exhibebant.Varro de re rustica: In loco humido far adoreum potius serũt q̃ triticum.Inde maiores nostri gloriam adoreã dixere,qꝺ is gloriosus putaretur,qui farris copia abundaret:tãtus fuit honor farris: ut Pli.tradit.Dicebatur autẽ farris genus Edor: qđ postea,quoniã duraretur:ador appellatum est.Id urebatur auctore Festo:ut tostum fieret,ex quo in sacrificio mola salsa efficiebatur. Aliqui(ut Nonius refert) adoreũ far dictum putarunt,qꝺ sibi ora.i.principium sit. ℣ Lachrymatas cortice myrrhas:ipse alibi. Stillataq; cortice mirrha Nomen herile tenet.℣ Thura nec Euphrates: Pli.libro.v.Nat.histo.huius fluminis originem uariam tradit.Strabo autẽ scribit Euphratem a Boreali Tauri latere exorientem per Armeniam fluere occidentem uersus: deinde ad Austrum flexum inter Armenios,& Cappadocas, & Commagenos,Taurum recidere. Egressum uero cum prope Syriã peruenerit ad hyemales ortus reuerti usq; Babylonem, & ad Tigrim Mesopotamiam efficere:& ambos emittere in Persicũ sinum:quoꝝ Euphrates maior est: & plus regionis flexuoso alueo percurrit. Ex hoc sinu p Euphratem ad nos thura transferri posse nemo dubitauerit: quem fluuiũ sunt qui putent Arabiam attingere. Itaq; Pomponius geographus eum scribit in meridiem auersum Syros atq; Arabas ingredi. Cæterum non omnis Arabia thus habet:Iuo Sabei tantum gloriantur, ut: Solis est thurea uirga Sabeis. Iliacis tẽporibus thure nõ supplicabant:auctore Plinio:sed cedri tantum & citri cõ uolutum fumo nidorẽ uerius q̃ odorem nouerant. Postea uero thure Dii conciliati sunt. Vnde illud est Lucretii: Thuricremas propter mactatus cõcidit aras. & illud Macrobii:Nunquã fas fuit Aegyptiis pecudibus aut sanguine: sed precibus & thure solo placare Deos. Nõ libet hic intactum relinquere,quod de Alexãdro magno Pli. refert:Cui in pueritia sine parsimonia thura aris ingerẽti cum pædagogus dixisset, ut eo modo cum deuicisset thuriferas gentes supplicaret. Ille Arabia potitus thure onustam nauim ei misit, large exortatus ut Deos adoraret.De thure ac thuriferis arboribus lege,quæ idem auctor scribit lib.xii.Natu-histo. ℣ Nec miserat India costũ: costi radix gustu feruens odore eximio ac frutice inutili foditur in Patale Indi amnis insula.Inuenitur tñ & apud alios:unde illud est Horatii:Achameniumq; costuꝫ. Duo eius sunt genera,nigrum &(quod melius est)candicans. Quidã e recentioribus medicis costi duas species ponũt: Indicam & Arabicam:præferuntq; Arabicæ Indicam:quę diuersis medetur doloribus: & sumpta cum mulso Venerem excitat. Consueuisse autem maiores nostros hac radice in sacris uti ostendit Plinius his uerbis: Odorum causa,unguentorũq;,& delitiarum si placet: etiã superstitionis gratia emantur:qm̃ thure supplicamus & costo.

Adorare Adoreũ Adorea liba

Adorea gloria

Edor

Euphrates

Thus Antiqs temporib⁹ thure non supplicabant

Costi radix

Ante,Deos homini quod conciliare ualeret:
Far erat:& puri lucida mica salis.
Nondum pertulerat lachrymatas cortice mirrhas
Acta per æquoreas hospita nauis aquas.
Thura nec Euphrates,nec miserat India costum:
Nec fuerant rubri cognita fila croci.

¶Ante Deos:ab initio uilia erant: quæ Diis offerebantur.huic propositioni rationem addit poeta:quia in Italiam pretiosa nondum erant aduecta:& uelut pro connexione subiungit:cũ externa pretiosa, & odoratissima non essent:ea offerebant & adolebant quæ haberi poterant:& odora uidebantur:illudq; addit: Nec ullius gladii in sacris erat usus. ℣ Far & lucida mica salis: ipsa mola quæ ex farre & sale mollito fit: ut supius diximus. ℣ Lucida mica:quod purũ sal lucere uideatur. ℣ Erat ante:ab initio. ℣ Quod ualeret conciliare Deos homini:ꝙ posset numina placare mortalibus: nam aliud Diis non offerebant:q̃ far cum sale mollito: diximus superius de farre:sed de torrendi farris ferus inferius dicemus.Item & de uilitate eorum:quæ Diis offerebantur a Romulo. ℣ Nondum hospita nauis: peregrina nauis. ℣ Acta per æquoreas aquas: impulsa maritimo cursu, non adhuc. ℣ Pertulerat myrrhas lachrymatas cortice: myrrhas,quæ ex suorum arborum cortice tanquam ex oculis lachrymæ emanant:& ad illud alludit,quod in decimo libro Metamorphoseon dixit Myrrhaꝫ amore Cynaręq; patris correptam:& dolo grauidam effectam:ac irã paternam fugientem in Sabea tandem terra quieuisse, in arborem sui nominis uersam:fletu pretiosas guttas ei fundere. unde:Flet tamen & tepidæ manant ex arbore guttæ: Est honor & lachrymis:stillataque cortice myrrha Nomen herile tenet: nulloque tacebitur æuo. Hanc autem arborem(Plinio auctore)in iisdem siluis cũ thure permixtam nasci tradidere nonnulli. Plures separatim:& multis in locis Arabiæ gignitur. Strabo cum felicem Arabiam, a quatuor maximis nationibus inhabitari dicat:hoc est Amineis, Sameis, Catthabanensibus, Catramotitis:Catthabania inquit thus gignit, Catramotitica myrrha. Additq; Plinius Sabeos non dare ex myrrha Deo portiones:quoniam & apud alios nascatur. Regi tamen Gebanitaꝫ quartas partes eius pendere. ℣ Euphrates nec miserat thura:nondũ ex sinu Persico,qui ab oriẽte felicem Arabiam claudit:& in quem exit Euphrates accepta inde thura ad nos miserat: quia nondum in Italiam aduecta fuerant:ut Diis cremarẽtur. Thura prę ter Arabiam nullis(inquit Plinius)ac ne Arabiæ quidem uniuersę. Strabo(ut diximus) Catthabaniam thus gignere asserit. At Plinius:Regio inquit eorum thurifera Sabea appellat.& paulopost:Nec præterea Arabii alii thuris arborem uident: ac ne horꝫ quidem omnes: feruntq; .ccc.nõ amplius esse familiarum, quę ius per successiones id sibi uendicent. Sacros uocari ob id:nec ullo congressu fœminarum,funerumq; cum incidant eas arbores, aut metant pollui:atq; ita religione messes augeri. Quidam promiscuum ius his esse populis tradũt in siluis: alii per uices annorum diuidi. Nec arboris ipsius quæ sit facies constat.Multa præterea subdit Plin.quodq; arbor sit incertum habeatur:& thuris insuper genera ab eodẽ late referuntur.Verꝫ Diodo. ita inquit: Thus percipitur hoc pacto.Arbor est magnitudine parua, aspectu spinæ Aegyptiæ albæ:folia arboris quæ circa dicit similia, flos colore croceo. Thus ab arbore quẽadmodum lachryma emanat:myrrhę arbor lẽtisco æqualis ẽ,foliũ frequẽtius: tenuisq; fluit ab effossa radicibus terra in solo ubere:bis in anno fructum reddit,Vere atq; æstate: sed rubrũ uere propter rorem:æstate albuꝫ. De Euphrate fluuio multa apud Pli.& Stra.habes.De quo Eustathius: Ad orientem inquit

PAV. MAR. De sacris inuẽtis & thure quare fit sacrificiũ

De fluuio Euphrate

inquit Cappadociæ Euphrates fluuius immẽsus Armeno mõte fluit porrectus in austrum primũ, deinde incuruans ualles ad eos & mediã Babylonẽ trãsiẽs in Persicũ mare euomitur iuxta Teredonẽ Persarũ ciuitatẽ. Hæc ille. Sed nemo poetã κακκηο Τεοτγαφικο arguat: qđ longe ab Euphrate sit regio thurifera: & qđ p Euphratẽ thura minime uectabant. Errant qui ita arguunt: nã cũ in Persicũ mare exeat: qđ ab oriẽte felicẽ Arabiã claudit: Merces, & Sabea aromata p Persicũ sinũ in Euphratẽ, inde in Babylona, deinde in Cõmagena: & in Tapsum uectabant: deide pedestri itinere, quo mercatores uoluissent: & pons Euphratis i Cõmagena distat a sinu Issico. Lamullibꝰ passuũ: qui est sinus nostri maris, ubi etiã nũc mercatores nostri aromata per Euphratẽ in cõmagenã: & inde in sinũ ipsum uecta accipiũt. Sic ẽt olim accipere potuere. Habes ꝓterea apud Astribolum (Strabone referẽte) Gerrꝛos Arabes frequẽtius in Babylonẽ ratibus mercatum ire: atq; inde per Euphratẽ cũ mercibus Tapsum enauigare: postea quo libeat pedestri itinere referri. Præterea (ut idẽ Strabo refert) Alexãder cũ expeditioẽ in Arabas pararet. Nauigia partim in Phœnicia, Cyproq; constructa tum plicatilia: tum cumpacta, quæ Tapsacum portata flumine in Babylo deferẽt. Si igit nauigia per cõtinentẽ in Euphratẽ traiiciebant: si Gerræi Arabes p Euphratẽ mercũ gratia deferebant: eo magis delata per Euphratem aromata i nostrũ mare traiici potuere. Errarunt ergo uehementer: q poetã errasse retulerũt. ¶ Nec India miserat costũ: q̃si nodũ ex India delata fuerat costi fruticis radix. Quæ q̃dẽ ex India & Patale ĩsula Indi fluminis transferẽ. De quo Pli. Indis maxime ꝓtio radix costi: gustu feruẽs: odore eximio: frutice alias iutilis: primo statim introitu amnis Indi i Patale ĩsula. Duo sunt eius genera, nigrũ, & cãdicans: qđ melius est. Oui. tñ in Pãchaia, q̃ est felicis Arabiæ regiũcula nasci putat: cum dicat in. x. Meta. Sit diues amomo: Cynamaq;, costũq; suũ: ludataq; ligno Thura ferat: floreq; alios Panchaia tellus. ¶ Nec fuerãt cognita fila rubri croci: nodũ erat usus croci i Italia: nec ulla eius notitia: qa e Cilicia nodum aduehebat in Italiã, ubi nũc tã est eius ubertas: præsertim in regione Marsorꝝ, Vestinorꝝ, & Pelignorꝝ: ut Cilices oẽs superemus. Qui quidẽ laudatissimũ habuisse crocũ referunt: & aliqui a Coryco dictũ putant crocũ Ciliciæ oppido: siue Corycio antro: cũ Iunius Moderatus dicat: Accepimus Tmolon & Corycion florere croco. Aliqui dictũ uolũt a Croco iuuene ĩ florẽ sui nois cõuersa ẽ. Cuius amore cum Camecyssos deperiret, & ipsa i sui nois fruticẽ cõuersa ẽ. Huius ẽt rei meminit Pli. cũ agit de Camecysso: quã similẽ hederæ affirmat. & iqt ĩfausta oibus sacris, & coronis: qm̃ sit lugubris uirgine eius nominis propter amorem iuuenis Croci mutata in hunc fruticẽ. Corycium Crocũ Solinus summopere laudat: & Dioscorides in usum medicinæ cæteris melius esse comperit.

De costi generibus etiã natura croci

ANT. FAN. Herba Sabina

¶ Ara dabat fumos herbis cõtẽta Sabinis: utilis ĩ suffitus ꝓ thure assumebat: duplicato. n. pondere eosdẽ effectus hẽ quos cynamũ tradit. De hac Propertius: Flore sacella tego uerbenis cõpita uelo. Et crepat ad ueteres herba Sabina focos. Eius herbæ duo genera sunt: altera est amaraco silis: altera cupresso. ¶ Et nõ exilau. adu. so. laurus manifesto crepitu & quadã detestatione ignes abdicat. Ea iter uerbenas ẽ (auctore Seruio) ut myrtus, olea: oẽs. n. frondes sacratas abusiue uerbenas uocamus, quarꝝ fasciculi (ut ait Festus) Deorꝝ capita dicebant. ¶ Prima Ceres auidæ gauisa ẽ sanguine porcę,

Laurus

Verbẽa

Immolãdi initiũ

Ara dabat fumos herbis contenta Sabinis:
Et non exiguo laurus adusta sono.
Siquis erat, factis prati de flore coronis,
Qui posset uiolas addere: diues erat.
Hic, qui nunc aperit percussi uiscera tauri:
In sacris nullum culter habebat opus.
Prima Ceres auidæ gauisa est sanguine porcæ
Vlta suas merita cæde nocentis opes.
Nam sata uere nouo teneris lactentia succis
Eruta setigeræ comperit ore suis.
Sus dederat pœnas: exemplo territus huius

imolãdi initium a suillo genere sumptũ existimantur. Oui. alibi. Prima putat Hostia sus meruisse mori, q̃a lemina pando Eruerit rostro, spemq; interceperit anni. Ea uictima (ut auctor ẽ Varro) initiis Cereris imolabat: cædebantq; porcum initiũ pacis in cõiunctione fœderis, ut idẽ inqt. Et nuptiarꝝ initio noua nupta, & nouus maritus i Hetruria porcũ imolabãt. Prisci quoq; Latini & Græci in Italia idẽ fecisse uident: nã & nr̃æ mulieres, maximeq; nutrices naturã qua fœminæ sunt in uirginibus appellabant porcũ: & græci ϖοιgον. Mactabat autẽ porcus Cereri: quia hoc animal frugibus nocet. Solebant. n. uictimæ pro qualitate numinũ imolari, & uel cædebant quæ obsunt eorꝝ muneribus: ut caper Libero, quia uitibus nocet: capra Mineruæ, quia lãbendo quoq; oliuã sterilẽ facit: uel aliqua similitudine credebant numinibus placitu ræ: ut inferis nigræ pecudes: albæ superis. Scire aũt debemus q̃ Cereri & porcus & porca imolari consueuit, sed Oui. hoc loco ideo fœmininũ genus eligit: quia elocutiones quędã p fœmininũ genus elocutiores fiunt. Virg. Cæsa iungebant fœdera porca. Vel quia in oibus sacris (ut ait Seruius) fœminini generis uictimæ potiores sũt. Vnde si per marem litari non poterat, succidanea nõ poterat adhiberi. Meminisse præterea cõuenit porcã, quæ Cereri mactabatur ab eo, qui mortuo iusta non fecisset, idest glebam non obiecisset, præcidaneam uocari: quia mos erat ea facere prius q̃ nouas fruges gustarent: auctore Festo: qui præcidaneam porcam a præcidendo dictam ostendit, q̃ immolaretur anteq̃ nouam frugẽ præciderent. Eligebantur autem ad sacrificia porci maiores & dicebantur eximii: teste Donato. Nam boues ad id electos egregios: oues lectas dicebant.

Caper Baccho sacrificabatur

Porcus & porca mactabant Cereri

Præcidanea porca

Porci eximii

Boues egregi

Oues lectæ

¶ Ara cõtenta herbis Sabinis dabat fumos: quasi fumabat tm̃ ara, cũ solæ Sabinæ herbæ cremarent: hoc est sacerdotes erant cõtenti solis herbis Sabinis, & lauro: nec intelligas herbis, quas Sabini aduexissẽt: sed de ea herba: quæ Sabina uocatur: & in tẽplorꝝ dedicatioẽ adhibebat semper a ueteribus: q̃ mos ad posteros, & nostros quoq; transiuit: & Sabina dicitur a σεβομαι, quod est color seu ueneror: quia pertinet ad cultum Deorꝝ: sed malæ mulierculæ ea abutuntur. Taceo uim ne alios quoq; doceam. ¶ Et laurus adusta non exiguo: non paruo. ¶ Sono: nam semp cũ aduritꝛ: magnũ facit crepitũ, ut refugere ab ipso igne uelle uideat. ¶ Dabat: etiam. ¶ Fumos: qm̃ in sacris adurebat. Laurus triumphis ꝓprie dicat, uel gratissima domibus ianitrix. Cæsarꝝ, Pontificũq; sola & domos exornat, & ante limina excubat: de ea multa referuntur a Pli. lib. xv. ca. xxix. facitq; genera. xiii. ¶ Siquis erat q̃ posset addere uiolas coronis factis de flore prati: si quis insertis floribus ĩ coronã Diis offerẽdã habuisset, q̃s adderet uiolas. ¶ Erat diues: habebat opulẽtus: qm̃ quid ꝑ pretiosiora minime haberent. Pli. post laudata Isia, uio-

De lauro digna

Laurus

lis inqt honor proximus:earūq; plura genera:purpureç, luteæ,albæ:purpureæ græco noie diſcernunt appellatæ hiacynthi,& ab his hiacynthina ueſtis.℣ Hic culter: qui nunc aperit uiſcera.℣ Mactati tauri:gladius quo & tau rū,ſeu bouē mactamus:& interiora aperimus:ſeu nuda mus.Vt eſt illud Virg.& Viſcera nudāt.℣ Nullum opus habebat in ſacris: quaſi nō erat eo opus i re diuina,cū nullū adhuc pecus īmola-ret:non.n.oībus Diis gratus eſt uſus gladii: ut liban tes uina leiātiaca muſis:in ſummo Parnaſo diximus: quo pauci unquā e noſtris aſcēderunt.Nō tibi ſanguis ait,nō ſæui munera cultri. Nō opulēta manus grata ē regina ſorori.Mens humilis,mens caſta placet, caſtā accipe mētē:Et tenues dignare dapes: nō thura crement Vltima:at Euboici libāt munera Bacchi.℣ Prima: unde pecori mactatio habuerit originē:ab illis quidē, q adinuenerūt aliqd ad uſum humani generis: nā cū aliqd pecus ſuis inuētis noxiū eſſet,illud mactabat. Ceres prima porcā īmolauit:qm fruges eruerat.Ea.n.(ut Pli. teſtis ē) inuenit frumēta,,cū antea glāde ueſcerent: eadē molere, & cōficere in Attica,Italia,Sicilia:ob id Dea iudicata, ea prima leges dedit,ut alii putauere. Corcynus Tragicus frumētū a Cerere mōſtratū,unde & Dea ſit habita,i ſuo poemate affirmat.& Diodo.addit:Præter frumētū repertum leges dediſſe:qbus iuſte,pieq; hoies uiuere aſſueſcerēt.Sed de ea plura i quarto libro dicemus.Aliqui putāt ideo mactari porcā pro fœcunditate: qa nullū aial eſt ea fœcundius.Parit.n.uicenos. Superior ratio Pythagoræ uerbis affirmat:quę in Meta.a poeta refert:Et prima putat Hoſtia ſus meruiſſe mori: quæ ſemina pando Eruerit roſtro,ſpemq; interceperit anni.℣ Ceres prima eſt gauiſa ſanguine auidæ porcæ:quaſi Cereri primū placuit mactare porcā.℣ Vita ſuas opes: quaſi uindictā ſumēs pro erutis frugibus: q̄ erant ſuæ opes. ℣ Merita cæ.no. cæde ſuis,quę mactari meruerat:qa nocuerat frugibus. ℣ Nā cōperit:ipſa Ceres iuenit. ℣ Sata lactentia teneris ſuccis:legetē tenellā & uirentē:q̄ lactere uidebat p trāſlationē ab aialibus lactētibus. ℣ Eruta uere nouo: uerno tēpore.℣ Ore ſuis:rictu porcę.Ceres dicta(ut Ci.aſſerit) quaſi gerens,qd fruges gerat.Nā ita literaq; affinitas patitur.℣ Sus dederat:poſt mactatā Cereri porcā: mactatus eſt Baccho caper: qm uites abroſerat, quæ Bacchi ſunt.& in Meta.Pythagoras ad illud ſuperius ſequitur.

Vite caper morſa Bacchi mactatur ad aras Vltoris ductus:nocuit ſua pœna duobus.

Plinius tamen inquit capras īmolari Palladi,q; oliuā lambendo ſterilem faciant. ℣ Sus:porca.℣ Dederat pœnas:mactatus fuerat p frugibus erutis. Dare pœnas tractum eſt a pœna pecuniaria,quæ ſoluebat.ſic cōtra recipere pœnas dicitur. Virg. Vlta uirum pœnas inimico a fratre recepi,o.

ANT. FAN. ¶Palmite debueras abſtinuiſſe caper: apoſtrophe ē ad caprum:qui cædebat Baccho:qa hoſtis eſt uinearū ſicut & capra.Virg.Nō aliaq; ob cām Baccho caper oibus aris Cædit.Mar. Vite nocens roſa ſtabat moriturus ad aras Hircus Bacche tuis uictima grata ſacris.Fuit in ſacris Liberi hæc conſuetudo(ut ait Lactan.grāmaticus)ut occiſo capro ſacrati oēs ſanguinē eius biberent.Eſt aūt caper (auctore Varro,)qui latine dicit ex caſtratis:hic pro hireo accipit.℣ Hic cū ſtabis ad arā:In tua qd ſpargi cornua poſſit,erit:aptū & placituq; ſignificat ſacrificiū.ut:Et ductus cornu ſtabit lacer hircus ad arā.Hoc aūt dicit:Rode nūc uitē,cū nemo te abigit,nō deerit tī uinum: qd in tua cornua ſpargat,cū ad aram ſtabis Baccho mactandus.

¶Caper: & eſt apoſtrophe, hoc eſt ſermonis auerſio. ℣ Tu territus exēplo huius debueras abſtinuiſſe palmite:monitus & exterritus pœna ſuis debueras dentē a uitibus cōtinere.De palmite ſuperius dictū.Exemplum eſt(ut Pōpeius inquit) qd ſequamur: aut uitemus. Caper & capræ dictæ: qd omne uirgultū carpāt:ſiue a crepitu crurum: unde & crepas eas antiqui dicebāt. ℣ Quē:caprū.℣ Spectans: uidens.℣ Aliquis prementem dentes in uite: quaſi dentes uitibus infigentē,& eas abrodentem.℣ Refert talia dicta:uerba.℣ Dolore nō tacito:non occultato,ſed apto.Dolebat.n.ita ſequitū eē i ſacras uites.℣ Caper rode uitē:rodas nūc cū nemo ꝓhibet.℣ Plecteris tī:& ē irōia: qa nō diu rodet.℣ Tī hic:ex hac uite. ℣ Erit qd ſpargi poſſit i tua cornua: erit uinū qd tibi mactādo in cornua ſpargēt.Erat.n.uſus uini i ſacris:& eo uictimaq; cornua infundebant,ꝓter q̄ in ſacris Cereris. ℣ Cū ſtabis ad arā: ubi eris īmolādus.℣ Fides ſeqt uerba:uerba illius ſortita ſunt fidē,nā uera fuere:qm cap mactatus ē. ℣ O Bacche:apoſtrophe ad Bacchū uini repertorē. De quo alias dicemus.℣ Hoſtis:iple caper.℣ Deditus tibi noxa: traditus tibi ꝓ peccato:aut ꝓ peccati pœna.Nā utrunq; noxa ſignificat.℣ Spargitur cornua:p ſynecdochē: quaſi ſparſa habet cornua effuſo mero:ut moris erat.℣ Culpa ſui: ſus,& caper meruere mactari:qm deliquerunt:ſed quid deliquit innocens ouis,& bos: quem capitale erat mactari:ut diximus ſuperius, & Pythagoras eodē in loco.

Quid meruiſtis oues placidum pecus,inq; tuendos
Natum homines:pleno quæ fertis in ubere nectar,
Mollia quæ nobis ueſtris uelamina lanis
Præbetis:uitaq; magis,q̄ morte iuuatis.
Quid meruere boues,animal ſine fraude,doliſq;
Innocuum,ſimplex,natum tolerare labores.
Immemor eſt demum:nec frugum munere dignus,
Qui potuit curui dempto modo pondere aratri
Ruricolam mactare ſuum,qui trita labore
Illa:quibus toties durum renouauerat aruum
Tot dederat meſſes:percuſſit colla ſecuri.
Nec ſatis eſt:q; tale nefas committitur:ipſos
Inſcripſere deos ſceleri:numenq; ſupernum
Cæde laboriferi credunt gaudere iuuenci.
Victima labe carens:& præſtantiſſima forma
(Nam placuiſſe nocet)uittis inſignis & auro
Siſtitur ante aras:auditq; ignara precantem:
Imponiq; ſuæ uidet inter cornua frontis:
Quas coluit fruges:percuſſaq; ſanguine cultros
Inficit:in liquida præuiſos forſitan unda.
Protinus ereptas uiuenti pectore fibras
Inſpiciunt:menteſq; Deum ſcrutantur in illis.
Vnde fames homini uetitorum tanta ciborum
Audetis ueſci,genus o mortale:quod oro
Ne facite:& monitis animos aduertite noſtris.
Cumq; boum dabitis cæſorum membra palato,
Mādere uos ipſos ſcite:& ſentite colonos.Hæc ille.Quę qdē,qa aurea ῥba uidēt hiſ ꝓmētariolis addidi.℣ Culpa: crimē.℣ Nocuit fui:porcæ,qa fruges eruerat. ℣ Nocuit quoq;:ēt.℣ Culpa ca.capro & capellis ob uites abroſas.

¶Quid

Palmite debueras abſtinuiſſe caper.
Quem ſpectans aliquis dentes in uite prementē,
Talia non tacito dicta dolore refert.
Rode caper uitem:tamen,hinc cū ſtabis ad aram:
In tua quod ſpargi cornua poſſit,erit.
Verba fides ſequitur:noxa tibi deditus hoſtis
Spargitur affuſo cornua Bacche mero.
Culpa ſui nocuit:nocuit quoq; culpa capellæ:

PAV. MAR.

Capra dicitur a crepitu crurum uñ crepæ dictæ

Ceres p ma porcā īmolauit & leges inuenit

Nota hos uerſus in ſacris

ANT. FAN. Bouis usus

Bouem occidere capitale erat

Bouis cę dendi mos Aristęus

¶ Quid bos quid placidæ commeruistis oues: magno usui mortalibus bos est aratione, uectura, lacte, caseo, corio. Vnde apud ueteres tam capitalis habebat, qui bouem sine causa, q̃ qui hoiem occidisset. Non meruit ergo ue fine causa, q̃ qui hoiem occidisset. Non meruit ergo socius hoium in ope rustico ac cæteris minister ob eius usum, innocentiaq; mactari: quẽ Solon imolari nõ permisit: teste Plutarcho. Sed cædẽdi bouis mos hic tractus est. Aristæus Apollinis ac Cyrenes filius cũ Eurydicẽ uxorẽ Orphei uiciare uoluisset: & illa fugiẽs a serpẽte fuit occisa: amissis apibus nympharum iracũdia matris auxiliũ petiit: unde edoctus q̃ rõne apes reparari possent (ut i fine Geor. plene a Virgi. tractat) mactãdi bouis initium dedit. ¶ Proteus tua damna leuabit: hic uates clarissimus Oceani & Tethyos filius fuit, qui tenuit insulã Carpathũ: quæ est inter Rhodũ, & Aegyptũ. Alii regem Aegypti eẽ uolũt in uarias formas uerti solitu3. Lege Diodoꝝ a quo de hoc, & Aristæo multa referuntur. ¶ Mox domitus uinclis in sua membra redit. Virg. In sese redit atq; hominis tandem ore locutus.

PAV. MAR.

¶ Quid bos: meruit. l. & tamen mactat. ¶ Quid cõmeruistis oues placidæ: q̃si dicat nihil: & tñ neq; oui, neq; boui parcit. ¶ Flebat Aristæus: mactatio bouis initiũ sumpsit ab Aristæo. Primus. n. ille p reparãdis apibus bouẽ imolasse fert. Oui. paucis uersibus historiã, seu fabulã pstringit: nam i fine Georgicoꝝ Virgilius pluribus refert. ubi inqt: Aristæũ pastorẽ amissis apibus querulũ ad Cyrenẽ matrẽ uenisse: & monitũ ab ea ad Protea: a quo didicit calamitatẽ illi illatã: nõ ira Deoꝝ: sed ab Orpheo in uindictã amissę cõiugis: quã cũ ille amãs isequeret fugiẽtẽ anguis morsu peremit. Deide cõsilio mris tauroꝝ, & iuuẽcaꝝ imolatione: placatis Orphei & Eurydices manibus: apiũ examina restituta sunt. Ouidius tñ inqt a Proteo mactandi iuuẽci cõsiliũ accepisse: & sic amissas apes reparasse. Diodorus iqt Aristæũ ex Apolline & Cyrene Ipsei filia natũ. nã cũ mr apud Pelliũ educaret ab Apolline rapta, & in Libyã delata ẽ ad loca ubi postea urbs a suo noie cõdita. Suscepto ex ea filius Aristæus, a uymphis enutritus ẽ: a qbus lac coagulare: mel atq; oleũ cõficere didicit. Quæ cũ primus i hoiu3 usum traduxisset, a posteris ut Deus cultus ẽ. Profectus in Bœotiã Autonoen Cadmi filiã uxorẽ duxit: genuitq; Actęona: quẽ ira Dianæ fabulæ ferũt a canibus discerptũ. Post eius obitũ ab oraculo pris habuit, ut Ceam adiret: in qua ei honores ipẽderent. Quo cũ uenisset orta pestis oẽm Græciã peste, p Græcis oibus sacra fecit, morbusq; cessauit. Relictis in Cea nepotibus: i Libyã ad matrẽ rediit. Deinde in Sardoꝝ insulã pfectus est: quã cõsitis arboribus cultiorẽ reddidit, ibi duos filios genuit, Charmũ & Calicarpum. Ad alias insulas cũ accessisset i Sicilia aliquãdiu mãsit: quæ cũ fructibus armẽtisq; referta esset: singuloꝝ usum edocuit: quo beneficio Siculi, & hi præcipue apud quos Oleæ nascunt: p Deo sũmo honore co

Virgi. in quarto Georgicorum

De Aristæo qui ex Autonoe habuit Actæonẽ uersum in ceruũ

Quid bos? quid placidæ commeruistis oues?
Flebat Aristæus, q; apes cum stirpe necatas
Viderat inceptos destituisse fauos.
Cærula quem genitrix ægre solata dolentem,
Addidit hæc dictis ultima uerba suis.
Siste puer lachrymas: Proteus tua damna leuabit:
Quoq; modo repares quæ periere, dabit.
Decipiat ne te uariis tamen ille figuris:
Impediant geminas uincula firma manus.
Peruenit ad uatem iuuenis: resolutaq; somno
Alligat æquorei brachia capta senis.
Ille suam faciem transmutat, & alterat arte:
Mox domitus uinclis in sua membra redit.
Oraq; cærulea tollens rorantia barba,
Qua dixit repares arte requiris apes?
Obrue mactati corpus tellure iuuenci:
Quod petis a nobis obrutus ille dabit.
Iussa facit pastor: feruent examina putri
De boue: mille animas una necata dedit.

luerunt: transgressus in Thraciã perceptis a Dionysio orgiis in Aemo habitãs: cũ postmodũ nõ cõparuisset honores nõ solũ a barbaris: sed a Græcis assecutus ẽ. ¶ Flebat Aristæus: Apollinis & Cyrenes filius. ¶ Quod uiderat apes necatas cũ stirpe: apes extinctas cũ oĩ ipe soboles. nã ad unũ oẽs interierãt. ¶ Destituisse iceptos fauos: mella cũ toto ope: qd̃ inceperant, nec pfecerãt. Verũ fauus est ubi cerã fingunt, & mella disponũt: nã tria hæc simul Var. retulit apiũ opa. Pli. uero inqt: Primus fauos ꝓstituũt: cerã fingũt, hoc est domos, cellasq; faciũt: deinde sobolẽ, postea mella. S3 de his latius i Georgicis differemus. ¶ Quẽ: Aristæũ. ¶ Aegre dolẽtem: quasi cũ uersaret in magna perturbatione, & ai ægritudine. ¶ Genitrix: Cyrene, ut Dio. ait Ipsei: ut alii Penei amnis filia: & ideo cærula dixit, qa aquarum nympha: sic & cærula maria dicimus. ¶ Solata: ꝓsolata. ¶ Addidit hæc ultia uerba dictis suis: nã pluribus uerbis usa i leniẽdo dolore: deide hæc addidit. ¶ Puer: fili: nã appellatiõe pueroꝝ: ut Paulus iurisc̃õsul. docet ueniũt & serui & filii, & q̃ sunt ætate puerili. ¶ Siste lachrymas: noli magis lachrymari. ¶ Proteus leuabit tua dãna: alleuiabit & rependet extinctaꝝ apiũ iacturã. ¶ Et dabit: docebit te. ¶ Quo mõ repares quę periere: quo pacto reparare possis examina extincta. Proteus a multis Oceani & Tethyos filius creditus ẽ: & marinoꝝ piscium pastor: ut in Odis Ho. diximus: Oẽ cũ Proteus Pecus egit altos Visere mõtes. ꝑterea habitasse i Carpatho insula. Multi Aegyptiũ dixere regẽ. & Hero. Proteũ uatẽ, & Aegypti regẽ dicit. ad quẽ appulso tẽpestatibus Paridi cũ Helena rapta: sublatis q̃ Græcoꝝ erãt, & Græciæ restitutis multa ꝑdixisse. Dio. aũt hæc ait: Cũ Aegyptus rege careret ex dignioribus qdã in regẽ assumptus est: Iliaci belli tpe. Quẽ Aegyptii Cetẽ, Græci Proteũ appellãt. Hũc artiũ peritũ, & in uarias se formas solitũ uertere tradiderũt: ut aial, arbor, ignis uideret. Quoꝝ cognitionẽ ex cõtinuo astrologoꝝ: ac sacerdotũ usu assecutus ẽ. Cõsuetudo aũt Gręcis trãsmutatiões fingẽdi cãm ꝑbuit: nã mos erat Aegyptiis regib? leõis, aut tauri, aut draconis priorẽ partẽ i capite ferre insignia principatus: qñq; arborẽ, ignẽ & redolẽtia supra caput unguenta: hæc tum ad decorẽ: atq; ornatũ spectabãt: tum stuporẽ ac superstitionẽ quãdã aspiciẽtibus iniiciebãt: hęc ille. Mater igitur nũc instruit filiũ ne mutatione formæ decipiat: sed cum primũ inuenerit alliget. de quo latius apud Virgilium. ¶ Tamen firma uincula: firmi laquei. ¶ Impediãt geminas manus: q̃si alligato utrãq; Protei manũ firmis nexib?. ¶ Ne ille: Proteus. ¶ Decipiat te uersis figuris: uariis formis i q̃s solet se uertere. ¶ Peruenit ad uatem: paruit Aristæus matri, dormiẽti Proteo laqueos iniecit, apprehensum tenuit. & cũ ille ĩ uarias se formas trãsmutasset, nihilq; proficeret, resumpta uera forma: docuit obruẽdũ eẽ iuuẽcũ, & eo pacto examina reparari. Et Pli. etiã docet

Proteus pastor i uarias formas se uertebat

Quomodo apes nascant ex carne bouum

uentribus bubilis in totum posse reparari simo obrutis. ☞ Iuuenis:Aristęus. ☞ Peruenit ad uatē: accedit ad Proteum,&. ☞ Alligat:laqueis nectit. ☞ Brachia capta senis æquorei:brachia Protei marinoꝝ piscīū pastoris,quæ iā ipse apprehēderat. ☞ Resoluta sōno:cū altius dormiret, & esset somno resolutus. ☞ Ille:Proteus. ☞ Transmutat suā faciē:uertit se in uarias facies. ☞ Et alterat arte:dolo & idustria, ut iuuenē exterreret mō illā modo alterā assumebat:aut Arte intelligas uenefica & magica:qua forte plurimū poterat. ☞ Mox:statim. ☞ Domitus uinclis: uinctus laqueis: qbus erat alligatus. ☞ Redit in sua mēbra:in ppriā formā. ☞ Et tollēs ora rorantia:eleuās uultū aquis madētē. ☞ Barba cærulea: marina. ☞ Dixit tu reqris q̄ arte repares apes: tu petis a me scire qua rōne possis apes reparare. ☞ Obrue corpus: de fodias. ☞ Tellure:putri.s.aut simo corpus. ☞ Iuuēci mactati:quē tu mactaueris. ☞ Ille:iuuencus. ☞ Obrutus simo:defossus. ☞ Dabit:tibi.s. ☞ Quod petis a nobis:hoc ē apes quas petis a me tibi reparari. Iuuēco enim obruto renascentur. ☞ Pastor:Aristæus.allusit ad illud Virg.Pastor Aristæus fugiēs Peneia tēpe.& illud:Cui pinguaceæ Tercētū niuei tondēt dumeta iuuenci. ☞ Facit iussa:obruit iuuēcū ut Proteus iusserat. ☞ Examina:ipsa apiū agmina. ☞ Feruēt:feruere & emicare pullulātes uidentur. ☞ De boue putri:de iuuēco putrefacto. ☞ Vna anima.s. ☞ Necata:unus bos mactatus. ☞ Dedit mille aīas: mille uiuētes apes: nā examē ide emersit apiū.eo.n.pacto reparatæ sunt apes:qua rōne multi apium & mellis inuentionē Aristæo tribuerunt:multi Thessalis:multi Melisso Cressoꝝ antiqssimo regi. Qui quidē(ut Dydimus in lib. narrationis Tyndaricæ refert)primus Diis sacrificauit: habuitq; filias duas Amaltheā,& Melissam: quæ Iouem puerū caprino lacte,ac melle pauerunt: uñ Melissa apes dicta fuit:alii Palladi ascribūt,alii aliis. Veꝝ apiū reparatio Aristęi fuit: sed mellis inuentio fuerat aliorum. Examen(ut Pōpe.Festus ait) est & æquamētū & iudicii inuestigatio & examinatio & apū cōgregatio,uel locustaꝝ.

Ex Aristęi mentis alii Melisso cressoꝝ regi hoc tribuūt

ANT. FAN. Ouium usus

Cur immolabant oues

Verbēa

Sagmia

Verbenarius Hypion

Titan

¶Pauit ouis pratum:uerbenasq; improba carpsit:
Quas pia Diis ruris ferre solebat anus.
Quid tuti superest?animam cum ponat in aris
Lanigerumq; pecus,ruricolæq; boues?
Placat equo Persis radiis Hyperiona cinctum:
Ne detur celeri uictima tarda Deo.

¶Pauit ouis pratum:uerbenasq; improba carpsit:oues agno,ueruece,lana,pelle,lacte,caleo,stercore hoīb? utiles sūt: sed iō īmolari cœpersūt,q; uerbenas carpāt:qbus maiores rē diuinā faciebāt. Est aūt uerbena herba,q̄ nulla Romanæ nobilitatis plus hēt,auctore Pli.ea q̄d sacra existimeť,a Græcis hierabotone dr. Aliq eā peristereon uocāt:nr̄i uerbenam:cuius gña duo sunt. Lege eūdē auctorē li.xxv.Naturalis historiæ. Seruio aūt placet ppriē uerbenā esse sacrā herbā sumptā de loco sacro Capitolii, quæ pr̄ patratus & feciales facturi fœdera, uel bellū īducturi coronabanť:quo uocabulo sæpe abutimur,ut diximus supra. Appellabanť uerbenæ sagmina:ut ait Festus: uel a sanciēdo.i.cōfirmādo:uel q̄d ex loco sancto arcerēt legatis ꝓficiscētibus ad fœdus faciēdū,bellūq; īdicēdū. De sagminis Pli.hæc uerba sunt:Sagmina gramē significat: ex arce cū sua terra euulsum:quo semper legati cū ad hostes clarigatū mitterenť usi.i.res raptas clare repetitum, unus utiq; uerbenarius uocabať. ☞ Placat equo Persis radiis Hyperiona cinctū:Hyperionē alii Solē esse uolūt, sic dictū: q̄ eat sup terras auctore Festo. Vnde illud est Statii:Ictusq; Hyperione multo Acer anhelātes icedit Sirius agros. Alii Solis patrē Titani,ac terræ filium:sed ut plurimum pro Sole accipiť:ut hoc loco:quē Deū Titanē uocam?:ut qbusdā placet a mre Tithea. Eū Persę colūt: ut inquit Strabo,& Mithrā uocant. Quare Xerses(teste Herodoto)Solē ueneratus est,anteq̄ per pōtes super Hellespontum fabricatos transitus fieret: iidem Persæ Soli equum īmolant,ut Deoꝝ pernicissimo e pecoribus oībus pernicissimum tradant. Quod eandē ob causam fecisse Messagetas Herodotus scribit. Et quoniam Sol aliquando ecclysim patiť: ideo apud Persas in antro colitur, ubi ipse est leonis uultu,& Persico habitu cū Thyara: utrisq; manibus bouis cornua cōprimēs reluctantis:quaꝝ regꝝ significationē apud Lactantium grammaticum lector inueniet. immolabaťr ēt equus Marti auctore Festo: uel q̄ per eius effigiē Troia capta sit:uel q̄ eo genere animalis Mars delectari putaretur.

Equus Soli īmolať

PAV. MAR.

¶Pauit ouis: tum primum immolata est, cum pascens uerbenas e prato carpsit sacra uisa uiolare.nā quæ uerbena a nostris,a græcis ΗΕΡΟΒΟΤΑΝΗ,idest sacra herba dicitur, qua(Plinio teste libro.xxii.) legati cum ad hostes clarigatum,idest res clare repetitum,mitterenť usi,unus utiq; uerbenarius uocabatur.& libro.xxv. Nulla inquit Romanæ nobilitatis plus habet,q̄ hierobotanæ: quam aliqui aristereon,nostri uerbenā uocāt:hæc est quā legatos ferre ad hostes indicauimus:hac Io.mensa uerriť: domus purganť,lustranturq;.& paulo post cū duo eius genera esse ostenderit: Vtraq; sortiunť galli, & præcinunt responsa:sed magi utiq; circa hāc insaniūt:hac peruncto īpetrare q̄uelint,febres abigere,amicitias cōciliare,nulliq; nō morbo mederi & reliqua. Ipsa igiť uerbena arę decorabanť:unde apud Terētiū: Ex ara hinc sume uerbenas. Quinetiam utebanť & ea Romāi in patre patrato creando:unde apud Liuiū ab urbe cōdita. Fecialis erat M.Vale.patrē patratū. Sp.Fusiū fecit uerbena caput,capillosq; tāgens. Pater patratus ad iusiurandū.i.sanciēdū est.& Plu.de eo.lxii.problemate: ipm se nomē exponit. Vult.n.patratū,quasi finitū ac determinatū q̄ddā significare:illud pfectus sit,cui contingit simul: ut & pater eēt, & patrē haberet. ☞ Ouis pauit pratū:pascēs abrosit prati gramina. ☞ Improba:temeraria,aut imprudēs. ☞ Carpsit uerbenas:ipas sacras herbas. ☞ Quas anus pia:religiosa. ☞ Ferre solebat Diis ruris: offerebat illis numinibus:q̄ ruris tutelā simul & agroꝝ habēt:ut Cereri, Baccho. ☞ Quid tuti?cū igiť & boui,q̄ nr̄ est colonus,& oui cuius lana uestimur,non parcať:& q̄d erit illud e brutis aīal cui parci possit:nullū q̄dē. Paulatim.n.licētia ad oia mactāda transiit. ☞ Quid superest tuti?quasi q̄d aīal erit iā tutū a sacris cultris. ☞ Cū & pecus lanigerꝝ:ouis lanata:cuius uellera nos uestiūt. ☞ Ponat aīam i aris: macteť ad aram. ☞ Et boues ruricolæ:qui nostra rura colunt,& coloni nostri sunt boues, ideo capitale erat eos interimere:At nunc heu miseri tetricam mactantur ad aram. ☞ Placat: Persæ equū Soli mactant: ea rōne q̄d celerrimo numini celeris sit offerenda uictima. ☞ Persis: ipsa Persarum regio:uel ipsi Persæ. ☞ Placat Hyperiona cinctum radiis:placat Solē ipsum radiantē: qui lucē(ut Pli. inquit)rebus ministrat,auferteq; tenebras: hic reliqua sidera occultat:illustrat hic uices tēpoꝝ: annumq; semper renascentē tēperat ex usu naturæ: hic cæli tristitiam discutit, atq; etiā nubila humani animi serenat & reliqua. ☞ Equo:immolatione equi. ☞ Ne tarda uictima detur celeri Deo:hoc ē ne tardius & pigrius animal,celeri Soli īmoleť. Persis oriētalis ꝓuincia Carmania sinu Persico media,& Caspiis terminať. Persaꝝ gentem Eustathius dictam

De patre patrato in fœderibus cuī uerbena

Quare Hyperioni īmolať equus

dictã inquit(ut alii putãt)a Perse filio Medi: ut alii a Perse Perlei & Andromades filio. Et ut de Persarꝝ religione aliqd dicamus. Nec statuas, nec aras erigũt: in loco sacrifi cant excelso. Cælũ Iouẽ putãt, colunt Solẽ: quẽ Mithram uocant. Itẽ Lunam, & Venerẽ, & ignẽ, & tellurẽ, & uentos, & aquã. Sacrificãt in loco mundo cũ iprecationibus & coronatã hostiã statuũt. Cũ uero Magus, qui sacrificio præest, mẽbratim carnes ĩ quẽꝙ diuiserit: abeũt nulla parte Diis relicta. Dicunt. n. Deũ nihil uelle. Persæ in flumẽ nõ micturiunt, nec lauant, nec abluuntur, nec mortuũ iniiciunt, nec alia quæ imunda eẽ uideãtur. A quinto usꝙ ad. xxiiii. annum discũt sagittare, iaculari, equitare, & in primis uera dicere. Disciplinarꝝ magistris cõtinentissimis utuntur. Qui fabulas ad utilitatem reductas inserunt: cum cãtu & sine cãtu Deorꝝ, & claro rũ uirorꝝ facta referentes: & alia multa laudabilia de his referunt. Nos libẽtissime hic inferimus: quæ memoratu digna sunt. ℣ Hyperiona: Græci (teste Lactãtio grãmatico sup Thebaida Pacynio) dicunt Titani & terræ filium, Solisꝙ, & Lunæ, ac Auroræ patrẽ: qm̃ & in hoc errare dicor, nõ equidẽ erro. Scio. n. qd dicturus sim. Ego Lactantiũ adduco. Si error ẽ, ille errauit non Marsus. Diodorus docet Hyperiona Saturni fuisse fratrẽ, cæli & Titheæ filium. Qui Solis, ac Lunæ, aliorumꝙ astrorꝝ motus, horasꝙ primũ summa cura, obseruationeꝙ ab se percepta cæteris noscenda tradidit: ideoꝙ horum parens nominatur ueluti ipsorꝝ naturæ cõtemplator. At Pompeius inquit: Hyperionẽ alii patrẽ Solis: alii ipm̃, ꝙ eat super terras ita appellatũ putãt. Poetæ fere oẽs Hyperiona pro Sole ponunt. uti & in pronosticis Cice. Vt cum Luna micans Hyperionis officit orbi: Stringuntur radii cæca caligine tecti. ita hoc in loco pro Sole ponitur.

Variæ opiniões de Hyperione

ANT. FAN. Iphigẽia seu Iphianassa

¶ Quod semel est triplici pro uirgine cæsa Dianę: Nunc quoꝙ ꝓ nulla uirgie cerua dat: Iphigeniã, siue Iphianassam dicit Agamẽnonis filiã: quã cũ Græci in Aulide imolare uellẽt, Diana miserata sustulit, cerua supposita: unde tractus mos ẽ, ut ei Deæ cerua imoleť. Cũ. n. Græci ad Aulidẽ uenissent, Agamẽnon Dianæ ceruũ occidit ignarus: unde illa irata uẽtorꝝ flatus remouit. Quare cũ Græci nauigare nõ possent, & pestilẽtiã sustinerẽt: oracula cõsulta dixerunt Agamẽnonio sanguine placandã esse Dianã. Quo circa cũ Vlysses ꝓ nuptiarꝝ simulationẽ Iphigeniã adduxisset ut imolareť. Illa miseratione numinis, cerua (ut diximus) supposita trãslata est a uentis ĩ Tauricã regionẽ, ubi Dianę sacris ꝑfecta est. & postea diuinos honores cõsecuta. Vñ ait Herodotus: Dæmonẽ cui imolãt ipsi tauri aiunt eẽ Iphigeniã Agamẽnonis filiã. Hãc Lucre. & Home. Iphianassam dicũt: quoꝝ Homerus fuisse Agamẽnoni tres filias docet, Chrysothemin, Laodicẽ, & Iphianassam. Lucretius autem inquit: Aulide quo pacto Triuiæ ad uirginis aram Iphianassę turparunt sanguine fœde Ductores Danaũ. ℣ Exta canũ uidi Triuiæ libare Saphæos: quia uenatrix Dea canibus delectat. Romę autẽ id usum accipe, cũ omne hoium genus undiqꝙ ĩ urbem cõfueret, ut iam pridẽ in Tyberim Syrus defluxit Orõtes. Et hic alta Sicyone, ast hic Amydone relicta. Hic Andro, ille Samo. hic trallibus aut alabãdis Exquilias: dictũꝙ petunt a uimine collẽ. Graeci quoꝙ (ut Plutarchus auctor est) Proserpinæ canẽ imolabãt, sicut Romani Gyneciæ: ꝓ his qui domi naſcebanť. Quod animal etiam in purgationibus cædebant: ut idem in quæstionibus tradit: quoddam piaculi genus circumcatulationẽ appellantes. ℣ Et quicũꝙ tuas accollit Aeme niues: perite ait quicunqꝙ. licet. n. Aemus a multis dicať mons Thraciæ, eius tamen pars in Pharsaliã porrigiť. Lucanus: Conspexere procul prærupta in caute sedentem Qua iuga deuexus Pharsalica porrigit Aemus. ℣ Cæditť & rigido custodi ruris asellus: mactať asinus Priapo, ꝙ postea q̃ e Lãpsaco urbe Hellespõti pullus est ob uirilis mẽbri magnitudinẽ, ut quidã dicunt, & in Deorꝝ numerꝝ receptũ meruit esse numẽ hortorꝝ, quibus ob eorꝝ fœcunditatẽ præesse dicitur. Horti. n. nunq̃ sine fructu sunt. De hoc Deo plura alias: nũc illud nõ supprimendũ, Asinum qui Priapo cædi cõsueuit. Quoniã (ut poeta fabulatur) clamore suo eius Dei obstitit uoluptati, Baccho assignari: qm̃ ferulæ (ut auctor est Pli.) asinis in pabulo gratissimę sunt: cæteris uero iumentis ꝓsentaneo ueneno. Cõstat autem & Libero ferulam assignari.

Circũcatulatio
Aemus
Asinus mactať Priapo
Cur asin⁹ Priapo cædi tur

¶ Quod semel: Dianæ cerua imolatur: id inde sumpsit initium. Cũ Agamẽnon in Aulide Dianæ ceruã ignarus occidisset: & ob id Diana uẽtos sustulisset: habitum est a responso: ut Agamẽnonio sanguine: hoc est uirgine filia, Dea placareť. Iphigeniã igiť ex Clytemnestra Agamẽnonis filiã Vlysses dolo a matre tradendã Achilli matrimonio fingens extorsit: quæ cũ imolanda esset miseratione Deorꝝ oblata est cerua: quæ pro ipsa uirgine immolata, Iphigenia in Tauricam delata. De quo latius in Tristibus diximus. Ex illo igiť Dianæ cerua cœpit immolari: sed non solum Dianæ pro uirgine cerua imolabať: ueꝝ etiam aliis. Immolabať. n. prius (ut testis est Eusebius) in Laudicia Syriæ Palladi uirgo, postea cerua imolata est. ℣ Quod cerua est cæsa semel Dianæ triplici: qđ Dianæ tricipiti ceruã semel imolauerũt: cũ pro Iphigenia supposita est. Iegiť ẽt Quæ. ℣ Pro uirgine: loco Iphigeniæ uirginis. ℣ Nũc quoꝙ: etiã hoc tpe. ℣ Dať: offerť, & imolať. ℣ Pro nulla uirgine: quẽadmodũ tũc ꝓ Iphigenia. ℣ Dianæ triplici: qa Triuia, & triceps, ut supius diximus. Nam eandẽ eẽ uolũt, q̃ & Proserpina. Verꝝ Diana dicta quasi deuiana: qa uenãtes ꝓ siluas errant. Proserpina, qa ꝓserpit sub terras. ℣ Exta: Thraces aliqui Triuiã cane imolant: nec abre, cũ Triuiæ canes assignentť. unde & Cerberus triceps additur: sicut illa triceps: sed ad hoc plura ab Aurelio referunť. ℣ Vidi Sabeos: ita oẽs legerunt: nec aduerterũt errorẽ, cũ uoluerint de Sabeis Arabibus itelligi: quos nunq̃ poeta uidit: quo nũq̃ penetrauit. At cũ dicat uidi, de ppłis quos uiderit loquutũ cõstare debet: nã uidere est oculorum sensu percipere. de quo Aristoteles: Sensus, uisus multas rerꝝ differẽtias nobis demonstrat. Poeta cũ accolas Aemi mõtis his simul iungat: de ꝓpinquis Aemo ppłis loquiť, quos prius uiderit: ꝑsertim cũ in locũ exilii p cõtinentẽ Thraciæ ꝓfectus est: de quo in Tristibus diximus. Emẽdemus ergo locũ, & Saphęos dicamus: qm̃ Saphæi iter Thraciæ ppłos a Plinio memorantť. Vidi ergo Saphęos Thraciæ ppłos. ℣ Et o Aeme q cunqꝙ accolit tuas niues: quasi oẽs tuos accolas: & tua niuosa saxa colentes. Aemus. n. mons Thraciæ uasto (ut Pli. inqt) iugo in pontũ procũbens: oppidũ habuit in uertice Maristeũ. ℣ Libare Triuię: litare Proserpinę. ℣ Exta canũ: mactare canes ipsos, & exta libare. de extis superius diximus. ℣ Cædiť: asinus Priapo imolať. hoc a poetis referť: sed nos cõpertũ habemus Carmanitas Persis finitimos ꝓ equorꝝ inopiã asinis in bello uti: & asinum

PAV. MAR.

De Iphigenia imolata nota

Canis Triuiæ imolať

Sẽsus & uisus multa ostẽdũt Saphæos non Sabeos esse legẽdum

Marti sacrificare: cuius rei etiã Stra. meminit. ☞ Asellus cæditur: ferit, hoc est immolat. ☞ Rigido custodi ruris: hoc est Priapo, q̃ hortoꝝ & uineaꝝ custos dr̃: de quo alii aliter sentiunt. Nam multi fuisse ciuẽ Lamsacenũ afferũt, qui ob uiriũ mẽbri magnitudinẽ ciuitate eiectus sit: sed demũ meruisse ibi diuinos honores. Diodo. aũt inqt antiquos fabulari Dionysii, ac Veneris filiũ Priapũ fuisse: hac cõiectura ductos, q̃ qui uino indulgẽt sint ad Venerẽ p̃mptiores. Nõnullos etiã asserere priscos cũ uellẽt pudẽda occultius nominare: Priapũ dixisse. Alii genitalia cãm eẽ hoium generationis. Aegyptii Titanas aiunt Osiride dolis iterfecto corpus in æquas diuisile partes: hisq̃ domo clam elatis: partẽ pudẽdã cũ singuli eam respuerẽt: abiecisse in flumẽ. Isidе postmodũ ulta uiri mortẽ Titanibus occisis uiri corpus inquisisse: partesq̃ repertas cũ in formã hois cõposuisset, sacerdotibus tradidisse sepeliẽdas: ut Osiridẽ uelut Deũ colerẽt iperasse, sola pudẽda nõ reperta pro Deo coli iussit: & in tẽplo ipsi pẽdi. Hũc Deũ quidã Typhalum: alii Typhonẽ nominant, non solũ in urbium tẽplis: sed in agrestibus quoq̃ locis: tanq̃ uineaꝝ atq̃ hortoꝝ custos colitur: fructuum fures castigans. Huic Deo sacra cũ risu & ludo fiunt: hæc ex Diodo. ☞ Causa pudẽda q̃dẽ: origo huius sacrificii nõ sine pudore eẽt referẽda. ☞ Sed tñ apta Deo: quasi cõueniẽs Priapi numini: & refert fabulã: unde habuerit initiũ mos mactandi asini, descenditq̃ usq̃ ad. L. uersum.

Festa corymbiferi celebrabat Græcia Bacchi:
Tertia quæ solito tempore bruma refert.
Dii quoq̃ cultores in idem uenere Lycæi:
Et quicunq̃ loci non alienus erat.
Panes, & in Venerem Satyrorum prona iuuentus:
Quæq̃ colunt amnes, solaq̃ rura Deæ.

ANT. FAN. ¶ Festa corymbiferi celebrabat Græcia Bacchi: hæc festa tertio quoq̃ anno innouari cõsueuerunt: dicunturq̃ trieterica, nã Τριετες triẽniũ significat. Quamuis cõstet trieteridem esse magni anni speciem, q̃ coniunctis duobus uertentibus iplebat. Referebant aũt Græci ea celebritate, quæ apud eos fuit maxime id tẽpus q̃ Bacchus dum ex India uictor rediret in patriã in peregrinatione dicit cõsumpsisse. Is corymbifer dicit q̃ hedera coroneť, cuius fructus corymbus appellatur. ☞ Dii quoq̃ cultores in idẽ uenere Lycæi: Et quicunq̃ loci nõ alienus erat. Panes, & in Venerem Satyrorũ prona iuuentus: bene Lycæo Panes subiungit: a quo monte Pan Deus Arcadiæ cognomẽ accepit, ut alibi dicituri sumus. Ea prouincia montes insigniores habet Cyllenẽ, Pholoẽ, Lycæum, Parthenũ, Mænalũ: & in Lycæo Iouis Lycæi fanum. Satyros aũt Bacchi comites esse in libidinẽ pronos eoꝝ nomen ostẽdit. Putant enim a nõnullis dicti (ut ait Macro. ϖαρατην σαθην: quod nomen membrum uirile significat. Vnde & Saturni p̃p abscisoꝝ pudendoꝝ fabulã nomen creditur accepisse. Et reuera nihil aliud habẽt hois q̃ figuram: testibus Pli. ac Diuo Hiero. Finguntur q̃ Bacchi comites ludi, ioci, ac risus gratia: & q̃ uini comes libido ẽ, quæ sine Cerere & Libero friget: ut ait Teren. Eos Porphyrio esse inquit acutis auribus & oblongis: quorum qui ad Nymphæum captus traditur, ad Syllamq̃ perductus (ut Plutarchus meminit) asperam uocẽ edidit equi hinnitu, & hirci balatu permixtam.

Corymbifer Bacch⁹ Corymbus Lycæus Arcadię mõtes i signes Satyri uñ dicti Saturnus Cur Satyri sũt Bacchi comites

PAV. MAR. ¶ Festa: fabulam aggredit, unde factũ hoc habuerit originem: refertq̃ cãm ad Priapi amores: nã cũ multi in trieterícis Dii cõuenissent, & Deæ simul: & cũ quisq̃ sua flãma & uoluptate traherẽt: Priapus etiam, qui illuc uenerat, Lotida nympham ardere cœpit. nocte cum dormiẽtẽ esset adortus: eam asellus rudẽs excitauit. indignatus illum Priapus immolat: & inde posteri eiusdẽ numini asinos immolarunt. assignatur tñ altera cã immolãdi asini: quã paulo superius tetigimus, cũ de Cancro cælo apposito ageremus: nam alteri ex duobus afinis: quos in eo loco retulimus: cũ Liber humanã uocem dedisset: aususq̃ eẽt ille cũ Priapo de natura reꝝ certare uictus, mactatusq̃ est. Inde uolunt aliqui apud Lampsacũ initiũ sumpsisse asinoꝝ mactationẽ. Tertia causa est quã in sexto referemus: cũ adoriens Vestã interruptus est ab opere itidẽ asini ruditu: quẽ etiã immolauit, & ea cã Lampsacenos quoque immolare. ☞ Græcia: Græci ipsi ita appellati a græco quodã rege Atticæ: ut tradit Aristo. in Meteoris. ☞ Celebrabat festa Bacchi corymbiferi: festa ipsius liberi patris hedera coronati: nã corymbus hederę fructus est: & hedera ipse Liber coronatus ẽ. Aliqui legunt racemiferi: & hoc p̃p uuas & uinũ, cuius reperto rẽ dicũt. ☞ Qui ẽt (Pli. teste) emere ac uendere instituit. idẽ diadema regiũ insigne & triumphũ inuenit. ☞ Quæ: festa. ☞ Tertia bruma: tertius ãnus a bruma sumẽs initiũ. ☞ Refert solito tpe: tertio quoq̃ anno, & brumali tpe: inde festa ipsa dicta sunt Trieterica: sic dicta, q̃ triennalia. Quæ tertio quoq̃ anno sumptuosiora quotidianis orgiis agitabant: inde trieterides a Grẽcis institutę: a triẽnio quo peregrinatus ẽ Bacchus, cũ in patriã uictor rediret. De quo Diodorus: In Indiã cũ exercitu trãscendens: triẽnio post multis cũ spoliis in Bœotiã rediit. Primus oium triumphauit elephanto Indico uectus. Bœotii, cæteriq̃ Græci, Thraces quoq̃ in memoriã Indicæ expeditionis sacra trieterica sibi instituerũt. Vñ & in multis Græcis urbibus quoq̃ triẽnio Bacchides mulieres cõueniũt, apud quas de more uirgines Thyrsum ferunt in honorẽ Dei bacchantes: eiq̃ p cœtus sacrificãtes. Postremo memoriã Menadũ: q̃ ferunt illi Deo astitisse hymnis, & cãtu renouant: sed latius alias de eo. ☞ Dii quoq̃: cũ i Græcia festa ea celebrarent: Græca numina cõmemorat: q̃ eo cõuenerunt. Nã Dii Arcadũ: & fluuiorum nymphæ: & numina quoq̃ rustica. ☞ Dii quoq̃ cultores Lycæi: Dii Lycæũ q̃ Arcadiæ mõtẽ incolũt: ubi est sedes Panos Lycæi: a quo Lycæa ludicra: q̃ nos lupcalia dicimus. Nã Lycos græce lupus est: de q̃bus latius dicemus in secũdo. ☞ Venere in idẽ: q̃si in eũdẽ locũ, & ad eadẽ festa: aut simul illuc cõuenere. ☞ Et q̃cũq̃ nõ erat loci alienus: cæteri Dii q̃ ab eo loco nõ erãt alieni: aliq̃ legũt: Et quicũq̃ meri: tũc intelligas oẽs Dii, q̃b⁹ meꝝ erat gratũ. ☞ Panes: ẽt uenere, hoc est Fauni ipsi. Nã Pan & Faunus idẽ ẽ. Horatius. n. Panа Faunũ dicit i Odis: Velox amœnũ sæpe lucretilẽ Mutat Lycæo Faunus, & igneam Defendit æstatẽ capellis usq̃ meis. Hũc Porphyrius i li. de rñsis Dionysii famulũ enarrat fuisse, quẽ cũ in numero bonoꝝ Dæmonũ collocet: agricolis q̃busdã apparuisse cõfirmat: quos & repẽte postea mortuos asserit sic dicẽs: Pana Dionysii famulũ fuisse Apollo isto rñso significauit. Nã cũ nouẽ hoies simul i quodã Brãchidaꝝ agro mortui eẽnt, iterrogãtib⁹ quęnã necis eoꝝ cã fuerat, sic Apollo rñdit: Toruus Dionysii famulus Pan, auriq̃ cornis. Per nemora obscura gradiẽs montesq̃ p altos Pinũ una atq̃ alia resonans syringa tenebat. Gestabat manu multos is corpore uasto. Prostrauit, mortiq̃ uiros dedit horridus ille. & Plutarchus in eo libello qui inscribitur ϖερι των ηλελιϖϖοτων χρηστηριων. Quem nunc diuini ingenii iuuenis: tã Græcis q̃ Latinis lr̃is ornatissimus: atq̃ utroq̃ dicẽdi genere p̃stantissimus: simul & omni studioꝝ laude cumulatissimus Hermolaus barbarus magnificentissimi equitis Zachariæ F. me

Quare dicta sũt trieteri ca

Pana Dionysii famulus fuit: ex resp̃so Apollinis

Opus Plutarchi trãslatuꝫ ab Hermolao barbaro

Strabo Arcades superare omnem Græciam antiquitate testatur. ¶ Tellus: per metonimiam: nam quod tenet pro eo quod tenetur: hoc est gens, quæ in ea tellure Arcadica est orta prior. ¶ Luna: quę prius nata est, q̃ luna. ¶ Si creditur ulli de se: si cui est adhibenda fides de rebus suis referenti: quasi nata prior Luna si illi credendum est. ¶ Habet nomen a magno Arcade: denominatur Arcadia ab Arcade Iouis & Themistus: aut Calistus. Sed de Calistone & filio relatis in cælum dicemus inferius. Verum Arcadia (ut Eustathius asserit) nominata est aliquando Pelasgia: aliquãdo Parrhasia: aliquando Lyconia: aliquando Gigantis: aliquando Azania. ¶ Hinc: ex Arcadia. ¶ Fuit Euãder: quẽ diximus Carmentis filiũ. ¶ Qui q̃q̃ erat clarus: licet ellet illustris. ¶ Vtroq; sanguine: materno & paterno: creditus filius Mercurii ex Carmenti. Vnde & in Aeneid. Vobis Mercurius pater. Alii dixere filium Pallantis, pronepotis illius magni Pallantis regis Arcadiæ: cuius filia Chryse nupsit Dardano: ex qua Dyamãta genuit: qui successit auo materno. Sed de his in quarto dicemus. ¶ Erat tamẽ nobilior sanguine sacræ matris: nobilior erat materno genere: quoniam illa nympha, & sacra, & fatidica erat: & honores diuinos assequuta: ẽt ex eo q̃ Arcades aiũt Carmentim filiam fuisse Pallãtis filii primi Lycaonis, & Palladis contubernalem. Ferunt .n. Iouem Pallada educandam Pallanti dedisse. ¶ Quę: Carmentis. ¶ Simul: postq̃. ¶ Conceperat animo æthereos ignes: cælestes & diuinos spiritus. Cum altius cogitatione in cælum elata hausisset diuinam mẽtẽ: ut uaticinantes solẽt, ut est illud: Agitante calescimus illo. ¶ Dabat uera carmina: dabat respõsa & oracula carminibus. ¶ Ore pleno Dei: pleno numinis Apollinei: nã (ut ex Plutarcho diximus) Phœbo dedicata carminibus uera prædicebat. ¶ Dixerat: inter cætera quæ illa uera prædixerat: hoc Euãdro filio dixit imminere sibi tumultus, & seditionẽ in populo: qua ratione esset a patria fugiendũ: quod exitu comprobatũ. Sed solabatur eum parens, q̃ in Italia esset sedem habiturus: quo ille parata classe uenit. Diony. ait Euandri classem ex Arcadia non publico consensu missam: sed dissedente populo inferiorem partem ultro excessisse: contigisse autem eo tempore esse regem Aboriginum, Faunum Martis pronepotem, qui cum multa charitate Arcades susceperit: deditq; agri portionẽ, quantam uoluerũt: Arcadesq; Carmenti diuina aperiente collem elegisse: uicũq; extruxisse: nomenq; imposuisse Pallantiũ a Metropoli eorum in Arcadia. Eustathius aliter sentit: Nam ubi Tyrrhenorum meminit: ita de his subdit: In Tyrrhenis sunt Pelasgi: qui pp pauptatẽ illuc aliq̃n uenerunt a Cyllene ex Arcadia Euandro quodam eorz duce. Regnante autem in Arcadia Agamede Stymphalio, hic (ut dicũt) fatidicę matris suasu populũ congregans in Italiam uenit: ibiq; quieuit. Pani tẽplum dedicans, collem muniit, Pallantiũq; nominauit a Pallante filio: quẽ extinctum in uertice ipsius collis sepelit. Vnde etiam nunc Latini regum digna loca Palatium uocant per detractionẽ duaz liquidaz. Et

Vaticiniũ Carmentis de factis Euandri

Trogus inquit Euandrũ Arcadiæ regem: a Pallante urbe descendentẽ in Italiã cũ mediocri turba populoz uenisse: Faunũq;, & agrũ, & mõtẽ benigne cõcessisse. Et qm̃ Pallãtiũ & Palatium attigimus: de eo quoq; differamus, quoniã alii aliter dicunt. Varro dictũ ostendit Palatium: quod Pallantes cũ Euandro uenerunt: q etiã Palatini & Aborigines ex agro Rheatino: qui appellat Palatiuz: ibi consederũt. Sed hoc alii a Palatia Latini putarunt. Eundem hunc locum a pecore dictũ putãt quidam: itaq; Neuius balantiũ appellat. Pompeius uero ita inqt: Palatiũ. i. mons Romæ appellatus est: qd ibi pecus pascẽs balare consueuit. Vel quod pallare. i. errare pecudes solerent: uel qd ibi Hyperborei filia Pallãto habitauerit: quę ex Hercule Latinũ peperit. Alii eundẽ, q̃ Pallas ibi sepultus sit existimant appellari. Nec p̃tereundus silentio Cyrillus auctor græcus: q sic inquit: Palatium nomen inuenit ex hoc in mõte Palatino, ubi Faustulus habitauerat Romuli nutritius: postea Cęsar Augustus habet domicilium: & inibi quoq; prætoriũ. Et propterea etiam: si alibi diuersat imperator: ei loco nomen Palatii habuit. Sed ad rẽ redeamus. ¶ Dixerat hęc: Carmentis. ¶ Instare motus nato: imminere filio Euandro tumultus & cõmotiones, seu seditionem: ut ex historia etiam habet. ¶ Et sibi: matri. ¶ Præterea & multa: alia. s. prædixit. ¶ Nacta fidẽ tẽpore: quæ sortita sunt effectũ: nã fuere postea uera. ¶ Nã iuuenis: Euander fugatus dissensione, & seditione ciuili. ¶ Cũ matre nimiũ uera: ut est illud in Heroid. Ah nimiũ miserę uates mihi uera fuisti. ¶ Deserit Arcadiã: patriaz, regionẽ. ¶ Et larẽ: domum propriam. ¶ Parrhasium: Arcadicũ. Nam (ut ostẽdimus) Parrhasia dicta est Arcadia.

Pallãtiũ & Palatiũ unde

ANT. FAN.

¶ Cui genitrix flẽti fortuna uiriliter inquit (Siste precor lachrymas) ista ferenda tibi est: propositio est in qua mater filium admonet dicens fortunam aduersam magno ac uirili esse animo tolerandam. ut: Quicquid erit superãda omnis fortuna ferẽda est. Sed illud Siste precor lachrymas per interpositionem legẽdum est. Confirmatur autem hæc propositio ratione: & deinde ut minuatur dolor Euandri, subiiciuntur exẽpla: & uulgatissima illa sententia: Omne solum forti patria est.

PAV. MAR.

¶ Cui genitrix: uerba hæc Carmentis, quibus mœrentẽ filium: quoniam patria pelleretur: artificiosissime consolatur. & q̃q̃ diximus dissidente populo pulsum: tamen ex nostris sunt, qui dicant ideo fugatum, q̃ patrem inscius interemisset. hoc interpres Virgilii testat Honoratus. Idẽ ostendere uelle poeta uidetur: nam & eo tendũt matris argumenta: non scelere eum deliquisse. Prima tamen argumentatio hæc est ad dolorẽ illius leniendum: Noli lachrymari. accedit ratio: qa forti animo debes aduersam sortem ferre. Accedit confirmatio: qm̃ uolebãt fata, quorum uoluntati reluctari nemo potest. Deinde est alia cõsolationis efficacior ratio: ideo mœrere non debes, quia non tuo scelere pulsus, sed uolũtate numinis tua imprudentia læsi. ¶ Cui: Euãdro. ¶ Flenti: cum fugeret. ¶ Genitrix: Carmentis mater inquit. ¶ Siste lachrymas: quasi noli lachrymari. ¶ Ista fortuna: quæ est nunc tibi aduersa: aut ista calamitas, quam tibi intulit fortuna. ¶ Est ferẽda tibi: toleranda a te. ¶ Viriliter: forti atq; constanti animo: ut uirum decet. Illud enim ad laudem spectat fortitudinis: æquo animo tolerare aduersa. ¶ Sic erat in fatis: ita ab initio fatali necessitate datum erat: ut effugere nullo modo posses. ¶ Nec tua culpa fugauit te: quasi tu sine crimine & culpa facti es pulsus: quia imprudẽter deliquisti, non ergo tuum crimen te pepulit.

¶ Sed

ANT. FAN. Cadm?

¶ Sed Deus:uel fatū.Iouis enim uerba fata sunt,uel qui cunq; Deus offensus parricidio.℣ Cadmus in Aonia constitit exul humo:Agenor rex Phœniciæ iussit Cadmo, ut quæreret sororē Europā,lege impia,ut nō reuerteretur: nisi ea inuenta:qua diu frustra quæsita,Cadmus exul in Bœotiam uenit:ubi Thebas ædificasse dicit.℣ Passus idē redundabit.℣ Abesse crimē:facti uoluntatē peccādi.℣ A tantis malis:quæ potius in fata,aut in Deos referātur, q̄ in merita hominū.℣ Vt sua mens est cuiq; cōscia:quasi ut unusquisq; est conscius sui ipsius, siue bonæ, siue alienæ uoluntatis,siue sceleris,siue officii.℣ Ita cōcipit intra Pectora:in aio suo.℣ Pro fato suo:pro eo qđ deliquit siue uolēs,siue īscius: &.℣ Spē: futurorum cōmodorum,&.℣ Metū:incōmodorū. Nā si alioquin pius & imprudentia peccauit potest bene sperare.Si aūt scelere:male sperandū ē.℣ Nec tū:ut ab exēplis quoq; moueat:non esse primū inquit : qui talia mala pertulerit:sed heroes multi , ut illud asserere uideat:quod est in Metamo. Neq;.n. fortuna querenda Ista tua est:similes aliorū respice casus Mitī? ista feres.℣ Nec tū mœreas:nō tu doles aut luges.℣ Vt primus passus talia: ueluti si primus esses,qui in talē incideris exilii calamitatē.℣ Ista procella:calamitosum exiliū.℣ Obruit:immergit.& est trāslatio a tempestate,qua fit naufragiū.℣ Ingētes uiros:quasi magnos heroas.℣ Passus: arguit nūc ab exēplo Cadmi Agenoris Phœniciæ regis filii:q̄ missus ad inquirēdā Europā ab Ioue raptā, durā a patre legē accepit : nisi inuēta illa in patriā ne rediret:ex quo exul in Bœotia sedem sibi delegit,Thebasq; cōdidit.℣ Cadmus est passus idem: qđ tu.s.hoc est exiliū .℣ Qui quondā pulsus:a patre.s.℣ Ab oris Tyriis:a Phœnicia,seu a Tyro clarissima Phœniciæ urbe.Vnde ꝓfecti sunt aliquādo coloni,& in Libyā,& in fretū usq; Atlāticū.℣ Cōstitit exul in humo Aonia:i Bœotia.Nā Aonia pars mōtana Bœotiæ.℣ Passus idē:nūc ab exēplo Tydei,& Iasonis:q̄ a patriis quoq; sedibus exularunt.Tydeū aliq̄ dicūt fratrē Menalyppū uenādo iprudēter occidisse,sed Diodo,cū scribit Polynicē ad Adrastū cōfugisse,ꝓsequit:Hoc tpe Tydeus Oenei cū in Calydone Alcatū,Lycotheūq; nepotes occidisset:ex Aetholia ꝓfugit in Argos.His Adrastus benigne susceptis, quodam rē sponso motus utriq; filias uxores dedit , Polynici Argiā, Deiphilē Tydeo.℣ Tydeus : Oenei regis Calidoniæ filius.℣ Passus idē:hoc est exiliū.℣ Et idē ē passus Iason Pagaseus: Thessalicus a Pagasis in Thessalia: &(Stra.teste) Pagasas dictas esse aiunt,q̄ in eo loco nauē Argo cōpegerit:uel pp uicinos fontes .i. pagas . Iason a Pelia in Colchos missus est.Victor reuersus post dedicatā nauem Argo Neptuno,Ad Creōtē Corinthiorū regē diuertit:secūq; uitæ reliquū tps egit Corinthi:ut testis est Diodorus : & hoc est qđ in libris de Pōto inquit:Exul ab Hæmonia Pirenida cessit ad undam:Quo duce trabs Colcha sacra cu currit aqua.℣ Præterea & quos:etiā & alii passi sunt idē.℣ Quos referre longa est mora: quasi nimiū immorarer ad referendū.℣ Omne solū:loquit ex sententia: uiro forti ubiq; esse patriā:iuxta illud:Omnibus est inquam cōmunis patria tellus : Vt uacuum uolucri:piscibus utq; mare est.℣ Omne solum: omnis tellus.℣ Est patria forti uiro: qui fortitudinis laude excellat . Quid enim est totus orbis:nisi unius urbis instar:quæ in plures uicos & regiones diuisa sit:quocunq; ieris in eadem est urbe:sic in eadem patria . Nec aliud est in aliam regionem demigrare:nisi domum ipsam commutare.℣ Vt æquor:mare est patria.℣ Piscibus:quia omnibus aqua communis.

Tyde? Homicidii reorū pœna

Tydeus: mos fuit apud antiquos : ut reus homicidii exularet, ut : Exilium dira pœnā pro cæde luebat . In regum tū legibus(auctore Seruio)lectū est noxios homicidii arietis damno pœnaq; luere. Cæterū Tydeus Oenei filius pollutus sāgui ne Melanyppi fratris sui: quē in uenatione incautus occiderat,in exiliū abiit : & cōtulit se ad Adrastū regē Argiuorū : eū nōnulli dicūt auunculū occidisse, alii aliter. Sed cōstare uidet interē ptū ab eo fuisse germanuꝫ. ut:Pollutus placuit fraterno sanguine Tydeus . Sane hic Tydei frater Melanyppus,nō Menalyppus dicēdus est, cū uocet a Græcis λυκοθευσ.℣ Et idē Pagaseus Iason:afferunt exēpla ingentiū uirorū,qbus cōtingit exulasse:qđ & talis est quē mater consolat:& nemo sordidus,atq; ignobilis, uel insignis infamia (ut apud Plū.legimus)exilii pœnā subire ꝓsueuit.Sane Iason post interfectū Peliā dolis Medeę Corinthū abiit:ubi Creusam Creōtis regis filiā duxit uxorē.Quare a Statio iure leuis dictus est ob ai uidelicet mobilitatē . Nullā.n. firmo amore possedit uxorē : q̄ ipsam quoq; Hypsipylē pietate insignē deferere nō erubuit.Sciēdū Iasonē dici Pagasēū:hoc est Thessalū:qa Aesonis filius fuit frīs Peliæ regis Thessaliæ.Legimus aūt Pagasas emporiū fuisse uicinū Iolco : quo ex loco Pelias Iasonē ad nauē Argo forās emisit:unde Pagasas dictas uolūt,ꝙ is ibi nauē Argo cōpegerit.Alii pp uicinos fontes ipsi loco nomē impositum putāt:παγη.n.fontē significat.uñ Pagus & Paganus deducunt.Philostephanus auctor est lōga naue Iasonē primū nauigasse:ut Pli.refert.℣ Oē solū forti patria ē:ut subitis bonis gaudēdū nō est:ita nec malis desperandū: sed medius tenor sequēdus ē.Itaq; uir fortis exilio nō tristat: quippe,qui totū orbē unā urbē esse cēset, nec Romanū se,aut Atheniēsem,sed mūdanū existimat.Vñ Socrates interrogatus(ut inqt Cicero)cuiatē se esse diceret: mūdanū inquit. Totius enim mundi se incolam, & ciuem arbitrabatur.& Diogenes(teste Laertio)cum quidam percontatus esset,unde esset:mundanus ait.

Mela. nyppus Iason exula. uit

Pagaseus Iason Pagasæ

Pagus Pagan?

Socrates mundanū se esse dixit

PAV. MAR. Fatum Hemarmenē dictam

¶ Sed Deus:ipsa Dei uoluntas:qđ etiam ad fatum potes referre.Nā dicūt fatū qđ Dii fantur:& Deorū uoluntatē. Ci.tū sic diffinit:Fatū id appello,qđ Græci Hemarmenē dicūt:hoc ē ordinē,seriēq; causarū : cū cā cām ex se gignat: ea est ex oī æternitate ueritas fluēs sempiterna.℣ Pulsus es urbe:Pallātio patria.℣ Deo offenso: quē nō culpa,sed iprudētia offēdit:aut offenso irato domui & tibi.℣ Nec meriti:alia argumentatio,qua ostēdit illa leuiora,quæ si ne culpa eius inferunt:ratio,qa magnū est nō delinquere scelere.Cōfirmatio quasi ex prouerbio sumpta: nā Quic quid agunt hoīes intentio iudicat oēs.Deinde exornatio ab exēplis:quæ etiā uehemētia sunt ad suadendū .℣ Nec pateris pœnam meriti:quasi nō plecteris exilio tuo delicto,qđ mœreris.℣ Sed irā numinis : pateris qđ habes iratū numē.℣ Est aliqd:quasi nō parū est,immo ad utilitatē

Sed Deus:offenso pulsus es urbe Deo.
Nec meriti pœnam pateris:sed numinis iram.
Est aliquid magnis crimen abesse malis.
Conscia mens,ut cuiq; sua est:ita concipit intra
Pectora,pro facto spemq;,metumq; suo.
Nec tamen ut primus,mœres mala talia passus.
Obruit ingentes ista procella uiros.
Passus idem est , Tyriis qui quōdam pulsus ab oris
Cadmus,in Aonia constitit exul humo.
Passus idem Tydeus:& idem Pagaseus Iason:
Et quos præterea longa referre mora est.
Omne solum forti patria est:ut piscibus æquor:

Inter spē & metū

De Tydeo fugato ex Calydone

Pagaseus

ANT. FAN. ¶Thuſcis obuius ibat aquis: Tyberinis, quia Tyberis e Thuſcia labit. ℣ Fluminis illa latus, cui ſunt uada iuncta Terenti Aſpicit: dextrũ latus fluminis dicit aduerſus uim Tyberis nauiganti. Si.n. Carmentis ſcdo flumine uehere tur: ad ſiniſtrã ripã Terentũ haberet: q locus eſt in cãpo Martio: ſic dictus, q̃ ara Ditis patris, & Proſerpinæ ibi terra conderet. Antiqui.n. (ut ait Feſtus) Diis ſuperis in ædificiis a terra exaltatis ſacra faciebãt: Diis terreſtribus in terra: Diis uero inferis in effoſſa terra. Detecta eſt aũt ara Terẽti quo tpe Valeſius duobus filiis, & filiæ ad deſperationem uſq̃ medicor̃ laborãtibus ſalutẽ quærẽs (auctore Valerio Maximo, ubi de ſæcularib̃ ludor̃ initio loquit) aram emptus reliqt nonnullos in cãpo Martio (ubi Terentũ fuiſſe diximus) ut conſtituendor̃ fundamẽtor̃ gr̃a terrã ad ſolidũ foderẽt: qui egeſta humo ad .xx. pedũ altitudinẽ: aĩ aduc terũt arã Diti pr̃i & Proſerpinæ iſcriptã: quam poſtea Va. Publicola cæſis atris bobus, lectiſternioq̃, ac ludis trinoctio factis terra (ut añ fuerat) obruit i eo loco: deinde (ut q̃budã placet) ſacra trigeſimo quoq̃ ãno inouari cõſueuerunt. unde illud eſt Mar. Bis mea Romano ſpectata eſt uita Terẽto. legit & Tarẽti. ℣ Pinea texta: nauis tabulatũ: q̃uis e pinu ipſæ quoq̃ naues utiliſſimæ fiãt. Vir. Dãt utile lignum Nauigiis pinos. Eſt.n. hęc arbor (teſte Pli.) aduerſus cariẽ, tineaſq̃ firmiſſima. ℣ Nouos cę lo terra datura Deos: Romulum, Iuliũ Cæſarẽ, Auguſtũ.

PAV. MAR ¶Vt uolucri: ut auibus patria eſt. ℣ Quicquid patet in orbe uacuo: hoc eſt in aere. uacuum.n. aera poetæ dicũt. Quod nõ ꝓbat Ariſto. cũ arguat nõ eſſe dare uacuum in rer̃ natura. ℣ Nec fera: a ſimili arguẽs illud cõnectit, affutura quoq̃ illi tẽpora lætiora. Similitudo a tpe ſumit nõ toto anno durare hyemẽ: ſic nec ſemp illũ i calamitate futur̃. ℣ Nec tñ fera tẽpeſtas: aſpera hyems. ℣ Erat in toto anno: q̃ per totũ annũ nõ durat: ſed uerna, æſtiuaq̃ ſerenitas redit. ℣ Crede mihi: matri tuæ uera prædicenti. ℣ Erunt & tibi tpa ueris: erunt lætiora, felicioraq̃ tẽpora. ℣ Vocibus Euãder: iã firmatus εὐφοφητῳ quæ matri obediens claſſe in Italiã ueniens in colle poſtmodũ ab le munito requieuit. ℣ Euander firmata mẽte: iã aĩo roborato & cõfirmato. ℣ Vocib⁹ parẽtis: ſuaſione & oraculo fatidicæ matris. ℣ Secat fluctus naue: nauigat Ioniũ, & Tyrrhenũ æquor: &. ℣ Tenet Italiã: nã poſt longam nauigationẽ appulit Italiæ. ℣ Iãq̃ ratẽ: iã Arcades Italiæ appulerãt: & fatidica nympha monente: ingreſſi ſunt hoſtia Tyberina. Cũq̃ aduerſo amne nauigarẽt, attollẽtibus iã ſe a dextra collibus: correpta eſt illa diuino furore & firmato curſu: uix cõtineri potuit quin in ripã deſiliret. Pr̃ ſertim cũ deſerta tũc illa loca prænoſceret q̃ta eſſent futura. Salutat ergo, & de illis oraculũ aperit. ℣ Iamq̃ egerat: Euander impulerat. ℣ Ratẽ: nauim. Ver̃ (ut Pompe. inquit) rates uocãt ligna colligata, quæ p aquã ãguntur: quo uocabulo interdũ etiã naues ſignificant. ℣ In amnẽ: in fluuiũ Tyberinũ. ℣ Monitu doctę Carmẽtis: quaſi ita fatidica mr̃e monẽte. ℣ Et ibat obuius: aduerſus. ℣ Thuſcis aquis: aq̃s Tyberinis: nauigabat aduerſum fluuiũ, q̃ ex Hetruria labit. ℣ Illa: Carmẽtis aſpicit. ℣ Latus fluminis: dextrã Tyberis ripã. ℣ Cui: lateri, ſeu ripæ ſunt. ℣ Iũcta: pxima. ℣ Vada Terẽti: uadoſa loca, p quæ Terẽtũ uadebat. Terẽtũ aliq̃ ẽ putãt iter Palatiũ, & Auẽtinũ: locũ i quẽ Carmẽtis deſiliit. Põ. tñ Terẽtũ inq̃t loc⁹ ẽ i cãpo Martio: dictus, qđ i eo loco ara Ditis pr̃is i terra occultaret. Nota ẽ hiſtoria: quã Vale. Maximus refert: Valeſii ruſtici habitantis uicũ Sabinę regionis: eo in loco aram Diti, Proſerpinęq̃ inſcriptã repiſſe: ibidẽq̃ ob liberatos filios immolaſſe nigras hoſtias: triduo inſup ludos & lectiſternia feciſſe. Exẽplũ Publicola ſecutus: boues mares atros Diti, fœminas Proſerpinæ i molauit, lectiſternia, & trinoctes ludos fecit. Inde inſtitutos tauros ludos putãt in honorẽ Deor̃ iferorũ. Põpe. autẽ refert ad tpa Tarquinii ſupbi: cũ magna i. cidiſſet peſtilẽtia i mulieres grauidas: quæ fuerat facta ex carne diu uẽdita taurorum: ob hoc Diis inferis inſtituti, & tauri uocati ſunt. ℣ Et aſpicit: uidet ipſa Carmẽtis. ℣ Caſas ſparſas: aliqua paſtor̃ tuguria, uelut hinc inde diſpſa. ℣ Per loca ſola: colonis carẽtia. ℣ Et ut erat: quẽadmodũ. ℣ Immiſſis capillis: paſſis & pẽdẽtibus lõge crinibus. Immiſſum.n. p dimiſſum, i. lõgius pendẽs. Vnde Siſenna barba imiſſa, & intõſo capillo. ℣ Stetit ante puppim: quo ex loco triremes egreſſuri in terram deſiliunt. ℣ Et torua: ferox, & furẽs: q̃a diuino ſpũ repleta. ℣ Cõtinuit manũ regẽtis iter: illius qui temonẽ gubernabat tenuit manũ: ne ulterius progrederet: ſed in ripam deflecteret & curſum ſiſteret. ℣ Et tendẽs ſua brachia: extendẽs procul. ℣ In dextram ripaz; Tybridis, ſub ipſis collibus. ℣ Ferit pinea texta: ipſa nauis tabulata. ℣ Non ſano pede: ſed furẽte, ut repletæ ſpiritu ſolẽt. ℣ Neue ꝓperãs inſiſtere ripæ: properans egredi, & ſiſtere in ripa Tybridis. ℣ Daret ſaltũ: ne deſiliret. ℣ Vix & uix: cum difficultate. ℣ Eſt retenta manu Euãdri: uix potuit eã retinere filius Euander, quin deſiliret. ℣ Diiq̃ petitor̃: oratio Carmentis ad Latinos colles. Quos ſimul & locor̃ numina ſalutat: & ut bono omine uiſi ſint optat: aperitq̃ oraculo ſecreta fata. Extruẽda illis in collibus mœnia habitura totius orbis monarchiam, Troianoſq̃ iã affuturos, & fœminã noua bella cõcitaturam, piturũq̃ neporẽ Pallanta: ſed nõ omnino multũ. Quinetiã per Aeneam aduehẽda Troiana ſacra, & ea in poſter̃ in tẽplo Veſtæ ſeruanda, gubernandaq̃ p Cæſarẽ oia: & auguſtæ domui imperiũ orbis deberi. ℣ Dixit: ſaluete o Dii locor̃ petitor̃: numina hor̃ locorum, quo nos ex Arcadia uenimus. ℣ Et tu o terra: ſalue etiam tu tellus. ℣ Datura: quæ dabis. ℣ Nouos Deos cælo: quos non ipſa accipies, ut cæteros: ſed tu dabis: &

Vt uolucri uacuo quicquid in orbe patet.
Nec fera tempeſtas toto tamen errat in anno:
Et tibi (crede mihi) tempora ueris erunt.
Vocibus Euander firmata mente parentis
Naue ſecat fluctus: Italiamq; tenet.
Iamq; ratem doctæ monitu Carmentis in amnem
Egerat: & Thuſcis obuius ibat aquis.
Fluminis illa latus, cui ſunt uada iuncta Terenti,
Aſpicit, & ſparſas per loca ſola caſas.
Vtq; erat, immiſſis puppim ſtetit ante capillis:
Continuitq; manum torua regentis iter.
Et procul in dextram tendens ſua brachia ripam,
Pinea non ſano ter pede texta ferit.
Neue daret ſaltum properans inſiſtere ripæ,
Vix eſt Euandri, uixq; retenta manu.
Diiq; petitorum (dixit) ſaluete locorum:
Tuq; nouos cælo terra datura Deos:
Fluminaq;, & fontes, quibus utitur hoſpita tellus:
Et nemorum Diuæ, Naiadumq; chori.
Eſte bonis auibus uiſi natoq;, mihiq;:
Ripaq; felici tacta ſit iſta pede.

De Valerio Publicola

De pinu Pinus

Fatidicæ Carmentis reſponſum de futuris rebus

Taurilia ſacra ob peſtilentiam inſtituta

Inuocatio ad Deos Romanorum in uaticinio Carmentis

tu dabis:& hoc ob Romulum,& Cæsarem:qui in Deos relati sunt.& Valerius:Reliquos iquit Deos accepimus, Cæsares dedimus,&.¶ Flumina:saluete,&.¶ Fõtes:etiã saluete.¶ Quibus:fluminibus & fontibus .¶ Vtitur telus hospita:q nos alienigenas hospitio suscipiet,& saluete.¶ Diuæ nemoꝝ: Dryades:& Amadryades. Dryades Deæ nemoꝝ ab υσ, quod est quercus:& υοσ locus arbustus. Amadryades: quæ cũ arboribus nascuntur & moriunt,& saluete.¶ Chori Naiadũ:cœtus nymphariũ quæ fluminibus & fontibus præsidis.¶ Este uisi: uos loca, & locoꝝ Dii este uisi,&.¶ Nato: Euandro, &.¶ Mihi:matri .¶ Bonis auibus:bono Augurio: & fausto, felicique omine, &.¶ Hęcripa: Tyberia.¶ Sit tacta felici pede:feliciter attingamus ripam hanc.

ANT. FAN.

¶Fallor:an hi fient ingẽtia mœnia colles:? fiet urbs cui omnia mundi miracula cessura sũt .¶ Hic quoq; cã noui fœmina Martis erit: ut alibi fuit Helena, ita hic Lauinia erit cã belloꝝ. Virg. Causa mali tanti coniuxite rum hospita Teucris.¶ Funesta quid induis arma:quia Pallas Euandri filius interficietur a Turno.ut:Pallantis pueri uictum quẽ uulnere Turnus Strauerat.¶ Indue nõ humili uindice cæsus eris:præuisa morte Pallãtis sua det ne arma induat.cognita uero uindicta subiungit Indue.¶ Obruet hostiles ista ruina domos:Romani a ruina Troiana per Aeneã deducti Greꝝ domos obruẽt. Nã L.Mumius,cui uictoria Achaici cognomẽ dedit: omni Achaia in ditionẽ accepta Corinthũ Achaiæ caput,& Græciæ decus:ubi Romanoꝝ legati uiolati fuerant ex senatusconsulto diruit. Vir. Veniet lustris labentibus ætas Cũ domus Assaraci Phthiam: claraq; Micenas Seruitio premet: & uictis dominabitur Argis . Sed & alii quoq; Græcos domuerunt:ut Q .Cecilius Metellus:cui L.Mumius uictoriam itercepit:& multis annis antea Curius, & Fabritius a qbus Pyrrhus superatus est.Quare Virgi.(teste A.Gel.)reprehẽsus est diuersas personas & tempora cõfundẽs:ubi ait: Eruet ille Argos, Agamẽnoniasq; Mycenas:Ipsumq; Aeaciden genus armipotentis Achilli Vltus auos Troiæ,tẽpla & temerata Mineruæ . Vnde si medius uersus eximat,nihil est qp reprehendi queat.

L.Mumius Achaicus Corinthũ diruit

PAV. MAR.

¶Fallor? nunc incipit uaticinari igentẽ in ipsis collibus urbẽ extruẽdã:totiq; orbi dominaturã:eidẽq; leges, & iura daturã.¶ Fallor?decipior ne:an uer est qd mẽte concipio.¶ An hi colles fient ingẽtia mœnia:an in his collibus magna urbs surget ? &.n.septẽ colles complexa est urbs ipsa,Palatinũ,Capitolinũ,Auentinũ,Cæliũ,Exquilinũ,Viminalẽ,Quirinalẽ,&.¶ Cætera terra:uniuersus orbis.¶ Petet iura ab hac terra:hæc.n.tellus iura dabit gẽtibus uniuersis.¶ Totus orbis olim:in futurum.¶ Promittit:a Diis,& fatoꝝ decretis.¶ His mõtibus: ubi cõdetur urbs.¶ Quis credat locũ:hũc.s.nũc incultũ,& solum.¶ Habere tantũ fati:ut tantũ sibi ꝓmittãt, quo sit domi naturus uniuersæ terræ.¶ Et iã:iã aderunt Troianæ naues:& hic quoq;,quẽadmodũ ad Troiã ꝓ fœmina bella gerent:& Virg.Cã mali tãti cõiux iteꝝ hospita Teucris: Externiq; iteꝝ thalami.¶ Et iã Dardaniæ pinus: Troianæ naues ex pinu fabricatę.¶ Tãgẽt hæc littora:ueniẽt. in hãc oram Italicam.Et iã dixit:quasi nõ multo post: at (ut Diony.inqt).lx.annis ante res Troianas in Italiam Euãder uenit.¶ Hic quoq;:hic ẽt i Latio uenit ad Troiã.¶ Fœmia: Lauinia Latini filia.¶ Erit cã noui Martis:noui belli iter Turnũ,& Aeneam: de quo iferius dicemus. De Lauinia fatum

¶ Chare ne.uaticiat nũc de nepote:hoc ẽ de Pallãte Euãdri filio eo bello pituro:sz ñ sine ultiõe:nã & iterẽpto rẽ Aeneas iterficiet: & poeta q uaticiniũ refert: p hæc alludit ad Virgilianã Aenei dẽ:ubi latius bellũ illud explicat.Diony.tñ id nõ asserere us:cũ referat Polybiũ Megapolytanũ oñdẽ adulescẽtẽ Pallãtẽ ibi mortuũ: & nomẽ dedisse loco.Fuisse uero Pallãtẽ ex Hercule, & Dyna Euãdri filia natũ: & subdit Diony.Ego tñ neq; sepulchrũ Romæ Pallãtis ullũ uidi,neq; Parẽtalia, neq; aliud ex ꝓsuetis sacris cognoscere quicq; potui:uelut Euãdro , & aliis heroibus,& Carmenti aras ere-

Pallãtiũ a Pallante dictũ

ctas,& reliqua.Eustathius tñ ostẽdit Pallãtẽ Euãdri filiũ fuisse:& i eo colle sepultũ : & Pallãtiũ ab eo denoiatũ,o.¶ Palla chare nepos:qa filii filius.¶ Quid induis arma funesta:mortẽ & funus afferẽtia:q̃si qd ibis in militiã ,i qua hostili manu moriere.¶ Indue:ut exhortet,cũ dehortari uisa sit,id ne exterreat,qd casurus ea militia sit. Nã pusillanimis eẽt mortẽ subterfugere.¶ Ergo indue:etiã cũ sis sub ipsis morituras.¶ Non eris cæsus: interemptus.¶ Humili:obscuro,aut ignobili.¶ Vindice:ultore:sed nobili, & magnanimo,& illustri. Tu.n.interimet Turnus rex Rutuloꝝ: & Aeneas de eo uindictã & supplicii sumet.Vindictã dictã uolũt a Vindicio:qui cõiuratiorẽ detexit illoꝝ iuuenũ,q erãt Tarquios recepturi: ut testis ẽ Liuius.ii.ab urbe cõdita.¶ Victa tñ:uaticinabat illa ante bellũ Troianũ:& mẽte contẽplabat iã uictã , & euersam Troiã.ꝑdicit ergo eã & uicturã,& resurrecturã,atq; hostes domiturã: tu.¶ Troia uicta : a Græcis.s.¶ Vinces: ipsos hostes,&.¶ Euersa:quã Greci diruũt.¶ Resurges: sed i Italia:& hoc pp urbẽ Romã ab Aeneæ pnepotibus ædificãdã.¶ Ista ruina:imo illud exiguũ , qp tuis supererit ruinis .¶ Obruet : euertet.¶ Hostiles domos: urbes græcas.Nã ois Græcia succubuit Romãis,& Corinthũ, totius Græciæ lumẽ funditus euerterũt. ẽt & qd Virgi. inqt:Cũ domus Assaraci Phthiã,claraq; Mycenas Seruitio ꝑmet:ac uictis dñabit Argis.Sed Oui.locũ hũc a Propertio accepit,dicẽte:Dicã Roma cades,& Troica Roma resurges.Ver Ouidius de Troia locutus,Prop.autẽ de urbe Roma,cuius iperium.ccc.postea annis defluere cœpit:sed oino resurrectura est:licet ẽt nũc impet aliqua ex parte:sed erat longius impatura, & priscæ maiestatis formã resumptura ante tẽpora pnepotum.¶ Vrite:per quãdã ironiæ speciẽ in Græcos inquit:Redigite Troiã in cineres:at hic cinis & uos Subiget: & toti dominabit orbi.¶ Flãmæ uictrices:flãmæ uictricis Greciæ.¶ Vrite Neptunia mœnia : ipsa Troiana pergama , a Neptuno: Phœboq; cõstructa .¶ Hic:cinis Troianæ urbis, quã in cinerẽ redigitis.¶ Nũc minor:qa uobis inferior .¶ Est altior:sublimior.¶ Toto orbe:quia tanti est : ut toti orbi sit imperaturus.¶ Iã pius Aeneas : feret Troiana sacra in Latium,& Deos penates:qui in tẽplo Vestæ seruabũ-

Vaticinũ Carmẽtis de Roma

tur. ¶ Iam Aeneas pius afferet sacra: Troiana, & quæ fuerunt: illa quidem quæ ab Hectore fuerant cõmenda ta: Sacra, suosq; tibi cõmẽdat Troia penates, &. ¶ Afferet patrẽ: per appositionem. ¶ Altera sacra: altera a prioribus. nã illa Deoꝝ imortaliũ. hoc uero hoĩs: sed quem ipse in Deos retulit: nam pro Deo coli uoluit. At hoc in loco cũ afferet patrẽ dicat, itelligamus de Troia i Siciliã: ubi extinctum sepeliit: nõ desunt, q dicãt (eũ quoq; ueniſſe in Latium, o.

ANT. FAN. Sacra ue stalia

¶ Iliacos accipe Vesta focos: sacra Vestalia, de qbus suo loco dicemus, Aeneas e Phrygia in Italiã transtulit. ut: Sic ait, & manibus uittas, Vestamq; potẽtem: Aeternumq; adytis effert penetralibus ignẽ. Ea primus in urbem dicitur Numa Pompilius intuliſſe. ¶ Tẽpus erit cum uos, orbẽq; tuebit idẽ: Iuliũ Cęsarẽ dicit, qui primus orbis imperiũ tenuit, fuitq; pontifex maximus. Eõ Naso alibi Vestæ sacerdotẽ uocat. ut: In me acui sceleratos cernitis enses: Quos ꝓhibete precor, facinusq; repellite, neue Cæde sacerdotis flãmas extinguite Vestę. Erat Põtifex maximus, auctore Plu. i Numa: sacraꝝ uirginũ custos: quas Vestales appellãt: cui constat oĩa sacra & publica & priuata fuiſſe subiecta: cuiusq; iussu Vestales uirgines, si forte eaꝝ negligẽtia æternus ignis extinctus esset: flagro cædebant. Hæ quãti ab eodẽ Cæsare fierent, illud ostẽdit, q paulo ante mortẽ testamẽtũ idibus Septẽbris a se cõditũ Vestali uirgini demãdauit: quẽ postea imitatus Augustus testamẽtũ suũ apud sex uirgines Vestales depoſuit: teste Sueto. ¶ Et fiẽt ipso sacra colẽte Deo: Deũ Cæsarẽ uocat, q postea in Deoꝝ numerũ relatus est: & sic dictũ ut illud: Fortunate senex ergo tua rura manebũt: quis scimus uaticinanti oĩa esse præsentia. Luca. Venit ætas ois in unã Cõgeriẽ, miserũq; premunt tot sæcula pectus. ¶ Cũ penes Augustos pr̃iæ tutela manebit: repetẽdũ est Tẽpus erit. ¶ Nepos, natusq; Dei: Augustus accipiẽdus est, q iure adoptionis fuit Diui Cæsaris filius, iure aũt cõsanguinitatis nepos: ex Accia. n. sorore Cæsaris natus est, licet eã nõnulli neptẽ Cæsaris fuiſſe tradiderint. ¶ Licet ipse recuſet: cõstat (ut scribit Sueto.) Augustũ bis de reddẽda rep. cogitaſſe: primo post oppressum Antoniũ, ac rursus tędio lõgę ualetudinis. sed Virgilii sniam secutus (ut auctor est Ser.) tenuit principatũ cũ Agrippa utile fore tyrãnidẽ relinquere lõga oĩone contendiſſe: qd Mecœnas dehortari magnopere conabat. Idẽ & dictaturã magna ui offerẽte populo genu nixus, deiecta ab humeris toga, nudo pectore deprecatus est: cũq; eo ludos spectãte a minimo ꝓnunciatũ eẽt: O dñm æquũ, & bonũ: non est passus deinde uel ioco uel serio se dñm appellari. ¶ Põdera cælesti mẽte paterna feret: cælesti mẽte inqt, qa uiuẽte Augusto diuini honores exhibiti sunt. ut: Præsenti tibi maturos largimur honores. Hoc ergo dicit: Diuus Augustus pr̃ni iperii põdera diuino cõ filio sustinebit. Audio quosdã ad Tiberiũ referre, q̃ hoc in loco de Augusto dicta sunt, cũ semel sibi persuaserint Ouidiũ hoc opus inscripſiſſe Tiberio, qd falsum eẽ ostẽsuri sumus: atq; ut id planũ facimus ita Octauianum Augustũ nõ Tiberiũ eẽ dicimus: quẽ auctor hic appellat nepotẽ, natumq; Dei. tũ aliis rationibus, quas libet omittere, tũ qd Liuiã Drusillam uxorẽ Augusti ac Tiberii matrẽ, quã Oui. post Augustũ laudat Carmẽtis uaticinio cõstat a marito dilectam fuiſſe, probatãq; unice ac perseueranter ut Sueto. scribit. Cõtra uero Tiberio cui auctor hoc ope placere studet (si quorundã opinioni credimus) ita fuiſſe inuisam, ut indigne tulerit actũ esse in senatu, ut titulis suis quasi Augusti, ita & Liuiæ filius adiiceret: & ut cætera ꝓtereant, qbus nobis idẽ Sue. astipulat: ægrę adesse nõ curauerit, & funeratam ꝓhibuerit consecrari.

Iulius Cæsar Põtifex Maxius

Octauianus natꝰ ex Accia sorore Cai Cæsaris

Liuia Drusilla mr̃ Tiberii

Afferet: Iliacos accipe Vesta Deos.
Tempus erit, cum uos, orbemq; tuebitur idem:
Et fient ipso sacra colente Deo.
Et penes Augustos patriæ tutela manebit.
Hanc fas imperii frena tenere domum.
Inde nepos, natusq; Dei (licet ipse recuset)
Pondera cælesti mente paterna feret.
Vtq; ego perpetuis olim sacrabor in aris:

¶ Vesta accipe Deos Iliacos: Deos Troianos. de tẽplo Vestæ intelligit: qd postea Numa cõdidit: ubi seruata sũt sacra Troiana, & Palladiũ & Dii penates. Nã cũ his idẽ Aeneas Vestã, & eius mysteria tulit i Italiã. Vnde subdit ad illa Hectoris uerba: Sic ait, & manibus uittas, Vestãq; potẽtẽ: Aeternũq; adytis effert penetralibus ignẽ. Romę aũt postea ea seruata sunt cũ Deoꝝ penatiũ simulachris: de qbus Diis apud Theodosiũ disserit. Nigidius aũt de Diis lib. xix. requirit: Nũ Dii penates sint Troianoꝝ Apollo, & Neptunus: qui muros eis feciſſe dicunt: & num eos in Italiã Aeneas aduexerit. Labeo de Diis penatibus eadẽ existimat: hãc opinionẽ secutus Maro dicitur eo in loco: Sic fatus meritos aris mactauit honores: Taurũ Neptuno, tauꝝ tibi pulcher Apollo. Varro humanaꝝ sedo Dardanũ refert Deos penates e Samothrace i Phrygiam, & Aeneã ex Phrygia i Italiã detuliſſe: ſꝫ q eo i libro nõ exprimit. Sed q diligẽtius eruunt ueritatẽ: penates eẽ dixerũt, p quos penitus spiramus, p quos hẽmus corpus, p quos rõnẽ animi possidemus: & alii aliter disserũt. De his aũt, qui seruant in tẽplo Vestæ: ita Diony. inquit: Hos Deos Romani penates uocãt. Qui uero ipsum nomen in linguam græcã cõuertũt: alii patrios, alii Genetlios, sunt & qui Othesios, alii Michios, alii Herceos appellant. Deos ipsos qui sint postea refert. Adulescẽtes duo sedẽtes, pila tenentes: Iuuenes militari aspectu apparere quod ipse uiderit. De Palladio, & Vesta inferius suo loco dicemus. ¶ Tẽpus: hoc ad C. Cæsarẽ refert: qui & Pontifex Max. & sacerdos Vestæ curã erit illoꝝ habiturus, & orbi imperaturus, & referẽdus in Deos. ¶ Erit tẽpus cũ idẽ: Cæsar. ¶ Tuebit: sustentabit, & curã geret: &. ¶ Vos: Deos Iliacos, & Vestæ sacra: qa nõ ꝓ aliũ, quã p pontificẽ & uirgines administrabant. ¶ Et tuebit idẽ orbẽ: qa erit orbis rector. ¶ Et fiẽt sacra: Vestę & Diis penatibꝰ. ¶ Ipso Deo colẽte: ipso põtifice administrãte: q i Deos fereret: & de hoc etiã inferius hoc dictũ ꝓ Octauio Augusto, q impio succedat: & digna est domus Augusta quæ orbẽ regat. ¶ Et tutela patriæ: cura Romanæ urbis, & Romani imperii. ¶ Erit penes Augustos: erit penes Octauiũ Augustũ, & eius domũ: sed cur Augustus suo loco dicemus. Penes hic plus significat q̃ apud: ut supius diximus. ¶ Fas est: quasi dignum & conueniens est. ¶ Hanc domũ: Augustam scilicet. ¶ Tenere frena imperii: per translationem ab equis, quasi gubernare imperium Romanum. ¶ Inde nepos: hæc pro Tiberio, & Germanico dicta: filio & nepote Augusti ex adoptione: qui erunt imperio succesſuri. ¶ Inde: postea. ¶ Nepos: Germanicus. ¶ Et natus: Tiberius filius. ¶ Dei: Augusti, quoniam & illi diuini honores persoluti sunt. ¶ Feret põdera paterna: reget iperiũ patris. ¶ Cælesti mẽte: diuina quadã prudẽtia. ¶ Licet ipse recuset: q̃is ipse Tiberius recusaturus sit iperii molẽ: ut supius quoq; diximus: & si poeta scripsit hos Fastoꝝ libros uiuẽte Augusto: nõ tamen edidit. nã emendauit prius: & multa addidit: &. n. hic locus aperte indicat

PAV. MAR.

De fatis Troianoꝝ

De Diis penatibꝰ Troianoꝝ

De Tiberio & Germanico

De libris Fastorum

te indicat Tiberiana tpa: q̃q̃ uaticiniũ refert. Tiberius. n. fuit, q diu recusauit imperiũ: & qđ supius adduximus in lib. de Ponto inquit itidẽ de Tiberio: Qui frena rogatus Sæpe recusati ceperit imperii: & Suet. Diu recusare testat impudentissimo animo adhortantes nunc amicos increpantem: ut ignaros quanta bellua esset imperium: nunc precantem senatũ & procumbentem sibi ad genua: ambiguis responsis suspendentem: & tandẽ (ut idem asserit) quasi coactus, & q̃rẽs milerã, & onerosam inijgi sibi seruitutẽ recepit imperiũ &c. ℣ Vt q̃ ego: ultimo loco uaticinat de se ipsa: & Iulia Augusta hoc pacto: ut mihi erunt aræ dedicatæ, ita Iulia Augusta referetur in Deas. Carmenti enim (ut Diony. meminit) ara fuit erecta sub Capitolio iuxta portã Carmẽtalẽ. De Iulia Augusta non legimus aliq̃d sacri. Immo Iulias filiã, & neptẽ oĩbus ꝓbris cõtaminatas relegauit Augustus. Nisi forte poeta alludat ad formã: aut, ut q̃ lõge ab Italia summotus fuerat: dissimulat res urbanas. aliq̃ le gũt Liuia Augusta qđ magis ꝓbauerim. Nãq̃ illã in primis princeps Augustus amauit. Cessere huic uni cætera coniugia: aut de Liuia Germanici filia, tunc admodum parua intelligas. ℣ Et ut ego olim: in futuꝝ. ℣ Sacrabor in aris perpetuis: ut referar ego in Deas: & erunt mihi a pontificibus aræ consecratæ.

Vaticinium de sacris ipsi carmenti futuris

Sic Augusta nouum Liuia numen erit.
Talibus ut dictis nostros descendit in annos:
Substitit in medio præscia lingua sono.
Puppibus egressus latia stetit exul in herba:
Felix, exilium cui locus ille fuit.
Nec mora longa fuit: stabant noua tecta: nec alter
Montibus Ausoniis Arcade maior erat.
Ecce boues illuc Erythræidas applicat heros
Emensus longi clauiger orbis iter.

ANT. FAN.

℄ Sic Augusta nouũ Liuia numẽ erit: Octauianus cũ fecisset diuortiũ cũ Scribonia Liuia, Drusillã matrimonio Neronis ꝓgnãtẽ uxorẽ duxit, dilexitq̃ (ut diximus) ita ut i testamẽto iusserit eã ferre nomẽ Augustæ: defeceritq̃ i oculis eius & in hac uoce: Liuia nostri coniugii memor uiue ac uale. Hæc est de qua Oui. cũ exularet scribẽs ad Augustũ ait: Liuia sic tecũ sociales cõpleat annos: Q uæ nisi te nullo cõiuge digna fuit. Idẽ alibi: Tu quoq̃ cõueniens in genti nupta marito Accipe non dura supplicis aure p̃ces. Et alibi: Q uæ præstat uirtute sua ne prisca uetustas Laude pudicitiæ sæcula nostra premat: Q uæ Veneris formã mores Iunonis habẽdo Sola est cælesti digna reperta toro. Eandẽ auctor in ultimo Meta. sanctam dicit dũ Aug. placere studet. ut: Prolem sancta de coniuge natam Fersit simul nomenq̃ suũ, curasq̃ iubebit. ℣ Stabãt noua tecta: oppidũ qđ in palatio Euander cõdidit. ℣ Ecce boues illuc Erythræidas applicat heros: Hercules abduxisse boues dicitur ex Erythra insula: quã Pherecydes (ut auctor est Strabo) Gades esse dixit: q̃uis quidaꝫ aliter senserint. Est aũt hæc insula extra colũnas Herculeas prope erumpentẽ in Oceanũ Betin stadiis centũ longa, & opibus insignis: ita ut idẽ Strabo uno ætatis suæ censu audiuisse scribat equestris ordinis Gaditanos uiros quingẽtos esse censos: qđ nulla urbs Italiæ præter Patauiũ habuit. Fuerunt in insula proxima pascua fertilitate præstantia: unde armenta Geryonis illic fuisse finxerunt: quæ dicitur Hercules abduxisse. Sciendum tamen in Hispania tres reges fuisse simillimos: qbus abstulit armenta Hercules: quiq̃ in Herculẽ bellum mouentes interfecti sunt. Q uare fingit Geryon triũ capitũ secundũ Hesiodũ: siue tricorpor occisus ab Hercule: & priuatus armẽtis. Virg. in. viii. Aen. Nã maximus ultor Tergemini nece Geryonis, spoliisq̃ superbus Alcides aderat: taurolq̃ hac uictor agebat. Sane Tyrii profecti a Rubro mari siue Erythræo: cui ab Erythra rege (ut inquit Plin.) nomen inditum est: hanc insulã Erythrã uocauere. Sunt q̃ boues ab Hercule abductos dicũt non ex hac insula: sed ex alia quæ Lusitaniam intuetur: & Geryonem fuisse Chrisauri filium regis Hyberiæ. Lege Diodorum. Erythra a quibusdam ἐρυθρεια: idest Erythra dicitur.

Erythra

Geryonis armẽta

Gerion triũ capitum

Erythrę um mare siue Rubrũ

Boues ab Hercule abducti

℄ Sic Iulia (aut Liuia) Augusta erit nouuꝫ numen: noua Dea. ℣ Talibus: bis dictis in medio uerboꝝ cursu loqui desiit. ℣ Talib⁹ dictis: postq̃ talia uerba dixerat. ℣ Vt descẽdit i nr̃os annos: ut reꝝ fama uenit i nostra tpa. ℣ Lingua p̃scia: uox illa fatidica: & p̃scia futuroꝝ lingua. ℣ Substitit i medio sono: i medio sermone: aut i medio furore uaticinantis linguæ. ℣ Puppibus: e classe Arcades exeũt: & in ripa graminea cõsistunt: urbẽq̃ cõdũt: q̃uis alii uicũ dixerint: breuiq̃ factũ é: ut latinis collibus nemo cẽt Euãdro superior. ℣ Exul: Euãder. ℣ Egressus puppibus: e nauí. ℣ Stetit in herba Latia: constitit in gramine Latino: aut sedẽ fixit in collibus herbidis. ℣ Felix exiliũ: fuisse illud Euãdro. ℣ Cui fuit locus: cui cõtigit figere sedẽ i Italia: & ubi cõdẽda erat urbs Roma. Exiliũ (ut in Tristibus quoq̃ diximus) triplex esse Martianus (ut in Tristibus quoq̃ diximus) triplex esse Martianus inq̃t: aut certoꝝ locoꝝ interdictionẽ: aut latam fugã, ut omnium locorum interdicatur: præter certum locum, aut insulæ uinculum: idest in insulam relegationẽ. ℣ Nec fuit longa mora: non longe post eius aduentum. ℣ Stabant noua tecta: quæ ædificauerat: quasi stabat iã oppidum ab Euãdro cõditũ. ℣ Nec alter erat maior mõtibus Ausoniis: nullus erat superior i Latinis mõtibus. ℣ Arcade: ipso Euãdro Arcadũ duce. ℣ Ecce boues: dũ in Pallantio regnaret Euander Hercules perrato orbe: abducens ex Hispania Geryonis armẽta illuc appulit: susceptus est comiter hospitio ab Arcadibus: dũq̃ illic quiesceret a latrone Caco furto abducti sunt duo tauri i occultam speluncam: quos cũ mugitus ꝓdisset: ab Hercule est interemptus latro: imolatoq̃ altero ex illis arã maximam sibi cõstituit. De his latius i octauo Aeneidos diximus. ℣ Ecce heros: uir excellens, & cęteris uirtute p̃stans. ℣ Clauiger: Hercules clauem ferens. ℣ Emensus iter longi orbis: q̃si emẽsus orbẽ lõgo itinere: nã ex Creta ubi exercitũ parauit i Aegyptum traiecit: & pagrata Libya i Hispaniã uenit, & ide in Italiã. ℣ Applicat illuc: i Latium apud Pallantiũ. ℣ Boues Erythręidas: armẽta Geryonis ab Erythra i sula i extrema Hispania. Verꝝ Erythręũ mare Rubrũ dicit (ut Strabo testis est) ab Erythra filio Persei: q i illis locis impauit. Etiã ĩsula extra fretũ Atlanticũ ad dextrã exiguo quodã spatio a Gaditana disiũcta: quæ (teste Pli.) uocat ab Ephoro: & Philide Erythrea: a Tymeo & Sileo Aphrodisias: ab indigenis ĩsula Iunonis maior: Tymeus Pythiusã aliq̃ uocatã ait: nr̃i Arteson appellãt: Pœni Gadiriã, Punica lingua septẽ significãte: & subdit Pli. Erythra dcã ẽ qm̃ Tyrii hitatores ab origie eoꝝ orti ab Erythręo mari ferebant: i hac Geryões hitasse a qbusdã existimat: cuius armẽta Hercules abduxerat. Diodo. autẽ labores Herculis referẽs: Decima ait ab Euristheo iniũctũ fuisse: ut Geryõis boues: q i Hyberia loca uersus Oceanũ sita pascebantur: ad se deduceret. uulgata erat fama Chrisẽ, seu Chrisaurũ: hoc. n. nomẽ a diuitiis traxerat: uniuersæ Hyberiæ imperantem tres habere ꝓpugnatores filios: tũ robore corporis: tum armis egregios. Exercitũ præterea cuilibet fortissimorum militum esse: horum maiorem na

De fabula Caci furis filii Vulcani

De Anteo & Busyride fabula

tu uolunt aliqui Geryonem dictum fuisse. Illuc post peragratam Libyam Anteo, & Busyride peremptis: Hercules cum uenisset Chrisauri filios tribus magnis exercitibus fidentes singulari prouocatiõe sustulit. Capta Hyberia armenta boum secum abducens: post multa transcẽdens alpes: Liguribus deide, ac Tyrrhenis relictis ad Tyberim fluuium peruenit: ubi Roma multis postea sæculis cõdita fuit. Tenebant tunc Aborigines: quod nunc Palatium appellant. Hos inter præstantiores Potitius & Pinarius erant: qui Herculem ut hospitem magno honore, donisq; susciperẽt. Hæc ex Diodoro excerpsimus: reliqua in locis dicentur. Eustathius Euandrum hospitio recepisse Herculẽ a Geryonis bobus reuertẽtem ait. Quod de Nasone nostro & Virg. quoq; testatur.

Dumq; huic hospitium domus ẽ Tegeæa:uagantẽ
Incustoditæ lata per arua boues.
Mane erat:excussus somno Tirynthius heros
De numero tauros sentit abesse duos.
Nulla uidet taciti quærens uestigia furti:
Traxerat auersos Cacus in antra ferox:
Cacus Auentinæ timor, atq; infamia siluæ,
Non leue finitimis, hospitibusq; malum.
Dira uiro facies:uires pro corpore:corpus
Grande:pater monstri Mulciber huius erat.
Proq; domo, longis spelunca recessibus ingens
Abdita, uix ipsis inuenienda feris.
Ora super postes, affixaq; brachia pendent:
Squalidaq; humanis ossibus albet humus.

ANT. FAN. ¶Dumq; huic hospitium domus ẽ Tegeæa: domus Euandri Arcadis. Est enim Tegea oppidum Arcadiæ: unde & Tegeæus, & Tegeaticus deducuntur, ut: Adsis o Tegææ fauens, & non plura interprete lingua Nunciat excelsis ales Tegeaticus astris. ☞ De numero tauros sentit abesse duos: Virgilius quatuor tauros, & totidẽ iuuencas scribit abductas. ut: Quattuor a stabulis præstanti corpore tauros Auertit totidem forma superante iuuencas. ☞ Cacus Auentinæ timor atq; infamia siluæ: hic Vulcani filius fuit: ut poetæ fabulantur: ore ignem & fumum uomens: secundum autem historicos Euandri ueruus nequissimus: uel sceleratissimorum hominum princeps: quod eius nomen indicat. Nam malum Græci κακον dicunt. Hic agros igne populabatur, quem soror eiusdem nominis prodidit: unde sacellum meruit, in quo ei per uirgines Vestæ res diuina fieri consueuit.

Cacus

Caci spelunca Auentinus Remoria Salinę locus Trigemia porta Mulciber

Caci spelunca fuit in monte Auentino: qui solus e septẽ urbis montibus (ut Aulus Gellius meminit) cum cæteri intra Pomerium essent: diu extra Pomerium fuit: quod in eo monte Remus aues irritas habuerit: superatusq; in auspicio a Romulo fit. Vnde locus in summo Auentino Remoria dicebatur: auctore Festo. Eum Diuus Claudius intra Pomerium dicitur recepisse: quem quidam tradunt a Remo Remonium appellatum. Loco, quem Cacus habitauit Salinæ nomen fuit: auctore Solino: ubi est nunc porta Trigemina. ☞ Pater monstri Mulciber huius erat: Vulcanus Mulciber dicitur, q ignis omnia mulceat. i. molliat ac uincat. licet quidam a mulctando dictum putauerint quasi mulctiberum.

PAV. MAR. ¶Dum domus Tegæea: domus regis Arcadici a Tegea oppido: quod est in Arcadia. ☞ Est huic: Herculi. ☞ Hospitium: quasi dum hospes ab Euandro retinetur. ☞ Boues incustoditæ: sine ullo custode. ☞ Vagantur per lata arua: uagantes passim per agros pascebant. Aruum est (ut Varro de re rustica inquit) quod aratum, nec dum satum. ☞ Mane erat: quasi iam illuxerat post quietem Hercules: de mane superius diximus. ☞ Heros Tirynthius: a Tirynto oppido in Bœotia: in quo natus est. legitur etiam Hospes. ☞ Excussus somno: excitatus a quiete. ☞ Sentit abesse duos tauros de numero: cognoscit ex omni numero duos boues esse surreptos. ☞ Quærens: inquirens quod esset de bobus. ☞ Nulla uidet uestigia taciti furti: nec aliquod signũ, nec pedum uestigia discernit: per quæ furtũ occultũ deprehẽdi posset. ☞ Cacus: latro, qui ab ipsa re dictus est Cacus: qm κακος malus. ☞ Ferox traxerat: quasi summis uiribus abstraxerat. ☞ Auersos boues: retrouersos: quia non rectis uestigiis. ☞ In antra: in spelunca boues per caudã traxerat: ut ide uiderẽt egressi, potiusq; ingressi: & hoc illi refellẽdi criminis poterat facultatẽ afferre apparentibus in cõtrarium uestigiis. Hũc Caci Vulcani filium: & Virg. & Oui. & alii multi fuisse ostẽdunt: & tandẽ ab Hercule peremptũ. Multa ex his, quæ a poetis referunt Diony. attigit: sed fabulosa putat. At uerã ipse historiã recensens: Cacũ ait præpotẽtẽ quendã imanitũ hoium principem in munitis locis habitasse: ac propterea grauẽ accolam finitimis fuisse. Hic ut Herculem in propinquo campo castra habentẽ sensit: latronum more incursione usus est subita: atq; prædam abegit, quam incustoditam reperit. Intercluſus tamen est a Græcis, & ui capta sunt oppida: & ipse interfectus est: sed nos poetam sequamur. ☞ Cacus Auentine: incolebat Cacus Auentini montis siluam: quam suis crassationibus & formidandam reddebat, & infamem: eratq; tam uicinis, q peregrinis infensus: monstrosa illi facies, & monstrosum corpus: erat illi spelunca domus: ante aditum cuius pro uictorum spoliis membra humana affixerat. ☞ Cacus: repetitio nominis infausti. ☞ Timor atq; infamia siluæ Auentinæ: qui Auentini (de quo dicemus in quarto) nemorosi mõtis accola propter suas populationes reddebat siluã Auentinã timendam & infamẽ: nã oẽs formidabãt propius accedere: sic illa reddebat infamis. ☞ Nõ leue: ergo graue. ☞ Malum: alluſit ad nominis significationẽ. Nam κακος malus finitimis uicinis, & hospitibus peregrinis. ☞ Facies uiro: erat. s. ☞ Dira: truculenta, & Deoꝝ ira nata. dixi. n. quasi Deoꝝ ira natũ dicimus: & Virgi. Semihominis Caci facies quã dira tegebat. ☞ Vires ꝓ corpore: pro magnitudine corporis. ☞ Corpus grãde: ingens: sic ingẽtes uires. ☞ Mulciber: Vulcanus. ☞ Erat pater huius monstri: hoc a Virgilio accepit: sic enim ille inquit: Huic monstro Vulcanus erat pater. ☞ Spelũca ingẽs: uastum antrum. ☞ Lõgis recessibus: quæ ifra longe recedebat, erat. ☞ Pro domo: nã spelunca erat eius domus. & Virgil. Hic spelunca fuit uasto summota recessu. ☞ Abdita: occulta. ☞ Vix inueniẽda: ipsis feris: erat ita occulta spelũca: ut feræ, nedũ hoies uix eã inuenire potuissent. ☞ Pendent ora: hoium uultus. ☞ Et brachia: humana. ☞ Pendẽt super postes: in postibus ora, & brachia pẽdebãt pro tropheis, & spoliis: grassationes, & truculẽtiã illius indicantia. ☞ Et humus: terra. ☞ Squalida: fœdata. ☞ Albet: albere uidet. ☞ Humanis ossibus: tot. n. hoies interemerat: ut omne illud solum humanis ossibus tegeretur: & sic humus albere uidebatur: ut de cæde Latinoꝝ apud Virg. Campiq; ingentes ossibus albent: & de Caco dixeras: Semperq; recenti Cæde tepebat humus: foribusq; affixa superbis Ora uirum tristi pendebant pallida tabo.

Fabulosum esse de Caco

De forma Caci furis

¶Abibat:

Seruata male parte boum Ioue natus abibat.
Mugitum rauco furta dedere sono.
Accipio reuocamen ait: uocemq; secutus
Impia per siluas uictor ad antra uenit.
Ille aditum fracti præstruxerat obiice montis:
Vix iuga mouissent quinq; bis illud onus.
Nititur hic humeris: cælum quoq; sederat illis:
Et uastum motu collabefactat onus.
Quod simul euersum é: fragor æthera terruit ipm:
Ictaq; subsedit pondere molis humus.
Prima mouet Cacus collata prælia dextra:
Remq; ferox saxis, stipitibusq; gerit.
Quis ubi nil agitur: patrias male fortis ad artes
Confugit: & flammas ore sonante uomit.
Quas quoties perflat, spirare Typhoea credas:
Et rapidum Aetneo fulgur ab igne iaci.

ANT. FAN. ¶ Abibat: non tam longe abierat, ut inclusorum boum mugitum audire non posset, quē mouerant alii mugientes ad desideriū relictoꝝ. ℣ Obiice montis: saxo ingenti. ℣ Nititur hic humeris, cælū quoq; sederat illis: si Herculis humeri cælū pro Atlāte sustinuerāt: cur nō saxū euertere nt. ℣ Quas quoties pflat spirare Typhoea credas: di uidit in hoc loco diphthongus ut in illo uersu: Aethereas ausum sperare Typhoea sedes. Est autē Typhoeus gigas cui Virg. Inarimē insulā superimpositā dicit. ut: Inarime Iouis imperiis imposita Typhoeo. Silr & Luca. ut: Cōditus Inarimes æterna mole Typhoeus. Legimus & Siciliā ei superimpositā. ut: Vasta gigantei iniecta est insula mēbris Trinacris: & magnis subiectum molibus urget Aethereas ausuꝫ spare Typhoea sedes. Q d nos mouere nō debet: adeo poetis licet fere oia cōminisci. Nā & in Misia Typhoeū esse fabulant, cū regio exusta dicat, ubi sūma cāpoꝝ facies cinerulēta est mōtana, petrosa, & nigra: q d qdā ex crebro ictu fulminū cōtingere putauerunt. In eiusmodi igit locis ubi natura uim igneam præ se tulit iure Typhoeū eē finxerūt, q dū latus uertit flāmas euaporare dr. Quare alii sub Aetna Sicilię hūc eē dicūt. Pindarus uero cū sciret oēm tractū a Cumis usq; in Siciliā ignitū esse, & pfundas quasdā atq; in unū coeūtes cauernas habētē nō solū sub Lipare, sed & Puteolāo agro Neapolitāo: ac Baiano: necnō & Pithecusis sepultū finxit iacere Typhoeū.

Typhoeus

Typhoeus i locis ubi ē ignea uis

Auget aios:& si magnanimi erãt:tũc longe maioris facti sunt animi. Et pudet:eos. Habere nomẽ:hoc ẽ famã & laudẽ. In paruis casis:hoc ẽ in uillulis: nã decuisset eos urbibꝰ domiari. Romuleo:ut ex Plu.& Diony. excerpsimus orta cõtẽtione inter Amulii: Numitorisq; pastores,ob pecoꝝ pabulationẽ.Ro.& Re.aduersantes oppressere:& intacti cũ pda domum redierent:indignatus Numitor his insidias struit:occupatoq; in sacris Ro.Remus captus est:ductus regi:cuius supplicii Numitori cõcessum est.Sed motus Numitor & indole & cõstãtia Remi cœpit interrogare quis esset:relata expositõe gemelloꝝ pressit Numitoris animũ nepotũ memoria. Romu.iterea fratris auxilio cũ magna manu accurrẽs:Faustulo rẽ oẽm apiente:cogniti sunt ambo Numitoris nepotes:irruẽtesq; i Amuliũ illũ obtrũcant:Albanorũq; regnũ Nũitori restituũt. Cadit ergo Amulius traiectꝰ: trãsfixꝰ. Ense Romuleo: Romuli gladio. Et regna restituunt auo lõgæuo:Numitori auo mẽno tã seniori. Mœnia cõdunt:Numitor iis cõcessit ut illuc,ubi educati fuerãt,coloniã traducere possent. Ædificata ergo sũt ibi mœnia urbis Romæ; q̃ cũ pter edictũ transiliisset Remus a Celere:q mœnibus ꝑerat obtrũcatus est:licet alia de eiꝰ morte cã referat;quã supiore libro attigimus:& iserius latius explicabimꝰ. Mœnia ergo:Romana.i. Cõdunt:ædificãt. Quæ q̃q̃ fuerũt parua:tũc cũ primũ noua erãt. Nõ tñ expediit:utile fuit. Remo trãsiliisse:trãsaltasse,qꝫ ob id extinctus est. Iã mõ:loca ubi Roma cõdita ẽ prius erãt iculta & nemorosa & fera tũ saltus.iõ hic. Iã mõi& si fidẽ uideat significare:differũt tñ. Iã erat urbs qui:ea pte q̃. Modo:paulo ante. Fuerãt siluæ & recessus:lemetiones,seu loca semota. Pecorũ:bestiarũ. Cũ pater urbis:hoc est Romulus. Ait:dixit uerbe quæ sequunt. Arbiter:longa rerũ relatione ad hoc uenit unde primus anni mẽsis Marti dicatus fuerat a Romulo.i.ipso:q cõdita urbe Romani anni principiũ Marti genitori dicare uoluerit.hæc ergo fuere eius uerba. O arbiter armorũ:o belloꝝ dñe:aut o armis pfidẽs. De sanguie cuius credor:ego.i.natus. Et dabo multa pignora: quasi multã fidẽ. Vt credar.i.ex te natus:nõ stat adhuc fnia:sed sequit. Ducimꝰ:p deducimus:uel dicimus. A te principiũ anno Ro.ut a Martio incipiat. Primus mẽsis anni erit de patrio noie: qa a Matte Martius dicẽt in Dei patris reuerẽtiam. Vox: ipsius Romuli. Fit rata:firma:quia seruauit quod dixit. Et uocat mẽsem de nomine patrio:quid Martium a Marte. Hæc pietas:hoc filii officiũ erga patrem. Dicitur fuisse grata Deo:ipsi Marti,quia placuit eo affici honore:& habere primum mensem sibi consecratum.

Oratio Romuli ad Martem

Et tñ:& si a Romulo pricipiũ anni a Marte sumptũ ẽ, Martẽ tñ longe ante Romulũ Italos coluisse constat:qa ipsa natura bellica gens. Et tñ priores.Latini:i. Coluere Martẽ ante oẽs:Deos.i. Bellica turba:qualis est Latina. Dederat hoc suis studiis:suæ militari disciplinæ:suæ armorum peritiæ:sed posset per hypalagem resolui:quasi sua studia debere hoc:ut Martem scilicet colerẽt. Bellicæ turbæ:Latiæ multitudini bellis assuetæ.

Cecropidę:

ANT. FAN.

¶Cecropidæ:Athenienſes a Cecrope:ili iure Palladem co luerũt:a qua ferũt Athenis fuiſſe nomẽ ipoſitũ: nota eſt fabula.℣ Minoia Creta Dianã:Cretẽſes Dianam colunt: quã ibi a retib⁹ Dictynnã dictã nõnulli uolũt. Lege Strabonẽ libro.x.eius Geographiæ.Solinus auctor eſt Cretẽſes Dianã:quã religioſiſſime ueneranť,Britomartem gẽtiliter nominare:quod nomen ſermone noſtro ſonat Virginẽ dulcem:cuius ædes Dædali manus oſtẽtat:quã nemo niſi ueſtigia nudus ingreditur.℣ Vulcanũ tellus Hypſipylæa colit:Lemnon dicit Aegæi maris inſulam celeberrimamubi regnauit Thoas pater Hypſipyles: qui Liberi filius fuiſſe dicitur:teſte Lactantio grammatico.In hãc Iuno Vulcanum ſuũ ac Iouis filiũ e cælo ꝓcipitem dedit:ubi a Simiis exceptus ac nutritus dicit. Fingit autẽ ꝓcipitatus in hãc inſulã:quia Vulcanus ignis eſt,& cõſtat fulmina ex aere cadẽtia crebro in eã deiici.℣ Sparte,Pelopeiadeſq; Mycenæ:Sparta eſt urbs Laconiæ,quam & Lacedæmonẽ dicimus.ſed & Sparta:& Sparte recte dicit.Hanc & Mycenas Agamẽnonis patriam Plinius dat Achaiæ. Vtrũq; oppidum Iunonẽ coluit:& Mycenarũ incolæ cum Argiuis cõmuniter.℣ Pinigerũ:Faunum Bene addidit Ora Mænalis cum dixiſſet Pinigerũ.Legimus enim in Buc. Mænalus argutumq; nemus pinoſq; loquentes Semper habet.& Pinifer illũ etiam ſola ſub rupe iacentẽ Mænalus. Sane Faunus Pici filius(de quo multa diximus)primus in Latio Saturno eius auo ſacra inſtituiſſe dicitur: ut C. Baſſus memoriæ prodidit:& Faunam ſororem,eandemq; uxorem ac Picum conſecrauit:ab eo qui noctu in pellibus oracula patebant in Latio furere conſueuerunt. ℣ Peregrinos inſpice Faſtos:quarũdam urbium Faſtos quæ in Italia ſunt.Has peregrinas uocat:uel earũ Faſtos peregrinos:qđ aliquando nõ fuerint fidẽ:q & Romani. ¶Pallada:quæq; externa regio ſuũ habet numen.Latini tñ Martẽ præcæteris colunt,Colũt Pallada Athenæ,Cretã Dianã,Lemnos Vulcanũ:q Deus eſt ignis. ℣ Cecropidæ:Athenienſes a Cecrope rege:qui i Attica regnauit ante ꝓditum Iliũ(ut eſt teſtis Euſebius)annis trecẽtis.lxiiii. ℣ Colunt Pallada:Mineruã.de qua paulo ſuperius diximus.Erat enim Athenis in ſaxo(ut Stra.refert)uetuſtus Mineruæ Poliadis templũ:in quo lucis extinctæ lychinerat:& uirginũ domus:quã Actinus condidit.Vrbs ſacra Palladi:cũ rebus bellicis præſit:& ſtudiis & diſciplinis:quibus Athenæ aliquãdo principatũ obtinuere. Vel ꝙ certans de imponẽdo urbis noie cum Neptuno aſſantibus duodecim Diis uictrix fuit:ut i Odyſſea diximus.℣ Creta Minoia:a Minoe primo Iouis & Europæ filio.℣ Colit Dianã:colitur in Creta Diana:cuius tẽplũ eſt in Dyctæo monte Cretæ.Vnde Dyctinna appellata eſt:licet a Callimacho referat:quod Strabo nõ aſſerere uidet: Britomartem uirginẽ Minois uiolentiã euaſurã e Dycte fugientẽ ĩtra dyctinna:ideſt retia piſcatoꝝ deſiliſſe:unde locũ Dyctinã appellauere.Quapropter & alii tradunt ſecutã peſtẽ in Creta:& ex oraculo habitũ:ut ædem Dianæ cõderent,& inde Dyctanam appellatam.Creta aũt inſula a ſeptẽtrione(ut Strabo inquit)Aegæo abluitur . Pelago ſimul & Cretico ab Auſtro abluitur Afro.Ad occidentem (ut Euſtachius ait)Egillam & Cytherã inſulas ſpectat. Ad orientem Carpaton.Dictaq;,referẽte eodem Euſtachio(ut antiqui dicũt)ab habitantibus in eo Curetibus Cureta:& per ſyncopã Creta.Alii a Crete quodã Iouis filio noiatam dicũt.Arianus aũt inquit:nõ creta cognomi nata eſt:ſed Cres ab eo qui Iouem abſcondit in mõte Dycteo:quando Saturnus inquirebat eum perdere uolẽs. Archias aũt Cretem illam nominauit adiectiõe literę.e. ℣ Tellus Hypſipylęa:hoc eſt Lemnos inſula ab Hypſipyle Thoantis filia:quæ in ea regnauit.Eſt enim in Aegæo mari ab oriẽte Troiã: ab occaſu Aton ſpectans: a borea Thraciam:ab auſtro: ſed longo tractu Cretæ eſt oppoſita.In hac aliqñ fuere noſtræ delitiæ.℣ Colit Vulcanũ:idẽ aſſerit Euſtachius: Colitur in ea Vulcanus tertius Ioue & Iunone natus: Quatuor enim fuere Vulcani:primus Cælo natus:alter Nilo:qui dictus eſt Opas:quẽ regno Aegyptii præfecerũt:cui ẽt inuẽtio ignis aſcribit. Tertius(de quo hic agimus) Iouis & Iunonis filius:qui Lemni fabricæ præfuiſſe dicit.Quartus q tenuit inſulas propter Aeoliam:de iis etiaꝫ in Odyſſea diximus. Spartani,& Micenei ante alios Deos Iunonẽ colebãt:& Arcadia Faunũ.℣ Sparte colit ſcilicet Iunonẽ.Sparta uel Sparte dicimus : eadẽ quæ & Lacedæmon in Laconia, Taigeto mõti ſubiicit:ut Strabo inquit:ſed cur Spartani dicti Trogus libro tertio docet.q fuere nati ex eo promiſcuo cõcubitu:ob notã materni pudoris ita uocati ſunt.℣ Et Micenæ Pelopeiades: a Pelope:tum quod fuit in Peloponẽſo:tum qđ ea regia Pelopidarum.Micenas enim(ut Strabo refert) Perſeus cõdidit:cui Sthenelus ſucceſſit in regno.Hæ poſt Argos ampliora ſuſceperunt incrementa ꝓpter cõmigrãtes in eas Pelopidas:nam cũ oẽs ad Atrei filios cõfiſterẽt: Agamẽnon grandior natu regnũ adeptus:uirtute duce:comite fortuna regionis poſſeſſionẽ ampliauit.ob hoc igitur Pelopeiade Micenæ:quas inter & Argos(nam ſolũ inter ſe diſtant).l.ſtadi.erat tẽplum Iunonis ambabus urbib⁹ cõmune: in quo Policleti ſimulachra artis laude omniũ præſtãtiſſima.℣ Ora Mænalis:Arcadia a Menalo monte: ut ſuperius dictum eſt.℣ Colit caput pinigerum Fauni: Faunũ ipſum pñtu coronatũ:de quo in prio & ſecũdo libro diximus:ſicut cætera loca habẽt ſua peculiaria numina:ita numen Martis peculiare erat Romanis propter præſtãtiã rei militaris.℣ Mars erat uenerandus:ſumma cũ ueneratione colendus.℣ Latio:in Latio a Romanis. ℣ Quia præſidet armis : nã in ſua poteſtate ſunt arma: & bellis præeſt.℣ Arma dabãt feræ genti:populo Ro.feroci in bello.℣ Et rem:hoc eſt iperium.℣ Et decus: ornamẽtum & gloriã:& eſt entimema a cõſequẽti. Mars præeſt armis:& illi arma cæteris pſtant : ergo colere debent Martẽ,q illis fauet.Non modo Romani:ſed alii quoq; latini nominis populi:etiã aliqui ex Hetruſcis mẽſem Martium habebant : ut in eorum Faſtis uidere licet. Verum poſtea Romano imperio ſuccumbentes : ut leges a Romanis:ita & anni quoq; ordinem accepere.℣ Quod ſi forte uacat:ſi forte uacuum eſt tibi tempus ab aliis curis inſpicere.℣ Faſtos : Faſtorum libros.℣ Peregrinos: nõ intelligas græcos aut barbaros:ſed aliaꝫ urbiũ in Italia:quoniã Italorum locorũ ſubiecit exempla.℣ Erit intus:Faſtoꝫ libris peregrinis.℣ Erit menſis noie Martis: erit inſcriptus Martius mẽſis.Albani cũ annũ decẽ mẽſiũ haberẽt:haberẽt & ipſi menſem patri dicatũ : eumq; tertio loco numerabãt:Phaliſci autẽ quinto:Heraici ſexto: Aricini uero & Tuſculani eodẽ loco hẽbãt,quo Albani.

PAV. MAR

Pallada Cecropidæ,Minoia Creta Dianam,
Vulcanum tellus Hypſipylæa colit:
Iunonem Sparte,Pelopeiadeſq; Mycenæ:
Pinigerum Fauni Mænalis ora caput:
Mars Latio uenerãdus erat:quia præſidet armis:
Arma feræ genti remq;,decuſq; dabant.
Quod ſi forte uacat,peregrinos inſpice Faſtos,
Menſis in his etiam nomine Martis erit.

Fabula Hypſipyles

Sparta uel Sparte Iunoni dicata

Cecropidæ

Minoia Creta Dianam colunt

Dictynna

Brito, mars

Lemnos colit Vulcanum

Sparta & Micenæ Iunonẽ colunt

Faunus piniger

Faunus

Quare dicta eſt Pallas

alio nomie Bellona

ANT. FAN. Hernici Herne Tusculum

¶ Tertius Albanis:apud Albanos Martius aliqñ tertiñ in ãno locũ tenuit: apud Phaliscos qntũ:apud Hernicos sextũ:apud Aricinos & Tusculanos tertiũ,quẽadmodũ & apud Albanos.ℱ Hernica terra:Strabo auctor ẽ Hernicos quoꝝ nobilissima olim ciuitas fuit Anagnia Lauinio & Albæ ac ipsi Romæ esse uicinos:quicut placet Sertius Albanis,quintus fuit ille Phaliscis:
Sextus apud populos Hernica terra tuos:
Inter Aricinos, Albanaq; tempora constat:
Factaq; Telegoni mœnia celsa manu.
Quintum Laurentes,bis quintũ Aeqculus acer,
A tribus hunc primum turba forensis habet.
Et tibi cum proauis miles Peligne Sabinis
Conuenit:huic genti quartus utriq; Deus.
Romulus hos omnes ut uinceret ordine saltem:
Sanguinis auctori tempora prima dedit.

uio)sic dicti sũt: qa saxosos montes habitant.Sabinorũ enim lingua saxa herne uocãt. Sed ut Higinius scripsit in libro secundo urbiũ(teste Macrobio)Hernicus quidã Pelasgus dux Hernicis fuit: a quo ita appellati sũt.Fuerunt enim uetus colonia Pelasgoꝝ.ℱ Inter Aricinos Albanaq; tempora constat:sic dictuꝫ: ut Sæuis inter se cõuenit ursis.i.cõuentẽtia est. Albana aũt tempora uocat: Fastos Albanoꝝ tẽpora cõtinẽtes.ℱ Factaq; Telegoni mœnia celsa manu:Tusculũ dicit a Telegono Circes & Vlyxis filio conditũ.Vnde ait Horatius:Non ut superni uilla candens Thusculi Circæa tangat mœnia. Et Silius:Mœnia Laertæ quondã teguata nepoti. Hoc oppidum(ut scribit Strabo)egregiis ornamẽtis insigne & uineta olim & tecta magnifica coronarũt:ubi Telegonus Mamiliam filiam procreauit:a qua(teste Festo)Mamiliorum familia est appellata. Sane tantã fuisse ordinis mẽsium inconstãtiam ueruꝫ existimari põt: cũ regnante Romulo(ut inquit Plutar.)pter & rõnẽ & ordinem mensibus uterent. ℱ Quintũ Laurẽtes,bis quintũ Aequiculus acer:Martius apud Laurentes qntũ locũ:apud Aeqculos decimũ tenuit. Sunt aũt Aeqculi populi Sabinis finitimi. Vnde Ancus Martius ius feciale transtulit quoad res repetendas legati uterent. Hos Naso hic acres : Virgilius horridos uocatut Horrida præcipue cui gens assuetaq; multo Venatu nemorũ duris Aegcula glebis Armati terram exercẽt: semperq; recẽtes.Cõnectare iuuat põdas,& uiuere rapto.ℱ A tribus hunc primũ turba forensis habet:sensus est: Apud Aequiculos,qui in foro iudiciali uersabantuꝫ quarto loco Martiũ habuerunt. Sunt qui Romæ seruatum aliquando in rebus iudicialibus eum ordinem uelint:quod nõ placet. Alii per forensem turbã accipiunt quatuor tribus urbanas,in quas Fabius cõlor omnem forensem turbam excretam cõiecit: auctore Liuio.ℱ Et tibi cũ proauis miles Peligne Sabinis Cõuenit: Sabinis ac Peligns cõuenit.i.conueniẽtia est:q; utraq; gens quarto loco Deũ Martẽ.i.Martiũ habẽt. Vocat autẽ Sabinos pauos Pelignoꝝ:qa sunt:qui Pelignos Sanitib⁹ trinos pauos Pelignoꝝ:qa sunt:qui Pelignos Sanitib⁹ trinos buũt:& Samnites nouimus:teste A.Gel.a Sabinis ortos gẽte antiqssima:ut auctor est Strabo:a qua(ut idẽ iquit) Picẽtini, Sãnitesq; in colonias deducti sunt. Eadẽ gẽs simplicitate ac bonitate oẽs supauit a religione ac Deoꝝ cultu Seuina appellata:ut Pli.scri. Cæteꝝ(ut ait Festus)Peligni ex Illirico orti sunt. Inde enim ꝓfecti ductu Volsci regis:cui cognomẽ fuit Lucullo partẽ Italiæ occuparunt. Eius nepos Pelicus fuit:a quo Peligni nomẽ acceperunt. Sciendum proaui uocabulũ non semp accipi pro eo qui prope auum est. Nam maiores sæpe & auos & proauos & attauos appellamus.ℱ Ordine saltem : quia dixerat : Mensis in his etiam nomine Martis erit. Ergo si non mẽsis denominatione : ordine sine dubio reliqui a Romulo dicti sunt:a quo Martius primo loco constitutus est.

PAV. MAR. ¶ Tertius Albanis:mensis Martius erat tertius in ordine anni ab Ascanio institutus in Alba : quæ ab eo cõdita est:ita enim in Fastorum libris & annalibus eorũ cõstare dicebat.ℱ Ille:Martius.ℱ Fuit qntus:quinto loco.ℱ Phaliscis:anno Phaliscoꝝ de qbus in primo diximus : q sunt in Hetruria.nõ tñ ab urbe multũ distãtes:habuereq; origine ab Haleso:quem alii filium:alii aurigam Agamẽnonis dixere.ℱ O Hernica terra fuit sextꝰ apud populos tuos : Hernici populi sexto loco Martiũ numerabant. Via latina sũt Hernici:in qbus est Agnania urbs olim ĩsignis:ut Strabo ait.& Virgi.Hernica saxa colũt:quos diues Anagnia pascit. Hi aũt orĩdi sunt Pelasgis:& appellari ita a Pelasgo quodã duce suo:qui Hernicus nominabatur.cuius rei meminit Theodosius.Idẽ etiã Iulius Higinius nõ paucis uerbis ꝓbat.ℱ Et constat inter Aricinos:& Albana tẽpora : & mœnia celsa facta manu Telegoni:cõuenit idẽ ordo mensis inter Albanos:Aricinos & Tusculanos:eundẽ.n.ordinẽ seruare quoad stetit Albanõ dixit Albana tempora: qa ab Ascanio ad Tulluꝫ Hostq eam subegit pugna trigenua uictor & diruit. Aricini aũt ab Aricia non lõge ab Alba:quã alii ab Hippolyto ubi reuixit:alii ab Oreste:alii ab Archilo Siculo ædificatã uolunt.ℱ Telegoni: Telegonus Vlyxis ex Circe filius : a quo Tusculũ cõditũ aiunt.inde Tusculani.Laurẽtes quinto loco,& Aeqculi decimo loco Martiũ numerabãt:forẽles uero quarto.ℱ Laurẽtes:a Laurẽto oppido: ubi regia Latini fuit.ℱ Habẽt qntũ:qnto loco . Nã qntus eoꝝ mẽsis appellat.ℱ Aeqculus acer:fortis.ℱ Habet bis quintũ:hoc est decimũ.Nam decimo loco Martiũ mẽsem habebãt. Aequi & Aequiculi sunt inter Marsos: & Sabinos utrisq; finitimi:& Alba erat Aequoꝝ caput.& i Aequiculis primæ urbes sunt Clyternũ,& Careseoli .ℱ Turba forensis habet hũc mẽsem Martiũ.ℱ Primũ a tribus: primo loco post tres menses:& sic erat quartus in ordine fori prope reate in Sabinis:inde forenses postea dicti fuere Foruli:& eos quoq; Strabo Sabinoꝝ esse ait. Veꝝ cũ sublequẽte Sabinoꝝ meminerit,putãt aliq melius dicendum turba forensis:hoc est Ferentini a Ferentino oppido:quod Strabo uia latina ponit : & est in ipsis Hernicis. Sabini & Peligni quarto loco Martium habebãt.ℱ O miles Peligne cõuenit tibi:hic mẽsis.i.ℱ Cũ pauis Sabinis:qa eodem loco numeras tu Martium quo Sabini.ℱ Quartus fuit : Martius quartus anni mẽsis.ℱ Fuit huic utriq; gẽti:Sabinis & Pelignis : quos Sabinoꝝ pronepotes ostẽdit poeta:ueꝝ Põpeius refert habuisse originem ab Illirico ductu Volsurii regis:cui cognomẽ fuit Lucullo : cuius nepotes fuere Pacynius:a quo Pacynates.& Pelicus : a quo Peligni.Horũ oli Metropolis erat Corphinium:nũc est Sulmo:sunt enim Peligni Marsis finitimi.Cum aduerteret Romulus omnib⁹ his populis, quos retulimus,esse Martiũ mẽsem a Marte denoiatuꝫ: eundẽ accepit & ipse:deditq; Marti in anno a se cõstituto primum locũ.ℱ Romulus:dedit.ℱ Prima tpa:primũ mẽsem.ℱ Auctori sanguinis:Marti patri.ut diximꝰ in principio opis.ℱ Vt uiceret hos oẽs:populos.ℱ Saltẽ ordine: qa cũ alii alio loco hẽrẽt Martiũ:Romulus primo constituit:qđ a principio diximus : cũ annũ alii aliter obseruarẽt.Romulus sub decẽ mensium cõstitutꝰ. Sic erat minor duobus mẽsibus:q̃ fuerit annus ad Soliscursuꝫ reductꝰ.

¶ Calendas:

Tusculũ conditũ a Telegono Vlyxis filio Mamilia

Aeqculi Annii uarietas

Sabini paui pelignorũ

Sãnites a Sabinis

Sabinoꝝ religio

Pelignorũ origo Fertilis

De ordine mensium instituto a Ro.

¶Calendas:a parte totum accipimus:hoc est mẽses:qui decem tantum(ut diximus)fuere sub Romulo. ℣ Nondum tradiderat uictas uictoribus artes Græcia: nõ midum si Romulus annum suum Solis cursui acommodarum nescisset:quia Romani nondum a Græcis astrologiã acceperant:quos postea domuerunt. ℣ Facundum sed male forte genus:Eusebius auctor ẽ apud barbaras nationes: quas fœcunditate agrorum excellere uidem? raro nasci homines ingenio excellenti.Vnde ut alimentis quidam abundant:ita & hominibus carere uidẽtur. Contra uero Græcia: quæ sine cultu nihil producit homines:generat cælestes atq; diuinos:& ad omnem scientiam natos,deditosq;(ut inquit Macrobius)ocio sapiẽtiæ.itaq; inde omnis literarũ claritas effulsit:teste Plinio:quoniam(ut scripsit Heraclitus)ubi aer siccior est:ibi anima prudentior. Eadem tamẽ gens(auctore Liuio)lingua magis strenua est q̃ factis ferox. Cicero in secũdo Tuscu.quæstionum: Græci autem homines non satis animosi: sed prudentes:ut est captus hominum satis hostem aspicere nõ possunt. Illud nobis molestius est:quod scribit Plinius: qui ubi ait Græcos usum olei ad luxuriam uertere: eos uocat uitiorum omnium genitores. ℣ Disertus erat: tãti habebatur quãti habetur hodie qui disertus est. Sed re uera disertus est minus q̃ eloquens:ut Fœcundi calices:quem non fecere disertum. ℣ Atlanteas:Pleiones & Atlantis filias.de quibus alibi. ℣ Geminos &c. Axis interdũ est linea quæ ab altero mundi polo in alterum tendit:sed habet & alias significationes:lege Festum. ℣ Cynosura:Denius Vulcani filius Cynosuram & Helicen genuit:ut quidam uolunt: quæ cum Iouem in Idam nutrissent:eo merito in cælum relatæ sunt.illa ursa minor,hæc maior dicitur: quarum prior in nauigatiõe obseruatur a Phœnicibus: posterior Græcis inseruit.ut Sidõis Cynosura regit fidissima nautis. Et Graiis Helice seruanda magistris. Naso in.iiii. Tristium:Magna minorq; feræ:quarum regis altera Graias Altera Sidonias utraq; sicca rates. De his lege Germanicum in carmine Arateo.lege & Higinũ.Nobis(ubi opus non est)omnes fabulas referre non placet,Significat autem Cynosura canis caudam.

PAV. MAR. ¶Nec ueteres habuere totidẽ calendas:tot menses. ℣ Principia mensium pro ipsis mensibus posuit. ℣ Quot nũc: quot calendæ:aut quot menses nunc habentur. ℣ Ille annus ueterum scilicet. ℣ Erat minor mensibus geminis: duobus. nam ille.x. & hic.xii.est. ℣ Nondum:ideo ueteres Romani habuerant annum decem mẽsium:quia nõ dum in Græciam traiecerant:unde sciẽtias reportassent: præsertim astrologiam:ut ad siderum obseruationem ciuilis annus redigeretur.Sed erant aliæ artes Romanis: nam præstantia rei militaris: qua cæteros superabant. ℣ Nondum Græcia:quæ fuit doctrinarum parens: unde dictum est: Disciplinarum genitrix uenerãda bonarũ. ℣ Tradiderat artes uictas uictoribus:quia nondum uicta fuerat a Romanis:qui eã postea & totũ orbẽ uicere. Vrbs arx Gẽrciæ erat Pelopõnesus:& Pelopõnesi caput erat Corinthus:ideo eam urbem totius Græciæ lumen uocat Cicero:Vbi cum iniuriosius legati tractati essent: Romani duce L.Mummio eam urbem funditus euerterunt.aliqui legunt:Victas artes:artes uictorũ:quia eas a Græcis uictis nondum acceperant. ℣ Facundũ genus: sed male forte:quasi Græcia:quæ eloquentiæ & aliarũ artium laude præstaret:non autẽ animi fortitudine:qua in militia excelleret.Male in compositione significat negationem: ut malesanus pro insanus.male fortis:nõ fortis. ℣ Qui bene pugnabat: qui strenuus erat in bello. ℣ Nouerat artem Romanã:cum Romanis essent uires & animi robur:& scientia rei militaris. ℣ Qui poterat mittere pila: qui erat excellens pili:hoc ẽ teli Romani iaculator. ℣ Erat disertus:erat facũdus,siue eloquens.Verum plus est eloquẽs q̃ disertus. nam & M. Anto.apud Cice.ait A se disertos uisos esse multos:eloquentem autem neminem. Quod Fabius ita exponit: Disertos putat dicere quæ oportet.Ornate aũt dicere ꝓpriũ esse eloquẽtissimi. & reliqua. ℣ Quis tũc:nõdũ Romæ hẽbat̃ ulla astrologiæ disciplinæ rõ.Sic nec astrorũ cursus obseruatus:qa nõdũ penetrauerãt in Græciã Latini:nec in Phœniciã:aut i Aegyptũ:cũ Aegyptii seu Assirii primi cælũ obseruauerint:a q bus mercatorũ & nautarũ cõmertio accepẽ Phœnices,& ab his Græci.Cumq; ad hos populos nondũ accessissent, percipere cæli rationem minime potuerunt. Sola ea erat Romanorum cura:ut tenerent sua signa:& illa tuerẽt.Signa aũt cælestia nõ intelligebant. ℣ Quis tũc:eo tẽpore quo cõdita ẽ urbs. ℣ Senserat Hyadas: cognouerat Suculas. ℣ Aut Pleiadas Atlãteas:Atlãtis ex Pleione filias. Vir.hoc.d.qs obseruauerat sidera aut uerna:aut hyemalia.Hyades.n.ortu hyẽm ẽ referunt: Pleiades uero oriũtur in uere:inde Vergiliæ dictæ.Hyades.v.stellæ sunt in fronte Tauri:quæ fuere Atlãtis ex Aetra filiæ: anteq̃ ex iisdem pentibus nasceret Hyasis a quo Museus Hyades uocari dicit. Ci. uero ab ὕειν:quod est pluere:qa pluuiæ sunt dici uoluit.Pleiades septeꝫ fuere.De his dicemus in principio sequentis libri. ℣ Aut quis senserat esse duos polos sub axe:polum arcticum & antarcticum axẽ sustinentes:& axis ꝑ ipso polo ponitur iterdũ.De quo Pompeius:Axis inquit quem græci ἄξονα uocant plures habet significationes.nam pars cæli septemtrionalis: & stipes teres:circa quem rota uertitur:& tabula lectilis axis appellatur.Poli duo sunt Borealis & Australis.Borealis altissimus est his:qui sunt in nostro hemisperio. Australissimus & depressus:& qui a nobis uideri non possit.Vnde & Virgi. Primum de Boreali: hoc est de arctico polo. Deinde de Australi: hoc est antarctico loquens ait: Hic uertex nobis semper sublimis:at illum Sub pedibus styx atra uidet:manesq; profundi. ℣ Quis senserat esse duas arctos:ursam maiorem & minorem: de quibus superiore libro diximus. ℣ Quarum:arctorum,seu ursarum. ℣ Sidoniis:hoc est a Phœnicibus:a Sidone urbe. ℣ Petatur Cynosura: hoc est minor ursa:ad cuius obseruationem Phœnices nauigant. ℣ Graia carina: per metonymiam hoc est græcus nauta. ℣ Notat Helicem:hoc ẽ maiorem ursam:ad cuius obseruationem Græci nauigant: hæc enim sidera a nautis obseruabantur. De quo in.iii. Pharsaliæ: Signifero quæcunq; fluunt labentia cælo Nõ q̃stante polo miseros fallentia nautas:Sidera non sequimur:sed qui nõ mergit undis Axis inoccíduus gemina

Græci facundi sed malũ genus

Vñ dicãtur Pleiades polus & axis

De Cynosura

Lucan? libro.iii. de signis cęlestib?

clariſſimus arcto:Ille regit puppes:ñ cĩ mihi ſemp ĩ altũ
Surget: & inſtabit ſummis minor urſa cheruclis:Boſpho
ron:& Scytię curuantem littora pontũ Spectamus:quic
quid deſcendit ab arbore ſumma. Arctophylax ꝓpiorꝙ
mari Cynoſura ferẽ.In Syriæ portus tendat ratis inde
Canopos Excipit auſtrali cælo cõtenta uagari Stella ti-
mẽs Boream:illa quoꝙ ꝓge
ſiniſtra Trãs Pharon:in me
dio tãgit ratis æquore Syr
tim.Ex his conſtat Phœni-
ces obſeruare minorẽ' urſã:
quã primus omniſ obſer-
uaſſe Licurgus Phœnix tra
dit:græci Helicem ſequunt.
Vnde & Flaccus:Graiis He
lice ſeruãda magiſtris. Poni
turꝙ Helice pro maiore urſa:ab Hilice oppido: in quo
nata Caliſto ab Higinio fer
tur: quæ ĩ ipſam maiorẽ uraſm uerſa eſt. Cynoſurã autẽ
uolũt aliqui(ut Higinius meminit)fuiſſe unã e nutricib⁹
Iouis:appoſitamꝙ plauſtro:& pro minore urſa accipit.
℣ Et quis:ſenſerat.℣ Signa.xii.Illa ſigna:quæ ſunt in zo-
diaco.℣ Quæ percenſeat: enumeret. ℣ Frater: Solipen.
℣ Longo anno:anno ſolari:q cõſtat ex.xii.menſibus:qui
bus duodecim illa ſigna Sol permeat, nam in uno quoꝙ
ſigno meu ſem unum abſumit.

ANT. FAN. Signa zodiaci xii.

ℂ Sororis equos:Lunæ quæ uocatur a Plinio ſidus no
uiſſimum:terriſq; familiariſſimũ. & cũ ſit ꝓxima cardini
minimo ambitu.xii.ſigna zodiaci:quæ Sol anno uicenis
diebus:ſeptẽiſq; & tertia diei parte ꝓcurrit:ac deinde re-
morata in coſtu Sol biduo cum tardiſſime a triceſima lu
ce rurſus ad eaſdem uices exit.℣ Libera currebant: non
dum ā nobis ita obſeruata:ut ferrẽt quãdam ſpeciem ſer
uitutis uti nũc ferre uidentur. Legimus enim ſupra: Ae-
theraq; ingenio ſuppoſuere ſuo.℣ Sed ſua:nõ cęleſtia ſi-
gna,ſꝫ ſua.i.ſigna militaria ſiue uexilla.℣ Illa qdẽ fœno:
pauper ſub Romulo Romanus exercitus haſtis mãipu
los alligabat:qbus ꝓ ſignis utebaſ.Vnde ſignifer mani-
pulí dicti ſunt:auctore Seruio.Hinc Donat.Romani in-
qt & Latini cũ ſub nouo Cẽturione bellũ aggreſſuri de-
putabant:ſertũ ſibi uel coronã ex manipulo herbæ conſi
ciebãt:quẽ ꝓ ſigno ſequebantur.unde manipulus militũ
nomen accepit. Hũc Varro eẽ inqt exercitus minimam
manũ:q unũ ſeqtur ſignũ.Eã Flauius Vegetius cõtuber
nium uocat:docẽs manipulũ decẽ aliqñ militibus conſti-
tiſſe.& ſic dictũ ꝙ cõiunctis manibus pariter dimicabãt.
Hælianus aũt in libro quẽ de inſtruendis aciebus ſcripſit
ad Adrianũ impatorẽ duas inqt cẽturias Manipulũ cõſti-
tuere:cui A.Gel.aſſipulaſ docens fuiſſe in legione Cen-
turias.xl.Cohortes.x.manipulos. xxx. Quãuis ſub Ro-
mulo initio eius regni(ut Plutarchus auctor eſt) Legio
tria tm millia peditũ &.ccc.equites habuit:q poſtea ita ex
creuit:ut ſex millibus hoium cõſiteriſ:teſte Vegetio:qui
bus ẽt interdũ aliqua fiebat acceſſio:adeo ueꝝ eſt, ꝙ qui
dam docẽt uarietatẽ ducũ acceſſu tpis mutaſſe militiæ di
ſciplinã.Feſt⁹ ſcribit ſex milliũ &.cc.hoium primũ C.Ma
riũ legionẽ deſcripſiſſe:cũ antea ꝗtuor milliũ fuiſſet: un-
de ẽt quadrata uocabaſ.Nõ uſ omittẽdum hoc loco qđ
legimus apud Liuiũ de Manipulis ac militũ ordine. Q đ
inqt antea Phalãges ſimiles Macedõicis:hoc poſtea Ma-
nipulatim ſtructa acies cœpit eſſe.Poſtremo in plures or
dines iſtruebanſ.Ordo enim ſexagenos milites: duos Cẽ
turiones:Vexillariũ unũ hẽbat.Prima acies haſtati erant.
Manipuli.xv.diſtãtes inter ſe modicũ ſpaciũ. Manipulus
leuis uicenos milites aliã turbã ſcutatoꝝ hẽbat:leues aũt

Quadrata legio

Manipulus militũ Contuberniũ

Legio Annus Rõuli

Haſtati

Ire per hæc uno menſe ſororis equos?
Libera currebant non obſeruata per annum
Sidera:conſtabat ſed tamen eſſe Deos.
Non illi cælo labentia ſigna tenebant:
Sed ſua:quæ magnum perdere crimen erat.
Illa quidem fœno, ſed erat reuerentia fœno
Quantam nunc aquilas cernis habere tuas.
Pertica ſuſpenſos portabat longa maniplos:

quí haſtã tm gelaq; gererent,uocabanſ.Hæc prima fons
in acie florẽ iuuenum pubeſcẽtiũ ad militiã habebat. Ro
buſtior deinde ætas totidẽ manipulorꝝ: qbus principibus Principes
eſt nomẽ.Hos ſequebanſ ſcutati oẽs inſignibus maxime
armis.hoc.xxx.manipulorꝝ agmen Antepilanos appella Antepi-
bantiqa ſub ſignis iã alii.xv.ordines locabanſ: ex quibus lani
ordo unuſquiſq; tres partes
hẽbat: eaꝝ unãquãq; primũ Primus
pilum uocabãt. Trib⁹ ex ue pilus
xillis cõſtabat uexillũ.clxxx-
iii.hoies erãt.Primũ uexillũ
Triarios ducebat ueteranũ Triarii
militẽ ſpectatæ uirtutis.Se-
cundũ Rorarios minus ro- Rorarii
boris ætate,factiſq;.Tertiũ
Accenſos minimæ fiduciæ Accenſi
manũ eo & in poſtremam
aciẽ reiiciebãtur. Vbi his or
dinibus exercitus inſtruct⁹
eſſet Haſtati ordinem primum pugnã ineabant.℣ Quantam
non &c.Marius has aues Romanis legiõibus in ſecũdo
cõſulatu ſuo ꝓprie dicauit:teſte Plinio: q ẽt ſcribit pene-
traſſe aliqñ in caſtra gratia unguentorꝝ ita:ut aquilæ, ac
ſigna puluerulenta feſtis diebus iniungerẽtur. Vt aũt aq
læ ſigna militum comitarenſ a felici augurio natũ eſt(au
ctore Seruio)qđ Iuppiter ad bellum egrediens aduerſus
Saturnũ:uiſo aquilæ augurio ſit uictoriã cõſecut⁹. Fuit
& inter ſigna militaria Porci effigies quintum locũ obti
nẽs:qa cõfecto bello:inter quos pax fieret cæſa porca fœ
dus firmare ſolebãt.Item effigies Minotauri(ut alia præ
teream)quoniã nõ minus occulta eſſe debent ducũ con-
ſilia:q̃ fuit eius domicilium Labyrinthus.

Cur aq-læ ſigna militũ cõmita-bantur

Porci effigies inter ſigna militaria

Minotauri effigies

PAV. MAR.

ℂ Quis ſenſerat equos ſororis:Lunæ.℣ Ire per hæc: oia
duodecim ſigna.℣ Vno menſe:nam ſpaciũ ſignorum per
zodiacũ:quod Sol duodecim mẽſibus decurrit,Luna ſin
gulis mẽſibus cõficit. ℣ Sidera currebãt libera:q̃ſi nõdũ
latinorũ obſeruatione ꝓcepta.℣ Nõ obſeruata per annũ
& ob id libera:qa nõ obſeruata ꝓ anni ratione.℣ Sed tñ
conſtabat eſſe Deos:qui ſideribus noia dederant:non tñ
intelligebant ſiderũ rationem.℣ Illi:cõditores urbis: aut
ipſi ueteres.℣ Non tenebãt:nõ intelligebant. ℣ Signa la
bentia cælo:ratiõem occaſus ſiderũ:ſic nec ortus. ℣ Sed
ſua:tenebãt quæ tũ ſui iuris erãt:tenebãt ſua ſigna:qbus
in bellũ ꝓdibãt.℣ Quæ ſigna pdere erat magnũ crimen:
nãꝙ magno ſcelere hẽbatur deſerere ſigna Romana:aut
hoſti cõcedere. Sed q̃ ſigna erant mox dicemus. ℣ Illa q-
dem fœno:prima Romanorꝝ ſigna fuere fœni manipuli:
unde manipulares milites dicti:quod ab occupatione Al
bæ ſumpſit initiũ.De quo Plu.cũ ſcribit Romulũ cũ pa-
ſtoribus in Amuliũ irruẽtẽ & Albã ingreſſum: Conſede-
re inquit in inferiore ciuitatis locõ: cum iam intromiſſæ
eſſent:& partem ipſius plurimam occupaſſent, Verutis
longis armati,falciculo ſtipularum adiuncto:quos latini
manipulos uocant.Vnde & nunc in exercitu pedites ab
his manipularii appellanſ:hæc ille. Veꝝ poſtea ſigna Ro
manorum fuere:aquilæ:lupi : leones:apri:minotauri:bo
ues.℣ Illa qdẽ:ſigna.i.℣ Fœno:ex fœno erãt. ℣ Sed erat
reuerentia fœni : nam omnes fœnum quod pro uexillo
ferebant:reuerebanſ nõ ſecus ac poſteri aquilas.℣ Quã
tam:tanta erat fœno reuerentia.℣ Quantam cernis:ui-
des o Germanice.℣ Habere nunc aquilas tuas: quas tu
fers in exercitu.Aquila enim erat, quæ legionem præce
debat:& unaquęq; legio ferebat aquilã.℣ Pertica longa:
non enim erat haſta expolita:ſed rudis pertica uelut ex
nemore erat auulſa portabat. ℣ Maniplos ſuſpenſos:
manipulum fœni.

ℂ Maniplaris:

ANT. FAN. ¶Maniplaris:Manipularis a fœni manipulis figurate dicti uersus gratia.¶ Mensibus egerũt &c. constituerunt annum decem mensium. Vnde consequens est ut lustrũ: idest quinquẽnium eius temporis minus sit nostro mensibus.x.cum hoc constet mẽsibus.xl.illud.l.¶ Seu quod ad usq; decẽ numero crescẽte uenitur:denarius numerus in honore fuit:non solũ qa decẽ digiti sunt i hoium manibus:& fœminæ decio mẽse pariũt:sed qa is primus limes dr numerorũ. ¶ Inde pares cẽtum denos secreuit in orbes Romulus:ex obseruatiõe denarii numeri fm̃ est:ut non mõ annus a Romulo in decẽ menses fuerit distributus:sed etiam centuriæ militũ in decurias. Sane Curiæ q̃ sub Romulo triginta fuerunt singulæ decẽ equites dederũt. Vnde Romulus tres eqtũ centurias habuit,& qui denis equitibus ꝑerant Decuriones dicebantur auctore Festo: qđ & Varro cõfirmat his uerbis:Primi singularũ decuriarũ Decuriões dicti:quo noie ẽt aliquãdo uocabaf q turmæ duoꝝ &.xxx.equitũ ꝑerat. Significat tn̄ & aliud decurionis nomen qđ intactũ relinqmus: cũ Laurentius Valla tpibus nostris ea de re nõ pauca tradiderit in elegantiis suis. Cæterũ nõ belli solũ,sed domi Cẽturiæ aliquãdo in decurias distribuẽ sunt. Liuius:Rẽ inter se cẽtum patres decẽ decuriis factis:singulisq; in singulas decurias creatis qui summæ reꝝ præessent consociãt. De decuriis Columella mediastimæ inqt classes nõ maiores q̃ denum hominum faciundæ:quas decurias appellauerũt antiq. Est autẽ ordo: Romulus secreuit cẽtum in denos orbes pares. Quod si trium Centuriaꝝ eqtum diuisionẽ acceperis,ordo erit: Secreuit centum pares in denos orbes. Sed placet superior expositio.¶ Hastatos instituitq; decem: non est existimandũ decẽ tm̄ hastatos fuisse sub Romulo.quo regnante:anteq̃ Tatius humanis rebus excederet. Plutarchus auctor est legionẽ ad sex millia peditũ & sexcentos eqtes excreuisse. Romulũ ergo dicit hastatoꝝ centurias in decurias discreuisse:quẽadmodũ & principũ pilanorũq;. Est igit assueratio eius sniæ:Pares centũ denos secreuit in orbes. Legimus maiores nostros cohortes in cẽturias: & centurias i cõtubernia diuisisse:ut decẽ militibus sub uno papilione degentibus unus ꝑesset Decanus:q caput cõtubernii dicebat:ut Vegetio placet:q ẽt inquit hastatos olim in acie secunda pugnasse:ut in prima principes:in tertia qui & Triarii uocabanf. Alii aliter scribunt. Veꝝ enim est quod diximus mutari militiæ disciplinã. Hastati uero dicti sunt(ut Varro scribit) q̃ hastis pugnarẽt:ut Pilani q̃ pilis quæ tela erãt ferro subtili trigono præfixa:pedalique siue unciaꝝ nouẽ. Principes uero (ut idem inquit) a principio gladiis pugnauerunt:qui postea cõmutata re militari minus illustres fuere. Ab his & principia in castris:& principalem portã dictã existimãt: cuius meminit Festus. Sane Hælianus bellatores:qui pedibus suis i terra nituñ in tres partes diuidit: Armatos, Peltatos,Velites:quoꝝ armatos grauẽ:Peltatos ac Velites leuẽ armaturã inquit appellari. Ex eqtibus autẽ qui in Turmas diuidi cõsueuerũt. Alios esse docet Cataphractos:qui toti armis tegunf. Alios Ferentarios:q arcu uel iaculis solent eminus dimicare. Alios Hastatos: qui manus conferunt & hasta cominus decertant: quorũ alios scutum gerere & scutatos dici. Alios tradit sine scuto hasta pugnare:quos inquit & Hastatos & Contatos nocari. Idem etiam docet nullam hastam sumi oportere decem cubitis breuiorem.

Scutati
Cõrati
Hastati

¶ Inde:ab his fœni manipulis.¶ Miles maniplaris:p̃ manipularis.¶ Habet nomina quia inde manipulares dicti sunt. Et Varro inqt Manipulos exercitus minimas manus:quæ unum signum sequunt signum.¶ Ergo:ut cõcludat simplicitate quadã: & siderum imperitia:Annus tãdẽ.x.mensium constitutus est.¶ Ergo ai indociles:q nihil discere poterant.¶ Et ad hæc carentes rõne:pro rõnibus.l.rõe cat sis:quas ignorabãt.¶ Eget sit:cõstituerũt.¶ Lustra minora.x.mensibus:nam ut minores annis ita minora lustra. Lustrũ.n. cum sit spatium qnq; annorũ:ut superius ostendimus: & annus constaret ex.x.mensibus,Continebat tantũmõ illud.L.menses:& cũ cõputatur annus ex.xii.mẽsibus lustrum cõstabit ex.lx.sic eo tpe.x.mẽsibus erat minus. Licet post Romulũ a Tullo Hostilio lusꝝ fuerit instituũ: sed per hæc uerba poeta uoluit ostẽdere anno naturali: duos menses a principio defuisse.¶ Annus erat: decimo quoq; lunæ peracto cursum ciuilem tunc annum cõputabant:ex eo quod denarius numerus perfectior sit, & in honore erat: uel quia.x. digitos continent hominum manus:uel quod decimo mense parit fœmina: uel quia cum numeramus ad decimum usq; ascendimus.¶ Erat annus cum Luna receperat orbem decimum:cum dies in rotunditatem se replesset.¶ Hic numerus: denarius.s.¶ Erat tũc:Romuli ꝑe.¶ In magno honore:ex qua perfectior numerus.¶ Seu quia tot digiti sunt.s.in hominũ manibus.¶ Per quos solemus numerare:plerunq; enim digitis numeros computamus.¶ Seu quia fœmina parit bisquino: hoc est decimo mense: de quo plura circa principium primi libri diximus.¶ Seu quod uenimus usq; ad decimum numero crescente cum numeramus,ascendimus usq; ad.x.postea resumitur primus numerus decimo additus: ut.x. postea.xi.xx. postea.xxi. sic de reliquis.¶ Inde:a decem.¶ Sumitur principium numeri: scilicet quod est illud unum.¶ Nouis spatiis:per quæ numeramus.¶ Inde pares: non modo in anni computatione seruatus est denarius numerus: sed etiam in militia cum Centurias, Hastatos, Principes,Pilanos, Equites,& omnes ordines denario numero diuisit. Quod ut facilius intelligatur ordinem aciei referemus:qui postea seruatus est:in plures ordines instruebantur. Ordo enim sexagenos milites:duos Centuriones: Vexillarium unũ habebat. Leues autem qui hastam tantũm gesaq; gererent,uocabantur. Hæc prima frons in acie florem iuuenum pubescentium ad militiam habebat. Robustior inde ætas:totidem manipulorum: quibus principibus est nomen. Has sequebantur Scutati omnes: insignibus maxime armis. Hoc trigesimũ manipulorum agmen. Ante Pilanos appellabant:quia sub signis iam alii quindecim ordines locabantur. Ex quibus ordo unusquisq; tres partes habebat:earum unamquamq; primumpilum uocabant: tribus ex uexillis constabat. Vexillum clxxxiii. homines erant. Primum uexillum Triarios ducebat ueteranum militem spectatæ uirtutis. Secun-

Denari⁹ numer⁹ in honore

Tres eq tum cẽturiæ Decuriones

Cohors
Cẽturia
Contubernia
Principes
Hastati
Triarii
Hastati
Pilani
Principes
Pricipalis porta
Armati
Peltati
Velites
Cataphracti equites
Ferentarii

De lustro minore tẽpore Romuli

De numero denario

Inde maniplaris nomina miles habet.
Ergo animi indociles,& adhuc ratione carentes
Mensibus egerunt lustra minora decem.
Annus erat: decimum cum Luna receperat orbẽ:
Hic numerus magno tunc in honore fuit.
Seu quia tot digiti,per quos numerare solemus:
Seu quia bisquino fœmina mense parit.
Seu q̃ ad usq; decem numero crescente uenitur:
Principium spaciis sumitur inde nouis.
Inde pares centum denos secreuit in orbes
Romulus:Hastatos instituitq; decem.

dum Rorarios minus roboris ætate: factisq;. Tertium Accensos: minime fiduciæ manu: eo & in postremam aciē reiiciebantur: ubi his ordinibus exercitus instructus eēt. Hastati omnium primum pugnam ineibant. Si Hastati p fligare hostem non possent: pede presso: eos retrocedentes in interualla ordinum principes recipiebant. Tum principum pugna erat: Hastati sequebantur. Triarii sub uexillis considebāt: sinistro crure porrecto: scuta innixa humeris: hastas subere cta cuspide in terra fixas: haud secus: q̄ uallo septa inhorreret acies tenentes. Si apud principes quoq; haud satis prospere esset pugnatum a prima acie ad Triarios sensim referebantur. Inde rem ad Triarios rediisse cū laboratur: prouerbio increbuit. Triarii cōsurgentes ubi in interualla ordinum suorum principes & hastatos recepissent: exemplo compersis ordinibus uelut claudebāt uias unoq; continente agmine. Iam nulla spe post relicta in hostes incidebant. id erat formidolosissimum hosti: cum uelut uictos insequuti nouam repente aciem exurgentem: auctam numero cernebant. Hæc ex Liui. viii. primæ deca. libro. ¶ Inde: ex ea ratione denarii numeri. ¶ Romulus secreuit: diuisit. ¶ Centum: Centurias ipsas: quæ (ut Varro inq̄t) sub uno Centurione sunt: quarum centenarius iustus numerus. ¶ Inde nos orbes pares: in decē ęquas circūnumerationes. nā denario numero diuisit. ¶ Et istituit. x. hastatos: quo denario quoq; numero diuisit: nam in singulis ordinibus. x. erāt: & postea ad sexagenos auctus est numerus. Hastati (ut Varro inquit) dicti qui primi hastis pugnabant.

Et totidem princeps totidem pilanus habebat
Corpora: legitimo quiq; merebat equo.
Quinetiam partes totidem Tatiensibus ille,
Quosq; uocant Ramnes, Luceribusq; dedit.
Assuetos igitur numeros seruauit in anno:

ANT. FAN. ¶ Et totidem princeps totidem pilanus habebat Corpora: principum ac pilanorum decani præfecti contuberniis, siue manipulis totidem: hoc est decem militibus prę erant: & decuriones, decani, duces, primi, ac præstites dicebantur: ut auctor est Hælianus: qui tradit ultimum in decuria tergiductorē appellari. Neq; enim placet hoc loco: ut per principem accipias primæ cohortis Centurionem. Lege Vegetium ne tibi omnia recitem. Laurentius Valla docet primipilum: qui primipilatum gerit: primipilarem uero qui gessit nuncupari. Liuius de primipilo: Centurio erat quem nunc primipilum appellant. ¶ Legitimo: non strigoso, sed quali legitimum equitem uehi oportebat ne a censoribus notaretur. Diximus supra equites quoq; fuisse in decurias distributos. ¶ Quin etiam partes totidem Titiensibus ille Quosq; uocant Ramnes, Luceribusq; dedit: cōstat tres partes popu. Roma. fuisse sub Romulo: quas tribus dixerunt. unam Titiensium a T. Tatio duce Sabinorum appellatam. Aliā Ramnensium a Romulo. Tertiam Lucerum: quorum nominis & originis causa incerta est: ut Liuius scribit: quāuis Festus Luceres doceat appellatos a Lucero Ardeæ rege: qui Romulo aduersus Tatium bellanti auxilio fuit. Varro autem a Lucumonibus: quod quidam id uocabulum Thuscum existimauerint. Ferunt enim Romulum (ut scribit Seruius) dimicantem contra T. Tatium a Lucumonibus auxilia postulasse. Vnde quidam uenit cum exercitu: cui iam recepto T. Tatio pars urbis data est: a quo in urbe Thuscus uicus nomen accepit. Thuscia enim (ut idem inquit). xii. Lucumones habuit: idest reges. ut Gens illi triplex populi sub gente quaterni. Plutarchus uero a luco Asyli Luceres dictos putat: in quem multi fuga delati ciuitate donati sunt. Has tribus tres fuisse nomen ipsum declarat: a quibus tribuni dicti.

Tergiductor

Primipilus Primipilaris

Tribus tres Titiēles Ramnēles Luceres

Thusc⁹ uicus Lucomones xii.

Tribūi

Vnaquæq; autem tribus decem cōtinuit Curias: auctore Plutarcho. Vnde origo fuit turmæ dictæ: q̄ ter deni equites e tribubus tribubus darentur: auctoribus Festo & Varrone. Sciendum Titiensem tribum: quam pleriq; nō recte Tatiensem dicunt: a T. Tatii prænomine appellatam esse: auctore Festo: cuius locum depranatum inueni: secundum quem ea tribus Titiensis dicēda est nō Tatiensis. Illud quoq; non ignorandum quod admonet Columella multiplicatas tribus nomen pristinuz retinere: sicut Cēturia a cētū iugeribus uocata: ut idē inquit. Mox duplicata idem nomen retinuit. Vnde ait Festus: Centuriam in agris significare ducenta iugera: in re militari centum homines. Idem Romæ inquit. xxxv. tribus curias appellari.

Turma

Cēturia in agris Cēturia in re militari PAV. MAR.

¶ Et totidē corpora habebat princeps: hoc est principū numerus continebat. x. milites. nam & denario numero diuisi principes: qui (ut ostēdit Varro) a principio gladiis pugnabant: & post commutata re militari minis illustria sunt. ¶ Totidem corpora habebat pilanus: nam & pilanorum numerus in denos quoq; diuidebatur. Pilani qui pilis pugnabant. Verum (ut Var. inquit) Pilani Triarii quoq; dicti: q̄ in acie triario ordine: extremis subsidio deponebantur: quod hi subsidebant ab eo subsidium dictum: a quo Plau. Agite nunc subsidite omnes: quasi solēt triarii. ¶ Et qui: & ille qui. ¶ Merebat: militabat. Sed merere sine diphthongo scribere: stipendiis militare est. nam poeta in Amoribus ait: Iussit & in castris æra merere suis. ¶ Equo legitimo: lege sibi concesso: nec corrupte legas hunc locum: ut alii fecere: Quisq; merebat equo: non enim quisq; sed quiq; dicendum est: nam de equitū turma intelligit in denas quoq; partes diuisa. nā in unaquaq; tribu decem. Turma enim (ut ostendit Var.) Terma est. e in u abiit: quod ter deni equites ex tribubus Titiensium, Ramnensium, & Lucerum fiebant. Itaq; primi singularum decuriarum Decuriones dicti: qui ab eo in singulis turmis sunt: & nunc terni. ¶ Quin: etiam. ¶ Ille: Romulus. ¶ Dedit totidem partes Titiensibus & Luceribus: & quas uocant Ram. etiā denario numero diuisit tribus Titiensem, Ramnensem, & Lucerem: nam unaquæq; tribus in decurias decem diuisa est. De harum appellatione ita Var. inquit: Ager Romanus primum diuisus in partes tris. A quo tribus appellata: Titiensium, Ramnēsium, & Lucerum nominatæ: ut ait Ennius Titienses a Tatio. Ramnēses a Romulo. Luceres (ut ait Iunius) a Lucomone. Sed omnia hæc uocabula Thusca: ut uolum⁹: qui Tragœdias Thuscas scripsit dicebat. Et Pompeius inquit Titiensem tribum a prænomine Tatii regis appellatam uideri. & Titiam quoq; curiam ab eodem rege dictam. Et Plutarchus asserit: In compositione rerum cum Sabinis Centurias tres descriptas & appellatas: primā a Romulo Rānensem: alterā Titiēlem a Tatio: & a Luco Lucerē. ubi erat constitutū Asylli tēplū. Cēturiæ trib⁹ dictæ sunt: q iis ꝑerāt tribuni uocati. Pōpeius aūt inqt Lucerēles & Luceres: q̄ ps tertia po. Ro. ē distributa a Tatio & Romulo: appellati sūt a Luceo Ardeę rege: q auxilio fuit Romulo aduersus Tatiū. ¶ Assuetos: cū & i diuisiōe ppli: de quo supi⁹ & in militia denariū seruasset numez: seruauit & i anno ea ēt rōne: quā a pncipio retulim⁹: p totidē mēses a funere cōiugis uxor Sustinet i uidua tristia signa domo. ¶ Seruauit igit: Romulus. ¶ Numeros assuetos: & i populo & in militia seruauit ēt. ¶ In anno: in anni ratione.

Vnaquæq; tribus hēbat de cē decurias

Mereo quot habeat significata

Luceres dicti a Luceo Ardeæ rege

¶ Hoc

ANT. FAN. Lugēdi modus

¶Hoc luget ſpatio.&c.Numa Pompilius lugēdi modū ſtatuit:auctore Plutarcho:uoluitq; puerum non lugeri citra trimatum:licere autem natu grandiores lugere tot menſibus quot annos uixiſſent ad decem uſq;:prolixiore uero fletu ætatem lugere nullam:ſed longiſſimum tēpus eſſe menſium decem.¶Frondes ſunt in honore nouæ: ingrediente Martio(ut inquit Macrobius)in regia, curiiſq;,atq; Flaminum domibus laureæ ueteres nouis laureis mutabātur.¶Ianua tunc &c. domus regis ſacrorum:quem & regē ſacrificulum uocant calendis Martiis ornari noua lauro conſueuit:quę arbor ē Phœbi.¶Curia priſca: de hac Varro:Curiæ inquit duorū generum ubi curarēt ſacerdotes res diuinas:ut Curiæ ueteres.& ubi Senatus humanas:ut curia Hoſtilia: quā primus ædificauit Hoſtilius rex:ante hanc roſtra.¶Laurea cana:calēdis Martiis & laureæ ueteres ædis Veſtæ mutabantur: & accendebatur nouus ignis: teſte Solino.Iliacos autem focos dicit: quia Aeneas Veſtæ ſacra ex Troia dicit attuliſſe.Vnde illud eſt:Et uos uirginea lucentes ſemper in ara Laomedonteæ Troiana altaria flammæ.¶Anna:huius ſupra fecimus mentionem: quam perennam uocarunt ut ſuo loco dicemus: & celebrarunt hoc menſe: ut annare, perennareq; commode liceret.¶Hinc etiam ueteres initi memorantur honores Ad ſpacium belli perfide Pœne tui:lege Liuium:apud quem inuenies & poſt ſecundum bellum Punicū idibus Martiis initū cōſulatū.

PAV. MAR.

¶Hoc ſpatio.x.menſium.¶Fœmina mœſta: uidua. & ob id mœſta.¶Luget uirum:uiri mortem. decem enim mēſibus lugubris ſeſe domi continebat:ut in primo lib. oſtendimus.¶Neu dubites:ut cōſtet calen.Martias fuiſſe anni principium:ea ſigna refert:quæ in principio huius libri retulimus ex Macro.& in regia,& i curiis,& in flaminum domibus,& in templo Veſtæ laureas ueteres nouis mutari.Quod quia olim in principio anni Romulei fiebat:ſeruabatur etiam ſuo tempore:& nouus ignis a Veſtalibus accendebatur.¶Neu:ut nō.¶Dubites: ſed ut certior fias.¶Quin:quod ita hoc in loco exponat qn pro quod.nam crebrum hoc reperitur in epiſtolis Ciceronis.ut Non dubito quin eo ſis animo:quo ego eſſem: ſiquid tu me rogares:hoc eſt certus ſum q; eo ſis animo: quo ego eſſem. Terentius:Non dubium eſt quin uxorē nolit:quaſi certum eſt q; nolit. Ponitur etiam pro quid non.ut eſt illud Saluſtianum:Quin igitur expergiſcimini.Ponitur etiam pro inſuper:ut apud Virgilium: Quin protinus omnem Perlegerent oculis:ergo hoc in loco.¶Neu dubites:certus ſis.¶Quin:quod.¶Fuerint ante primæ calen.Martii menſis fuerint prius primæ: nam in anni principio.¶Laurea quæ perſtitit toto anno flaminibus:corona ex Lauro: quæ a principio anni ad finē permanſit:aut pepēdit in Flaminum domibus.¶Tollitur: remouetur.¶Et nouæ frondes ſunt in honore: nam reiecta ueteri laurea:noua apponit.¶Tunc:calendis Martiis.¶Ianua regis:ianua regiæ:& de regia conſulum intelligē:quæ erat in palatio.¶Viret:uiridis tūc uidetur.¶Poſita arbore Phœbi:appoſita lauro:quæ ſub Phœbi tutela eſt propter Daphnem uirginem:quam amauit in eam arborem demutatam.¶Curia priſca:quaſi uirēs ut etiam uetus curia.¶Itidem:ſimiliter.¶Ante tuas fores:appoſita ſcilicet lauro:nam illud repetendum poſita arbore Phœbi, Curiæ(ut Var.inquit)duorum generum: nam & ubi curarent ſacerdotes res diuinas: ut Curiæ ueteres.& ubi ſenatus humanas:ut Curia hoſtilia: q; primus ædificauit Hoſtilius rex. Ante hāc roſtra:cuius id uocabulum ex hoſtibus capta fixa ſunt roſtra.Et alio loco inquit:Curia ubi ſenatus tempu. curat.Illa & etiam curia dicitur:ubi cura ſacrorum publica:ab his Curiōes.Et Pōpi.iii.de ſignificatu uer. Curia inquit locus eſt ubi publicas curas gerebant. Calabra curia dicebatur: ubi tātum ratio ſacrorum gerebatur.Curiæ etiam nominā tur:in quibus uniuſcuiuſq; partis po.Ro.quid geritur. Quales ſunt hæ quas Romulus populum diſtribuit numero trigeſimo. Quibus poſtea additæ ſunt quinq; ita:ut in ſua quiſq; curia ſacra publica faceret:feriaſq; obſeruaret Hiſq; curiis ſingulis nomina curiarum uirginū impoſita eſſe dicuntur: quas uirgines quondam Romani de Sabinis rapuerant.¶Laurea cana: laurea uetus.nam canas ſenes dicimus a canis crinibus.¶Cedit ab Iliacis focis:remouetur a templo Veſtę:cuius ſacra ex Ilio aduecta.¶Vt Veſta quoq; niteat:ut Veſtalis ara:aut templi ianua.¶Niteat uelata:tecta.¶Folio recenti: nouis lauri frondibus.nam inde etiam ueteres laureæ remouebantur:& nouæ ponebātur.¶Adde:ad hæc quod dicitur fieri nouus ignis in æde arcana:in penetralibus Veſtæ nouus ignis accenditur:arcana dixit:quia non licebat ingredi maribus.¶Flamma refecta: noua quæ tum ſuccenſa.¶Capit uires:cum paulatim uehementius accendatur.¶Nec:& ex hoc etiam argui poteſt menſem hunc anni principium fuiſſe quod in eo mēſe: ut & Macro. aſſerit ad Annam perennam ſacrificatum itur:ut annare,perennareq; cōmode liceat:quodq; calēdis Martiis comitia auſpicabātur:qui quidem mos uſq; ad bella Punica ſeruatus eſt. Tunc enim primum cœpere auſpicari comitia calendis Ianua. Alia ratio: cum dicamus Quintilem quinto loco: ſic Sextilem ſexto:ſic uſq; ad Decembrem:qui eſt ultimus & decimus a Martio: ſignificat Martium fuiſſe primum.¶Nec mihi parua fides: ſed magna fides habenda eſt:quaſi credendum eſt.¶Hunc: a Martio.¶Eſſe:fuiſſe.¶Annos priores: incepiſſe ueteres annos: ſeu anni principia fuiſſe.¶Quod hoc menſe eſt cœpta coli Anna perenna:quod hoc menſe Martio cœpere fieri ſacrificia Annæ perennæ:cum eſſet tunc anni principium: quo(ut Macro. inquit) annare & perēnare commode liceret.Sed de Anna inferius dicemus.¶Hinc:ex hoc menſe.¶Memorantur: referuntur.¶Initi:ab ineo is.¶Honores ueteres: magīſtratꝰ priſci.quaſi referunt comitia auſpicata & initi magiſtratus.

Hoc luget ſpatio fœmina mœſta uirum.
Neu dubites,primæ fuerint quin ante calendæ
Martis:ad hæc animum ſigna referre potes.
Laurea,flaminibus quæ toto perſtitit anno:
Tollitur:& frondes ſunt in honore nouæ.
Ianua tunc regis poſita uiret arbore Phœbi:
Ante tuas itidem curia priſca fores.
Veſta quoq; ut folio niteat uelata recenti:
Cedit ab Iliacis laurea cana focis.
Adde q; arcana fieri nouus ignis in æde
Dicitur:& uires flamma refecta capit.
Nec mihi parua fides annos hinc eſſe priores:
Anna q; hoc cœpta eſt menſe perenna coli.
Hinc etiam ueteres initi memorantur honores
Ad ſpacium belli perfide Pœne tui.
Deniq; quintus ab hoc fuerat Quintilis:& inde
Incipit,a numero nomina quiſquis habet.

Laureæ ueteres nouis mutabātur

Curia duplex

Curia uetus

Calabra Curiata Tributa

Nouus ignis accendebatur

De anna perēna

Cures oliuiferę

Quin.p quod in hoc loco

Honor enim (ut Calistratus iurisco. inquit) est municipalis administratio reipublicæ cum dignitatis gradu: siue cum sumptu:siue cum erogatione contingens. ¶ Ad spatium:quasi usq; ad tempus. ¶ O Pœne perfide:o Afri seu Carthaginēses fœdifragi:de quibus Sillius: Te Marte siniſtro luratumq; Ioui fœdus:conuentaq; parum Syrtentis foliis & caule magno. Eundem philosophum Aristoxenus ait cuncta animata in cibum permisisse præter bouem aratorem, arietemq;. Et Liuius: Seruio Tullio regnante Romæ in ultima Italiæ ora circa Metapontum, Heracleamq;, & Crotonam iuuenum æmulantiū studia cœtus habuisse. Dionysius quoq; scribit fieri non potuisse ut Numa Pythagoræ Samii discipulus fuerit. ¶ Qui posse renasci nos putat:notum est uoluisse Pythagoram esse animas immortales:& renasci nos animis in noua corpora transeūtibus. Ouidius alibi: Quoniam nō corpora solum Verum etiam uolucres animæ sumus:inq; ferinas Possumus ire domos: pecudumq; in uiscera condi.

Pœni fœdifragi

Primus oliuiferis Romam deductus ab aruis
Pompilius menses sensit abesse duos.
Siue erat a Samio doctus qui posse renasci

¶ Primus:& primo libro diximus anno Romuleo Numam duos menses addidisse. Nunc idem refert: Romulus annum decem mensium computarat a Martio incipientem:qui conficeretur diebus. cccliii. ut sex menses: Aprilis, Iunius, Sextilis, September, Nouember, Decemberi tricenum essent dierum. Quatuor uero: Martius, Maius, Quintilis, October: tricenis & singulis expedirentur. Numa quinquaginta dies addidit: ut in.ccclviii. dies: quibus duodecim Lunæ cursus confici credebat, annus extenderetur. His quinquaginta a se additis adiecit alios sex retractos illis mensibus sex:qui.xx. habebāt dies.i.de singulis singulos:factoq; qnquaginta & sex dies in duos nouos mēses pari ratiōe diuisit:ac de duobus priorem Ianuarium nuncupauit. Secundum dicauit Februo Deo lustrationum. Paulopost in honorem imparis numeri:secretum hoc:& ante Pythagoram parturiēte natura. Vnum adiecit diem: quem Ianuario dedit: ut tam in anno q̄ in mensibus singulis: præter unum Februarium impar numerus seruaretur. Nam quia duodecim menses si singuli: aut pari impari numero putarentur:consumationem parem facerent. Vnus pari numero institutus uniuersam putationem imparem fecit: Ianuarius, Aprilis, Iunius, Sextilis, September, Nouember, December. Vnde tricenis censebantur diebus: Martius, Maius, Quintilis, October dies tricenos singulos possidebant. Solus Februarius uiginti & octo retinuit dies:quasi inferis & diminutio & par numerus conueniret. Hæc ex Macrobio de anno a Numa istituto:cui postea Cæsar addidit decem dies:& instituit in fine cuiusq; quarti anni:ut dies unus intercalaris adderetur ad supplementum quartæ partis diei:sed de his in principio diximus. Si quis plenam aut cumulatam rationem intercalationis scire cupit: legat ipsum Macrobium. ¶ Primus Pompilius: Numa Pompilius Pompilii Pomponii uiri illustris filius. ¶ Deductus Romam ab aruis oliuiferis: accitus in regem ex Sabinis aruis olea abundantibus. Respexit poeta ad sua tempora:non autem ad tempora Numæ: nam & Plinio referente oleam Theophrastus celeberrimus Græcorum auctoribus urbis Romæ anno circiter .cccexl. negauit: nisi intra.xl. millia pas. a mari nasci. Fenestella uero omnino non fuisse in Italia, Hispania, atq; Africa Tarquinio Prisco regnāte: ab annis popul. Roma.clxxxiii. Ergo Numæ tempore oliuiferi non erant. ¶ Sensit Numa habesse duos menses:anno scilicet a Romulo constituto: sensit deesse mensem, qui Iano Deo principiorum debebatur. & alterum qui Deo purgationum. ¶ Siue doctus:hæc scilicet quæ instituit. ¶ A Samio:a Pythagora philosopho:qui Samius fuit ex Samo Ionica. ¶ Qui:Pythagoras. ¶ Putat nos posse renasci:putat animam eē immortalem:ut est. Sed cum a corpore

PAV. MAR. Annus p Numaj istitutus

De ordine anni secundū diuersos auctores digna quę uam

Quatuor ætatibus Pythagoras posterior fuit anuma Po.

ANT. FAN. Pythagoras Samius

Pythagoras Italicæ philosophiæ auctor

Pythagoras Sptiata

corpore auellitur in alia quoq; corpora transire. De quo latius in Metamorphosi: O genus atonitum gelidæ formidine mortis: Quid styga: quid tenebras: & inania regna timetis Materiam uatum & reliqua. Numam multi uolunt Pythagoræ philosophi auditorem fuisse, sed (ut Dionysius inquit) repugnant tempora. Nam quatuor ætatibus posterior fuit Numa sextadecima olympiade media Romanum accepit imperium, Pythagoras post quinquagesimam olympiadem in Italia mansionem habuit. Præterea: quando a Romanis in regnum Numa euocatus est: nondum erat urbs Croto: ubi Pythagoræ sedes fuit: sed condita quatriennio post anno tertio decimæ septimæ olympiadis ita in ea urbe: quæ nondum fuerat: discipulus eius esse non potuit. De hoc eodem Liuius auctorem inquit doctrinæ eius: quia non extat alius: fallo Samiũ Pythagorã edũt. Quem Seruio Tullio regnante Romæ: cẽtum post annos amplius in ultima Italiæ ora circa Metapontũ: Herdeamq;, & Crotona: iuuenum æmulantium studia cœtus habuisse constat. Ex quibus locis, & si eiusdem ætatis fuisset, quæ fama in Sabinos: aut quo linguæ cõmertio quemquam ad cupiditatem discendi excitasset. Quo ue præsidio unus per tot gentes dissonas sermone, moribusq; peruenisset. Suopte igitur ingenio temperatum animum uirtutibus fuisse opinor magis: instructũq; non tam peregrinis artibus q̃ disciplina tetrica: ac tristi uetere Sabinorum: quo genere quondam nullum incorruptius fuit. Hæc ille. Plutarchus uero ubi aliorum opiniones retulit: & posteriorem Pythagoram dixit. Addit non hunc Pythagoram: sed Pythagoram Spartiatam: qui stadium in olympia uicisset: olympiade sextadecima cuius anno tertio Numa in regnum constitutus est: in Italiam errabundum uenisse: Numæq; congressum: ac simul regnum constituisse. Quare nonnulla ex Laconibus Romanis institutis doctore Pythagora admixta sunt: & reliqua. Sed ut de euocatiõe Numæ in regnum aliquid dicamus ex historiis nostris mutabimur: Post mortẽ Romuli cũ inter reges per annum regnassent: & plebs & regem exposceret: permissa est populo potestas: decreuerunt enim patres: ut cum populus regem iussisset id sic ratum esset: si patres auctores fierent. Tum interrex concione aduocata: Quod bonum: faustum, felixq; sit: inquit Quirites: regem create: ita patribus uisum est. Patres deinde si dignum: qui secundus a Romulo numeretur, creabitis: auctores fient. Adeo id gratum plebi fuit: ut ne uicti beneficio uiderentur: id modo scisceret: iuberentq;: ut senatus decerneret: qui Romæ regnaret. Inclyta iustitia: religioq; ea tempestate Numæ Pompilii erat. Curibus Sabinis habitabat, Consultissimus uir: ut in illa quisq; ætate eẽ poterat: omnis diuini: atq; humãi iuris. Audito nomine Numæ patres Romani: Quamquam inclinari opes ad Sabinos: rege inde sumpto uidebatur: tamen neq; se quisquam nec factionis suæ alium: nec denique patrum: aut ciuium quemquam præferre illi uiro ausi: ad unum omnes Numæ Pompilio regnum deferendum decernunt. Accitus sicut Romulus augurio urbe condenda regnũ adeptus. De se quoq; Deos consuli iussit. Inde ab augure: cui deinde honoris gratia: publicum id: perpetuumq; sacerdotium fuit: deductus in arcem lapidem ad meridiem uersus consedit. Augur ad leuam eius: capite uelato sedem cepit. Dextra manu baculum sine nodo aduncum tenens: quem lituum appellatur: inde ubi prospectum urbem, agrumq; capto, Deos precatus regiones ab oriente ad occasum determinauit. Dextras ad meridiem partes: læuasq; ad septentrionem esse dixit. Signũ contra quod longissime conspectum oculi ferebant: animo finiuit. Tum lituo in læuam manum translato: dextra in capite Numæ imposita: precatus ita est: Iuppiter pater: si fas est hunc Numam Pompilium: cuius ego caput teneo: regẽ Romæ eẽ: uti tu. signa nobis certa ac clara fint inter eos fines: quos feci. Tum peregit uerbis auspicia: quæ mitti uellet: quibus missis: declaratus rex Numa de templo descẽdit: qui regno ita potitus urbem nouam: conditam ui: & armis: iure: legibusq; ac moribus de integro cõdere parat. Sed hæc hactẽus. Quę ideo retuli: ut his quoq; commentariis adderem morem creandorum regum.

Variam opinionẽ de Pythagora

Etiã aliũ Pythagoram fuisse, tẽpore Numæ qui qñ constitutus fuerit ipso ẽm Liuium hic põit

Nos putat: Egeria siue monente sua.
Sed tamen errabant etiam tunc tempora: donec
Cæsaris in multis hæc quoq; cura fuit.

¶ Egeria siue monente sua: Egeriam Nympham nemoris Aricini amicam suam esse Numa Pompilius finxit ad affirmandam legum suarum auctoritatem: ut ferum populum religio molliret: existimantem omnia ab eo rege iussu Egeriæ fieri. Statius in siluis: sic sacra Numam, ritusq; colendos Mitis Aricino dictabat nympha sub antro. Hanc ueteres crediderunt unam eẽ e nouem musis: quibus Numa ædem construxit: qui hac ratione persuasit populo cum Egeria se habere congressum: cum multos ad conuiuium inuitasset: iisq; ante horam ductis nihil fere paratum esse ostenderet: eosdem uesperi cum duxisset magnificentissimum apparatum ostẽdit. Hæc nympha ab egerendo (ut Festo placet) Egeria dicta est: cui prægnantes sacrificabant: q̃ ad conceptum partum egerendum eis fauere putaretur. ¶ Sed tamen errabant etiam tunc tempora: nondum annus Solis cursui accommodatus fuerat. Lege Macrobium & Solinum. Iulius Cæsar postea rem tantum suscepit: impleuitq;: sed tum quoq; per sacerdotes uitio admisso Augustus annum reformauit. Non pigeret uarios intercalantium errores referre: nisi uereremur ne & ipsi obiter erraremus lectori fastidium afferentes.

AVT. FAN. Egeria

Egeria ab egerendo dicta

Annus constitutꝰ a Caio Cęsa. q nũc seruatur

¶ Siue monente: instruente, seu docente. ¶ Egeria sua: quam suam coniugem esse fingebat. Egeriam enim (ut Dionysius inquit) fabulati sunt nympham quandã fuisse Numam docentem sapientiam regiam. Alii non nympham sed musarum unam. De ea tamen plura inferius dabitur dicendi locus. ¶ Sed tamen: post Numæ ordinationem anni. ¶ Errare uidebantur tempora: q̃ a Solis cursu annus non conficiebatur: unde cœptum est intercalari Græcorum more: & in hoc etiam erratum est Cæsar: qui in Deos referendus erat. Rem dignam seratus: ut cælum prænosset: obseruauit cęlestia: & in primis solarem cursum: incrementum: & decremẽtum dierum. Nam cum Sol a Capricorno in Cancrum uenit dies crescunt: decrescunt uero cum a Cancro in Capricornum redit. Sic perpetua alternatione obseruata: ad eius rationem annum ciuilem constituit. Superaddito intercalari die in fine quarti cuiusq; anni: ut diximus etiam superius. ¶ Sed tamen etiam tunc: eo tempore a Numa ad Cæsarem. ¶ Errabant tempora: quia annus ad Solis cursum non perficiebatur: & menses uerni factum est eo errore ut hyberni aliquando essent. ¶ Donec: usq; quo. ¶ Hæc quoq; cura Cæsaris in multis: hæc etiã inter multas curas: tã bellicas q̃ urbanas. ¶ Fuit una: quasi fuit inter cæteros præcipua: ut annũ ad certiorẽ ordinem redigeret. Sed cum intercalationibus esset erratum: rem emẽdauit Augustus: sublato omni errore intercalari: ut diximus in primo quoq; libro.

PAV. MAR. Fabulosa q̃dam ex Dionysio de Numa & Pythagora

ANT. FAN.

¶Ille Deus:Iulius Cælar,q i Deos relatus ẽ(ut diximus supra)qđ Iuppiter ꝓmiserat Veneri.ut Hũc tu olim cælo spoliis oriẽtis onustũ Accipies securã uocabit hic quo qꝫ uotis. ☞Nec Deus ignotas hospes inire domos: sensus est:Voluit Deus cælũ inire nõ hospes:hoc est cæli penetralia ne ciuis eo ꝓcognito.☞Moras Solis: oẽ tps qđ ablumit donec Sol a Capricorno p Cãcrũ redit ad Capricornũ. ☞Exactis notis:signis exqsitis.Est,n.exigere iterdũ exqrere:ut Tps secũ ipsa modũqꝫ Exigit. & Sociisqꝫ exacta referre.Sunt autẽ oium anni dieꝫ notæ in Fastis: q colligunt.cccl xv.qbus anno intercalari unã adiici Cæsar instituit.☞E plẽo tpa quarta die: plenũ diẽ e quatuor tpibus.Est,n.figura hypallage.Dicit aũt diẽ q conficit ex q̃drãtibus quatuer:ut diximus supra:uocaturqꝫ dies intercalaris:qm̃, ut rõ Solis cõuẽiat, iterponit.legit etiã Quinta die:ut i hoc codice. ☞In lustrũ accedere debet: quarto anno intercalari debet cõsumata,i.pfecta ex q̃drantibus dies.De lustro diximus supra.☞Si licet occultos monitus audire Deorũ Vatibus:ut certe fama licere putat:uerecũde petit a Marte:quã ob cãm matronæ calendas Martias colant.☞Officiis uirilib?:bello.Vnde Numa(ut Plutar.arbitrat.)iõ Martiũ a Marte cognominatũ e prima sede mutauit:quod in oĩbus uellet rẽ urbanã bellicæ in honore ꝓferri.Ianus:uñ Ianuarius nomen habuit dſ ferũ & siluestrẽ cultũ i urbanũ,ciuilẽqꝫ mutasse.☞Dic mihi matrõæ cur tua festa colãt:cũ Romulus aduersus T.Tatiũ pugnãs fugientibus Romanis Ioui statori ædẽ nouisset.Exercitus restitit:& raptæ in medium pcesserũt ac pacem cõciliarunt:quã ob cãm dicatas matronis calẽdas Martias putãt:& Matronalia sacra(ut inqt Plutar.) eis tributa compositi belli monumẽtum. Hinc est quod Horatius dicit admirari Mecœnatẽ:ut ab eo calẽdæ Martiæ celebrent̃ q matronã,i.uxorẽ nõ hẽat:ut Martiis cælebs qđ agã calẽdis. Sciẽdũ matronã differre a matrefamilias.Matronã.n.dictã ꝓprie tradiderũt:ut placet A.Gel.q̃ in matrimonio cũ uiro cõuenisset:in eoqꝫ matrimõio mã sisset ẽt si liberi nõdũ nati forẽt.Mattẽ aũt familias eã esse uolũt:quæ in mariti manu mãcipioqꝫ est:aut in eius i cuius maritus manu,mancipioqꝫ eẽt:qm̃ nõ in matrimonio tm̃:sed in familiã quoqꝫ mariti:& in sui hæredis locũ uenissent.Alii matronas uirgines nobiles dicũt:iidẽqꝫ mrefamilias,q̃ in matrimonio per coemptionẽ uenerũt: & p quãdã iuris solẽnitatẽ in mariti filiã migrarunt.Vlpianus aũt matrẽfamilias inqt accipe debemus eã:q̃ nõ inhoneste uixit:quãq̃ a cæteris fœminis mores discernũt.Vñ nihil intererit nupta ne sit an uidua, ingenua an libertina.Nã neqꝫ nuptiæ:neqꝫ natales matrẽfamilias faciũt: sed sed boni mores.Nonius:Veteres inqt matronã accepisse quæ semel pepigisset:Matrẽfamilias q̃ sæpius. Matronarũ (ut ait Seruius)crinales uittæ erãt q̃ meretricibus nõ dabãtur:sitr & stolæ.Vnde Festus matronas inquit appellabant eas fere qbus stolas habẽdi ius erat.Hæ(ut auctor est idem Festus)a magistratibus nõ summouebantur ne pulsari,cõtrectariqꝫ uiderent̃:neue grauidæ cõcuterent̃: nec eaꝫ uiri sedentes cum uxoribus in uehiculo descendere cogebant̃. Eodem auctore materfamiliæ non ante dicebatur q̃ uir eius paterfamiliç dictus esset:nec plures possunt hoc nomine in una familia appellari:quo nec uidua nec quæ sine filius est uocari potest.

¶Ille Deus:Cæsar,q iã in Deos relatus est. ☞Et auctor tantæ ꝓpaginis:tantæ; sobolis:quasi pr̃ Augusti: Au? Tiberii:& pauus tuus o Germanice.☞Nõ credidit hæc: hanc tẽpoꝫ curã.☞Esse minora:q̃si minus digna: se bñ cõuenientia.☞Suis officiis: muneribus & actionibus imperatoriis:tã in rebus bellicis q̃ urbanis.☞Voluit Cæsar ꝓnoscere cælũ:anteq̃ alcẽderet uoluit cognoscere indagatione:& obseruatione fideꝫ & cæli rõnẽ. ☞Promissum sibi: nã ꝓmiserat id Iuppiter Veneri a tpb? Aeneæ:qđ a Virgilio refert,Ioue loquẽtẽ introducẽs: Hũc tu olim cælo spoliis oriẽtis onusti Accipies.☞Nec Deus nec uoluit ipse Cæsar. ☞Hospes:tãq̃ hospes & peregrinus. ☞Inire: ingredi. ☞Domos ignotas: sed prę-

PAV. MAR.

Non hæc ille Deus,tantæq; propaginis auctor
Credidit officiis esse minora suis.
Promissumq; sibi uoluit prænoscere cælum:
Nec Deus ignotas hospes inire domos.
Ille moras Solis quibus in sua signa rediret:
Traditur exactis dispositisse notis.
Is decies senos tercentum & quinq; diebus
Iunxit,& e pleno tempora quinta die.
Hic anni modus est:in lustrum accedere debet,
Quæ consumatur partibus,una dies.
¶Si licet occultos monitus audire Deorum
Vatibus:ut certe fama licere putat.
Cum sis officiis Gradiue uirilibus aptus:
Dic mihi matronæ cur tua festa colant.
Sic ego,sic posita dixit mihi casside Mauors:

cognitas:uoluit ꝓnoscere loca cælestia:ad q̃ uẽtur? erat. ☞Ille tradit:dſ. ☞Dispositisse notis exactis:signis & terminis diffinitis & constitutis.☞Moras Solis:hoc est tempora q̃ eundo & redeũdo Sol absumit. Aut ipsa solstitia intellige:hybernũ & æstiuũ.tũc.n.remorari Sol uidetur:añ octauũ calẽdaꝫ Iuliaꝫ:& ante octauũ calẽdaꝫ Ianuariarum.☞Quibus moris:quibus solstitiis.☞Rediret in sua regna:rediret Sol e Cancro in Capricornũ: & e Capricorno in Cãcrũ.Ab his igit conuersionibus Solis.Nã cõuertit se Sol ex inferiore gradu Capricorni ad alterũ gradum Cãcri.Sic ex Cancro in Capricorno,ideo Græci Solstitiũ Tropitõ dicũt: cũ τροπὴ cõuersio sit.Cæsar constituit spaciũ ciuilis anni.☞Is:Cæsar.☞Iũgit:ad anni terminationẽ.☞Decies senos:sexagenos dies.☞Tercentũ & quinq; diebus:cõiunxit simul.cccl xv.dies.☞Et tpa qnta: quintos quosq; annos.☞Die expleto:die integro:q tunc intercalat̃.ut dum hæc pfiteremur: quo potius casus: q̃ rõ deduxit:eo,n.die hũc locum legimus:q qdẽ dies adintercalationẽ Februario supadditus est.Anno salutis.M. cccclxxvi.Tpa qnta dixit:nõ qđ qnis annis fiat intercalatio:sed qsaternis:hoc ẽ in fine cuiusq; anni.Sed qa de qnto in qntũ numerãdo utrũq; intercalatũ:ut q̃rtanã febrẽ dicimus:qa de quarto in quartum:& tñ duo sunt intermedii dies:sed numerat̃ a die febris ad alterã febrẽ:ita ab anno intercalationis ad alteram intercalationẽ:iõ subdit. ☞Hic ãni modus:terminus & diffinitio ãni.☞Dies una: intercalaris.☞Quæ cõsumat̃:perficitur & explet̃.☞Partibus:sensis cuiusq; anni horis:sic in fine quarti anni accipitur una dies integra.☞Debet accedere in lu. in quinquẽnium:nunq̃ in fine quinquẽnii addat̃ dies:sed numerando ab intercalato ad intercalatũ efficies qnariũ numerũ:ut a.lxxvi.ad.lxxx.qnariũ cõplecteris.☞Si licet:cũ uideat̃ poeta iã satis euagatus in hac anni disputatione:redit ad instituta:hoc ẽ ad ipsa festa.Calẽdis.n.Martiis Martis festũ a matrõis celebrat̃.Cãm poeta ab ipso Marte req rit:nõ.n.cõuenire uñ:ut mulieres colãt festa Dei armorũ ꝓfidis.☞Si licet:si fas est.☞Vatib? an.occul.mo.Deoꝫ: arcanas Deoꝫ istructiões:& eruditiões.☞Vt cer.fa.pu-

lice.ut

Intercalaris dies

Matronæ Martis festũ colebãt Matrõalia Matrona Mater familias

Matronaꝫ uittę & stolæ

Annus institutus a Iulio Cæsare dies ccclxvi. & sex horas

lice.ut dī & arbitrant oēs licēt:cū & uates hēant aliqd nu
minis.¶ Dic mihi a Gradiue:o Mars.& i fine ſupioris li-
bri dixim⁹q̄re Mars Graduus dictus:uel a gradiēdo:uel
ἀπὸ τοῦ χαίρειν:uel a gramie.¶ Cū ſis apt⁹ officiis & uirib⁹:
p Endyadim:hoc ē officiis uirilib⁹:nā ide Mars a marib⁹
dictus.¶ Cur matronæ eo,celebrēt.¶ Tua feſta:calēdas
tui mēſis:quo die eſt tuū feſtū.¶ Sic ego:ubi ita p̄cat⁹ ē
poeta:Mars dpoſita(ut ille
orauerat)galea rīdit:& hęc
primū ingt.¶ Aduocor nūc
primū i pacis ſtudia:q bellis
p̄ſū:placetq; & ſtudioſæ: &
pacis militiæ p̄eſſe,ne id ſoli
Palladi aſcribat.¶ Diſce igit
qđ tu ſtudioſe poeta requi-
ris:& relaturus cauſam: ab
urbis pricipio repetit.¶ Sic
ego:locutus ſum.¶ Sic dix.
Ma. Mars magna uortens.
¶ Poſita caſ.galea:ut ſupe-
rius orauerat:Et nitidas caſ
ſide ſalue comas.

ANT. FAN. ¶ In dextra miſſilis haſta fu
it:qa relatur⁹ ē bellū Sabio-
rum:quoꝝ eſt Curis.i.haſta.
uñ Romulus Quirin⁹ dict⁹.
¶ Nec piget incepti:liptote
ē & hoc dicit: Placet maiorē
in modū uerſari nunc in ſtu
diis pacis:ne Minerua mihi
anteferat: q̄ & bello & pacī
p̄eſt.¶ Latinoꝝ uat.opoſe
dieꝝ:cuius opa.i.labor abſu
mitur circa Faſtorum dies.
¶ Spes huius:magnifice ut
nūc ē.Proptius Oia Roma-
næ cedēt miracula terrę: Na
tura hic poſuit qcqd ubiq;
fuit.¶ Aſpice de cāna ſtraminibuſq; domō:Vir.in.viii.Ae.
Romuleoq; recēs horrebat regia culmo:ubi Seruius ait
Cala- bra curia Curiā Calabrā dici:quā Romulus texerat culmis.Ouid.
ſupra Romuli regiā caſā uocauit:ut Dū caſa Martigenā
capiebat pua Quirinū.Hęc poſtea ſūmę apd Romāos re
ligiōis fuit.¶ Et tū ex illo uenit in Aſtra toro:qa nō diui
tiis:ſed uirtute,cui⁹ comes ē gloria,cęlū petit.Ea eſt,q̄ iter
pādit ad ſupos:teſte Seneca.¶ Spnebat generos ſopes ui
cinia diues:Liui⁹ ſcribit miſiſſe Romulū q ſocietatē,cōnu
biūq; nouo opſo peterēt:legatoſq; nuſq̄ bēigne auditos.
PAV. MAR ¶ Sed tamē ha.miſ.fuit in dextra:ne penitus ab armis di
ſcederet:depoſuit galeā:& retinuit haſtā.Miſſilia tela dici
mus quæ lōge mitti p̄nt.¶ Deus utilis armis:ego q bel-
lis p̄ſum.& utilis ſum in re militari.¶ Nūc primū aduo-
cor ſtudiis pacis:ad pacis officia: q ſemp exercui bellica.
¶ Fero greſſus in noua caſtra:in militiā pacis,& poeticā.
Fero greſſus dixit:ut alluderet ſuo cognomini cū Gradi
uus a gradiēdo dicat.¶ Nō piget icepti:nō mihi graue ē
p̄ſeq; qd aggreſſus ſum.¶ Iuuat:delectat.¶ Morari:i mo
ra detineri.¶ Hac quoq; pte:hac ēt militia īraria:& pacis
ſtudio.¶ Ne Minerua:Pallas a minādo,ſiue minuēdo ut
alias dictū eſt.¶ Putet ſe ſolā poſſe hęc:putet ſe ſolā poſ
ſe utrūq;:& armis & paci ſeu īris p̄eſſe.¶ Diſce tu uates
opoſe:ſtudioſe.¶ Dieꝝ Latinoꝝ:Faſtoꝝ Romanorum.
¶ Qđ petis:hoc eſt cām cur matrōæ colāt mea feſta.¶ Et
no.d.pe.me.q̄ ego dicam memoria teneas.¶ Parua fuit:
cām ipſam aggrediēs principiū ab urbis initio ſumit uſ-

Sed tamen in dextra miſſilis haſta fuit.
Nunc primum ſtudiis pacis Deus utilis armis
Aduocor:& greſſus in noua caſtra fero.
Nec piget incepti:iuuat hac quoq; parte morari:
Hoc ſolum ne ſe poſſe Minerua putet.
Diſce Latinorum uates operoſe dierum
Quod petis:& memori pectore dicta nota.
Parua fuit(ſi prima uelis elementa referre)
Roma:ſed in parua ſpes tamen huius erat.
Mœnia iam ſtabant populis anguſta futuris
Credita,ſed turbæ tunc nimis ampla ſuæ.
Quæ fuerit noſtri ſi quæris regia nati:
Aſpice de canna,ſtraminibuſq; domum.
In ſtipula placidi capiebat munera ſomni:
Et tamen ex illo uenit in aſtra toro.
Iamq; loco maius nomen Romanus habebat:
Nec coniux illi,nec ſocer ullus erat.
Spernebat generos inopes uicinia diues:
Et male credebar ſanguinis auctor ego.
In ſtabulis habitaſſe,& oues pauiſſe nocebat:
Iugeraq; inculti pauca tenere ſoli.
Cum pare quæq; ſuo coeunt uolucreſq;,feræq;:
Atq; aliquam,de qua procreet,anguis habet.

q̄ ad raptū Sabinaꝝ: p quo illata ſunt Romanis bella.
Sed cū raptæ iā mītes cēnt bellū dirimerūt:de quo paulo
poſt addit & alias duas cās: uel qđ ilia de eo mī fuerit:
uel qa Iuno ē ei⁹ mī:qua rōne mītes colūt feſtū.Nunc hoc
primū dicit ab initio Romā fuiſſe paruā:ſed in illa ſpera
bat futura magnitudo.Regiāq; Romuli fuiſſe caſam exi
guā e paluſtri cāna:& i ſtipu
la ſolitū regeſcerī.Inde tū cæ
ſū aſcēdiſſe:cætera ſuo ordi-
ne p̄ſequemur.¶ Parua:in-
quit.¶ Fuit Roma ſi uelis
referī pria elemēta:q̄ſi ſi ue
lis memoria repetet ipſa ur
bis primordia.¶ Sed in par
ua:quanta tunc fuit.¶ Erat
ſpes huius:tāta quāta nunc
eſt:qa ab illa parua futuram
hāc urbis magnitudinē ſpe-
rabam⁹.¶ Iā ſtabāt mœnia:
Romana a Romulo condi
ta.¶ Anguſta:arcta:qa exi-
gua tūc urbs: quæ tū mille
paſſus ambitu cōplecteret.
Sic erāt tūc anguſta futuræ
multitudini.¶ Populis fu-
turis:q̄ſi quæ cape non poſ
ſet futurā multitudinē:adeo
coaluit populus Ro.¶ Sed
tūc:in ipſo pricipio.¶ Credi
ta ſunt nimis ampla turbæ
ſuæ:& ſi pexigua erat urbs
tū ampla & ſpatioſa erat ni
mis ipſis cōditorib⁹:qa non
erāt tot cū Romulo:ut eaꝝ
īplere poſſent.¶ Si quæris
quæ fuerit regia: domus re
gis.¶ Noſtri nati: Romuli.
¶ Aſpice domū de cāna:ex-
tructā e paluſtribus cannis.
¶ Et ſtraminib⁹:nā ſtramīe & tecta & iſtrata. Caſa Ro-
muli cānis & uiminib⁹ cōſtructa magnæ fuit apud poſte
ros religioni: & quoties de ea aliqđ uetuſtate fœdabat:
ſacerdotes inſtaurabāt:ut integra ſeruarēt.iō Mars Aſpi
ce dixit:qa etiā tūc ſuperat.de ea plura dixim⁹ in prio li-
bro.¶ Capiebat munera placidi ſomni:q̄ſi dormiēs Ro-
mulus regeſcebat.¶ In ſtipula:& eſt cōmēdatio Romuli
a modeſtia & frugalitate:qa nō regio luxu & ornatu ute
bat domi:nō delicate uiuebat: ſed duriter.nō in plumis
& ſericis toris:ſed in ſtipula regeſcebat.¶ Et tamē ex illo
toro:ex illa ſtipula.¶ Venit i aſtra:relatus ē in Deos.¶ Iā
q; loco maius:iā cœperat Romanū nomē apd finitimos
extolli:maiuſq; habebat q̄ re eſſet:iunctę tū affinitates cū
quoq̄ minime erāt:cū uicinæ ciuitates cōtēnerēt Roma-
nos generos:nec Romulus habebat Martis filius. Educa
tio p̄terea paſtoralis:& inopia nocebat.Aues & uenata
ialia habēt unde poſſint ſobolē ppagare: Roman⁹ ipſe
nō hēbat:nō repudiant externi:repudiabant Romani:cū
ita fieri uiderem iſpirauī mentē filio: initoq; conſilio ra-
puit ille uirgines:hæc nunc ingt Mars uſus eſt hac iſinua
tione:ut oſtēdat iuſtā fuiſſe cām rapiēdaꝝ uirginū.¶ Iam
q; Romanus hēbat maius nomē loco:erat po.Ro.iā ma-
ioris nois & famæ:q̄ ipſa re locus eēt: erat.n.urbs parui
nois.¶ Nec illi:Romano.¶ Erat coniux nec ullus ſocer:
nec coniugē,nec ſocerū hēbāt: qa cōtrahere affinitatem
cū his nemo uolebat.¶ Diues uicinia:Sabini & finitimi.
¶ Spernebat inopes generos:cōtēnebant illi & repudia

Cōmen datio Romu-li a pau-pertate

bãt Romanos generos:cũ essent lopes. ℣ Et egó: Mars. ℣ Male credebar:nõ credebar. ℣ Auctor sãguinis:nemo credebat Romulũ esse filiũ Martis. Et Liui.ingt:Ro.legatos circa uicinas gentes misit:q̃ societatẽ,cõnubiũq̃ nouo populo peterẽt:urbes quoq̃ ut cætera ex infimo nasci. Deinde qua sua uirtus ac Dii iuuẽt magnas opes:magnumq̃ nomẽ sibi facere: satis scire origini Romanę:& Deos assumsisse:& non defuturã uirtutem ꝓinde ne grauarent hoies cũ hoibus sanguinẽ ac genus miscere. Nusq̃ benigne legatio audita ẽ: adeo simul oẽs spernebant: simul tantã in medio crescẽtẽ molẽ sibi ac posteris suis metuebant:pierisq̃ rogitantibus dimissi:& quod fœmia quoq̃ Asylum aperuissent. Id.n.demũ compar cõnubiũ fore &c. ℣ Nocebat: Romulo. ℣ Habitasse in stabulis: cũ pastoribus. ℣ Et pauisse oues:nã educatus a Faustulo inter pastores aliqñ oues pauisse credit:& id illi nocebat: qa pudebat finitimos affinitates cõtrahẽr. ℣ Et nocebat tenere iugera parua:habere exiguũ agrum. Iugerum tñ est:quãtũ uno iugo boũ exarari põt. ℣ Soli inculti: non prius cultæ terræ. Ipsa ergo inopia cogebat habere repulsam. Et cõtemnebãt eos:& erãt(ut Diony.ingt)uicinæ urbes Romanis infensæ:cẽtauit Romulus & illas cõciliãdas:& ad ꝓpagandam sobolẽ cõtrahere cũ illis conubia:quod cũ alpuarent, Numitorẽ consuluit. Statutũq̃ ut ꝓraptum uirginũ ꝓmiscuũ affinitate iũgerẽt: qđ uim illatam ferrent æquiore aio:cætera paulopost. ℣ Quæq̃ uolucres:& quæq̃ feræ coeunt cũ suo pare:aues & siluestres bestiæ habẽt paria:cum qbus iungant. ℣ Atq̃ anguis:serpens. ℣ Habet aliquam de qua ꝓcreet:monet ex hoc loco cõmiserationẽ in Romanos:& indignationẽ in finitimos:quod & feræ & serpẽtes,qbus nihil est truculẽtius,habẽt parẽ:unde sobolẽ possint ꝓpagare: & Romanis miseris iniuria finitimoꝝ cõiugia non dant. ℣ Cõnubia:matrimonia:hoc est ipsæ coniuges dantur.

Externis dantur connubia gentibus:at,quæ
Romano uellet nubere:nulla fuit.
Indolui:patriamq̃ dedi tibi Romule mentem:
Tolle preces dixi:quod petis,arma dabunt.
Festa para Conso:Consus tibi cætera dicet:
Illo festa die dum sua sacra canes.

ANT. FAN. ℂ Externis dant cõnubia gẽtibus:nõ uidebat negãdum Romanis qđ i Italia cõcedebat græcis & barbaris. Dicũt hæc ad exculationẽ Romuli:ut uideat ad rapiẽdas Sabinas necessitate cõpulsus. ℣ Festa para Cõso:Cõsualia dicit:q̃(ut scribit Plutar.).xiiii.calẽdas Septẽbris celebrãt:q̃ eo die Sabinæ raptæ fuerint Cõsualib? simulatus:hoc est ludis quos(ut ingt Festus)i honorẽ Cõsi faciebãt:quem Deũ cõsilii putabãt. Vidẽs.n.Romulus deesse cõiugia ꝓ legatos ea petiit(ut diximus)a finitimis ciuitatib? : qbus negatis in honorẽ Cõsi.i.Neptuni equestris(ut qbusdam placet)Cõsualia simulauit:ad quæ cũ utriusq̃ sexus multitudo cõuenisset:dato signo uirgines raptæ sũt. Ara Cõsi i Circo maxio fuit:auctore Plutar.q Deus templũ habuit subterraneũ & optũ:qa nõ solũ Neptunus eques dicebat,siue Posidon:ut Diony.scribit. Vñ in ei? honorẽ ludi eq̃stres celebrabant:sed cõsiliorꝝ De? teste Seruio. Nouimus asit oportere arcanũ ac tectũ esse consiliũ. Quare Fidei pãno uelata manu sacrificabat: qa Fides tecta esse debet & uelata. Ferũt asit Romanos iõ dicato Consi simulachro Sabinas rapuisse:ut initũ de rapiẽdis consiliũ tegeret. Ad huius Dei arã in equestribus tm certaminibus dabat accessus:cum reliquo anni tpe lateret. De hac Varro:Cõsualia ingt dicta a Cõso:q̃ tum feriæ publicæ ei Deo:& in circo ad Arã eius a sacerdotib? fiũt ludi illi: qbus uirgines Sabinæ raptæ. Sane Neptunus Hippius siue equester dictus est teste Festo: uel q̃ Pegasus ex eo & Pegaside natus sit:uel q̃ equuleus(ut putãt)loco ei? suppositus Saturno fuerit:quẽ pro Neptuno deuorauit uel q̃ tridẽtis ictu terræ equũ exciuerit:cui ob hoc in Illyrico nono quoq̃ anno quaternos equos in mare iaciebant. Cõsualibus equi & asini coronis ornabant,& otiari pmittebant:auctore Plutar.qm̃ istituta nauigatiõe cũ multa nauib? ueherent:otiũ quoddã & remissio iumẽtis data ẽ. Plura de his ludis lege apud eũdẽ Plutar.ac Dionỹ.nã Liui.paucis rem expedit. ℣ Cõsus ti.cæ.di. De? cõsilii in ipsa ludoꝝ celebritate suppeditabit: quæ agendo fuerũt ne desint cõiugia. ℂ Externis gẽtib?:nõ negãtur cõiugia ab Italis his,qui Itali non sunt. Eos.n.appellamus externos:q̃ in nostra regione nõ sunt: & Historici uocãt externos quicũq̃ nõ sunt Itali. ℣ At nulla fuit quę uellet nubere Romano:nulla fuit q̃ uellet mrimonio iũgi Romanis ciuibus. ℣ Indolui:ægre tuli. ℣ Et Romule:ꝑ Apostrophen dedi tibi mẽtẽ patriã:ispiraui tibi mentẽ,& cõsiliũ meum. ℣ Dixi tolle ꝑces:noli amplius ꝑcari finitimos. ℣ Arma dabũt qđ petis:ipsas cõiuges:q̃si ex periere uiolẽtiã:qa uim illatã ferẽt æquiore aio: hoc asit consiliũ fuit Numitoris. ℣ Para festa Con.Deo cõsilioꝝ. ℣ Consus dicet tibi cætera:ipse cõsilii Deus inspirabit tibi qd sis facturus. ℣ Illo die:ludoꝝ.i. ℣ Dũ canes sua festa sacra:dum tu celebrabis eius sacra:tũc ipse consiliũ tibi suggeret:huius Dei festa cõsualia dicta sunt.de quib? Varro:Consualia ingt dicta a Cõso:qđ tũ feriæ publicæ ei Deo,& in Circo ad arã eius ab sacerdotib? fiũt ludi illi: qbus uirgines Sabinæ raptæ. Et Põpeius ingt: Cõsualia ludi dicebant quos in honorẽ Cõsi faciebãt:quẽ Deũ consilii putabãt:de hoc Diony.Primũ ingt Deo arcanaꝝ cõsultationum duci. Si dolus sibi ex inia eueniret sacrificiũ quotannis: & ferias agendas uouit. Postea uero senatui rem aperiens:ubi ipsis etiã consiliũ illud placuit:diẽ festũ & ludos indicens Neptuno agẽdo: circũmisit in urbes ꝓximas euocans quicũq̃ uellent:& certaminum:& mercatus esse participes:etenim cuiusq̃ generis certamia acturus erat equorũ & hominũ. Conueniẽtibus itaq̃ ad ludos hospitibus multis cũ uxoribus:& filiis ubi sacra Neptuno peregit:& certamina die ultimo quo nũdinas dissoluturus erat,iuuẽtuti edicit:ut cum signum extulisset, Virgines quisq̃ raperẽt,quascũq̃ contingerẽt:seruarẽtq̃ ipsas omnes ea nocte castas: dieq̃ postero ad se ducerẽt. Diuisi igit per compita iuuenes: ut clarũ uidere signum: ad raptus uirginum repente discurrũt. ℣ Ingensq̃ statim secuta est ꝑturbatio:fugaq̃ hospitũ:malum aliqd maius suspicãtium. Productis asũt sequẽti die Virginibus:ignominiam eaꝝ cõsulens Romulus:qđ non ad contumeliã: sed ad nuptias raptæ essent:æquuꝝ esse cẽlebat ut datos eis uiros a fortuna diligerẽt. Dinumeratisq̃ postea puellis sexcẽtis & octoaginta tribus numero inuẽtis:uiros cę libes totidẽ delegit:quib? puellas ipsas ꝑm leges patrias: uniuscuiusq̃ carũ cõsuetudineq̃ locauit:in communionẽ panis & aquæ cõubia ipsa cõcilians:sicut ẽt hucusq̃ faciunt:& paulopost sacratã illam solẽnitatem. Nũc etiã Romani perficiũt:Cõsualia uocantes:in qua etiã ara sub terranea cõstructa iuxta Circũ maximũ:circũfossa terra: sacrificiisq̃ igneis:& solẽnitatibus colitur. Curlusq̃ equorũ agit iunctoꝝ & non iunctoꝝ. Vocat autem is Deus, cui hæc perficiunt Cõsus a Romanis.i. quẽ qdẽ interpretãtes in linguã græcã Possidona Syscthona esse dicunt. Et Liuius ꝓsequit ad ea q̃ adduxim?: Agere id Romana pubes passa: & haud dubie ad uim res spectare cœpit.

Cui tẽpus:

PAV. MAR.

Cui tēpus, locumq; actū ut daret Romulus ægritudinē animi dissimulans: ludos ex industria parata Neptuno equestri solēnes Cōsualia uocat. Indici deinde finitimis spectaculum iubet: quātoq; apparatu tum fiebant: aut poterāt cōcelebrant: ut rē claram: expectatamq; facerēt. Multi mortales cōuenere studio etiā uidendæ nouæ urbis: maxime proximi quiq: Ceninēses, Crustumeni, Antēnates. Iam Sabinoꝝ omnis multitudo: cū liberis: ac cōiugibus uenit. Inuitati hospitaliter p domos: cū situ: mœniaq; & frequētē tectis urbem uidissent: mirātur tā breui rem Romanā creuisse. Vbi spectaculi tēpus uenit: deditęq; in eo mētes cū oculis erāt. Tū ex cōposito orta uis: signoq; dato: iuuentus Romana ad capiēdas uirgines discurrit. Magna pars forte: ut in quēq; inciderat, raptæ quasdam forma excellētes primoribus patrū destinatas: ex plebe homines qbus datum negociū erat: domos deferebant. Et Plutar. inquit: It interea fama p finitimas urbes: q; sacram cuiusdā Dei arā in subterraneo specu abditam offenderit: quē Consum Romani uocant: uel potius (ut Proculo placet) Neptunū equestrē: hanc igñ cum aperuisset: illico sacra: solēneq; ludos simulat se facturū. Cōuenit ex finitimis ingens multitudo cū uxoribus & filiis. Signum aūt dederat Romulus: ut cū assurgeret: & purpuream chlamidē complicaret: oēs in Sabinas irruerent. Triginta a nonnullis raptas fuisse tradit. Vnde. xxx. curiæ appellatæ sint. Vale. Antias. dxxxvii. fuisse tradit. Iobas uero. dclxxxiii. A quaꝝ cōtagine Romulus penitus abstinuit: postq; Hersyliaꝫ unā habuit: ex qua duos filios genuit: alteram fœmellā Promā uocatā: alterum Aoliuꝫ dictum ab ea ciuium multitudine cōuocata. Sed postea mutatis literis Abyllum uocatū. Reliqua uero suis in locis satis ample ac succincte inferius prosequemur.

Intumuere Cures & quos dolor attigit idem:
Tunc primum generis intulit arma socer.
Iamq; fere raptæ matrum quoq; nomē habebant:
Tractaq; erant longa bella propinqua mora.

ANT. FAN. ¶ Intumuere Cures: ab eo q; continet id qđ cōtinet accipimus: & a parte totū: hoc ē Sabinos a Curib⁹ eoꝝ oppido. Cæteꝝ Crustumeni, Ceninēses, & Antēnates: ad quos iniuriæ pars ptinebat bellū mouere. Sed (ut inqt Liuius) nouissimū a Sabinis bellū ortū est: quod multo maximū fuit: ii nihil p iram aut cupiditatē egerunt: nec ostenderūt bellum priusquā intulerunt. Raptæ autem dicunt a Romanis triginta uirgines tantū: quāuis nōnulli raptas fuisse tradiderint. Dxxxvii. alii. Dclxxxiii. ✠ Raptæ matrum quoq; nomē habebāt: omnes raptæ iam fere pepererāt: poterātq; nō solum raptæ: sed & matres uocari.

PAV. MAR. ¶ Intumuere Cures: Diony. inqt: Vbi de raptu uirginū: deq; cōnubiis in urbes pxias rumore uulgatū est: Alias qdē id factū in irā uertit. Aliæ, quo affectu id factū esset cōsiderātes moderate rē tulerunt. Recidit igit res post tēpus aliqđ in bella: alia qdē facilia. Vnum uero cū Sabinis magnū: atq; difficile: sed exitus felix fuit: sicut Romulo prędixerāt Oracula. Et Liui. scri. bella Romanis illata: & Romuli uictoriā de Ceninēsibus, Antēnatib⁹, & Crustumenis, & subsequit: Nouissimū bellū ab Sabinis ortū: multoq; id maximū fuit. Nihil. n. p irā: aut cupiditatē actū est: nec ostēderūt bellū priusq; itulerūt. ✠ Cures: Sabini. a Curibus. ✠ Intumuere: idignati sunt ob eā acceptā iniuriā. ✠ Et quos: illi quos. ✠ Idē dolor attigit: hoc est qbus ea erat iniuria & dolor cōis: Ceninēses, Antēnates, & Crustumeni: quorū ēt uirgines raptæ fuerant. ✠ Tū primū socer: Sabini & alii: quoꝝ raptas filias Romani uxores acceperant. ✠ Intulit arma generis: intulit bella Romanis. Exigit hic locus: ut de Curib⁹ & de Sabinis ipsis aliqd dicamus: ut Var. ipse retulit: quēadmodum ab eius liberto accepimus. Virgo quædā indigena: pcipui generis in templū iuit, Enyalii choreas agens: Enyaliū aūt Sabini: & ab eis discētes Romani Quirinū uocāt: nequaq; certū habētes ipsi. Mars ne sit ille: an alius qdā similes cū Marte honoreshns. Alii. n. de uno Deo bellicoꝝ certaminuꝫ duce utraq; putāt dici noīa. Alii aūt duobus ea diuis bellicis impositis. In hoc itaq; Dei templo saltans puella subito fit diuina. Atq; relinquēs choꝝ in aditū Dei currit: pregnāsq; deide ex Deo: ut oībus uisum est: facta filiū parit, Modiuꝫ noīe, Fabidiū cognoīe: uir factus forma qdem fuit nō hois: sed Diui. Fuitq; bello oium clarissimus. Capit deinde cupido cōdendæ urbis: magnāq; manū cōgregās uicina loca icolentiū. Breui admodū tpe eas cōdidit: q; nūc uocant Cures: hoc noīe (ut nōnulli scribūt) ex Deo: cuius eū filiū sermo erat urbi ipositæ: ut aūt alii tradūt: a cuspide: Quires. n. Sabini cuspides uocāt. Zenodot⁹ aūt Troezenius historicus: Imbricq; gētis idigenas habitasse ait circa agrū Rheatinū uocatū. Pulsos deide illinc a Pelasgis in hāc terrā aduenisse: ubi nūc habitāt: mutātesq; nomen simul cum loco: uocatos esse p Vmbris Sabinos. Cato aūt nomē Sabinoꝝ genti ipositū esse ait: ex Sabino Sāgi Diui gentilis. Hūc aūt Sangū a qbusdā Pistium uocari: atq; in pria eoꝝ habitatōe fuisse asserit uicū quēdā uocatum Testrunā: ppe urbē Amyternā positum: ex quo mouentes tum Sabinos in terrā ait Rheatinoꝝ irrupisse: habitātibus simul cum eo Aboriginibus: urbemq; eorū clarissimam Corynas bello captā occupasse. Atq; ex Rheatino agro colonos emittētes: & alias cōdidisse urbes: in quibus habitabant sine muris, & hāc ipsam, quæ Cures dicunt. Regionem autem obtinere eos distāt ē ab Adriatico quidem mari ducentis ferme & octoginta stadiis. A Tyrrheno uero ducentis & qdraginta. Longitudineꝫ aūt eius esse ait paulominus stadiorum mille. De alio sermone q in historiis est de Laconibus, q illuc se transtulere, diximus in prio libro in eo uersu: Protinus Oebalii rettulit arma tanti. ✠ Iamq; fere raptæ: iā inceperāt raptę matres esse: cū ex Romanis filios peperissent: ptractaq; erant diutius bella. Cūq; sæpe ambiguo Marte pugnatū eēt: deideq; essent acies ad pugnā istructæ: mulieres quarū cā bellum erat: cōueniētes sine uiris in quēdā locum: & consilia cōferētes: ut Diony. refert: in ea fuere sniа: ut uerba ipsa de recōciliatōe apud utroſq; iciperēt. Re ad senatum delata placuit eas legationis munere fungi. Harum princeps Hersylia fuit: q; lōga & miserabili ōrōne postulauit ut uiris suis pacē cōcederēt. Vnde cōmoti sunt Sabinorū animi: & fœdera inita sunt. Plutar. tacuit legationē hāc. Sed inqt: Cum ambæ acies firmato ipetu constitisent: mira res quædā: & spectatione digna stuporē omnibus attulit. Nam raptæ Sabinoꝝ uirgines cum id uidissent: raptis ī ulnis infantibus: passisq; crinib⁹: diuino quodam instigāte spiritu: cū lachrymis: ac gemitu per medias acies peruolāt: exhortātes mō patres: mō uiros: ut fœdatas iam acies dirimerēt: & parcerent sanguini. Cuius rei admiratione moti: sistunt aciem: tela comprimunt: iras mittunt: animos confligunt: cætera paulopost. ✠ Iāq; raptæ: puellę Sabinę. ✠ Habebāt fere: quasi. ✠ Nomen quoq; matrum: iam pepererāt: ut quæ raptæ dicebant: mres quoq; uocabant: qb⁹ iam nati erāt fi. ✠ Et bella ppiqua: bella appinquis: & affinib⁹ illata. ✠ Erāt tracta: pro ptracta: & dilata. ✠ Lōga mora: lōgo tēpore uti & in natali Romano dicti: Pugnatūq; diu dubio discrimine: donec Mater erat: quę uirgo fuit: quæ rapta Sabinis.

ANT. FAN. ¶ Dictã Iunonis in ædẽ:in tẽplũ Iunonis:quo se conuenturas cõstituerãt,cõdixerãtq; Et sane cõditũ qđ in cõi est dictũ:auctore Festo. ℣ Quas iter mea sic est nurus ausa loq; Hersyliã dicit ex qua legim? Romulũ duos filios sustulisse. Sed sciẽdum oẽs uirgines raptas(ut placet Seruio)exceptã Hersylia:quã sublatã a marito Romulus sibi fecit uxorẽ. Hãc qdã aiũt Hostilio claro iter Romanos hominũ nupsisse:teste Plutarcho. Quidã ipsi Romulo immortalitatẽ cessisse:& ex eo Promã & Abyllũ pepisse. ℣ O pariter raptæ:exæquat se iferioribus:ut benuolẽtiã aucupẽt:& qđ uult facilẽ? pluadeat. ℣ Nõ ultra lentæ possumus eẽ piæ:si lẽtæ fuerimus:ac nõ exequamur cito qđ faciendũ est erimus & ipię. ℣ Sed utra Dii sint ꝓ parte rogãdi Eligite: ꝓponit duo quorũ neutrũ eligẽdũ est:ut quęrat tertiũ. i.pax qua nihil est salubrius. ℣ Viduæ fieri malitis an orbæ:uiduę parentũ uictoria occidẽtibus uiris:orbæ uincẽtibus maritis. ℣ Cõsiliũ dederat:quale id fuerat sequẽtia indicant. ℣ Crinesq; resoluunt:ad mouendã misericordiã. ut Interea ad tẽplũ non æq; Palladis ibãt Crinib? Iliacis passis. Liuius: Sabiæ mulieres quarũ ex iniuria bellũ ortũ erat:crinib? ipsis:scissaq; ueste:uicto malis muliebri pauore:ausę se iter tela uolãtia iferre ex trãsuerso ipetu fctõ dirimere ifestas acies. ¶ Nuptę:Sabinæ & cæteræ iã Romanis nuptę. ℣ Cõueniunt:coadunant. ℣ In ædẽ Iunonis:in templũ Iunonis. ℣ Dictã:cõstitutã ab ipsis. ℣ Inter quas:nuptas. ℣ Mea nurus:Hersylia:cuius paulo ante meminimus: quę erat uxor Romuli:iõ nunc Mars suã nurũ appellat. ℣ Sic est orsa loq;:sic fari cœpit. ℣ O pariter raptæ:ꝓponit Hersylia in mulierũ cœtu qõnẽ:cũ utrinq; staret ad prælium instructa acies:cõsultarent quid decernẽdũ esset:an uiduæ fieri uellent:an parẽtibus orbæ. Si enĩ patimur uiros uincere:efficiemur orbæ parẽtibus. Si parẽtes:efficiemur uiduę:ut utrũq; a nobis euitẽt pacẽ iter utrosq; tractemus. Efficax fuit hæc Hersyliæ ꝓpositio:qñ quidẽ utrũq; euitandũ esse facile psuasit. ℣ O raptæ pariter: quæ simul mecũ raptæ fuistis. ℣ Q m tenemus hoc cõe:qm hæc nota oĩbus cõis est:quia simul raptæ fuimus. ℣ Non possumus ultra lentæ:tardæ. ℣ Esse piæ:quasi non possumus ulterius differre & dissimulare pietatẽ:quã hinc parẽtes: hinc exigunt uiri. ℣ Stant acies:quasi iã ad pugnã instructi exercitus:hinc parentũ:hinc uirorũ sunt. ℣ Sed eligite:quasi maturo cõsilio discernite: & deliberate. ℣ Pro utra parte:pro qua duarũ partiũ. ℣ Dii sint rogãdi:an ꝓ uiris:an ꝓ parẽtibus. ℣ Hinc:ex hac parte. ℣ Cõiux tenet arma:quasi hic uirorũ exercitus est instructus: & ad pugnã paratus. ℣ Hinc tenet arma pf:ex altera parte parẽtes armati manus sunt ad pugnã collaturi. ℣ Est quærẽdũ:quasi illud inquirẽdũ qđ melius eẽ ducatis. ℣ An malitis:potius uelitis. ℣ Fieri uiduæ: uiris diuisæ.quasi an uelitis potius amittere uiros. ℣ An orbæ: sine parentibus:orbũ enĩ dicimus re charissima priuatũ.ut qui patrẽ:aut matrẽ:aut filios:quasi lumẽ amisit. ℣ Dabo:ego. ℣ Vobis cõsiliũ forte:ꝙ laudẽ fortitudinis & magnanimitatis mereat. ℣ Et piuz:cũ laude quoq; pietatis. ℣ Cõsiliũ dederat:Hersylia id cẽsuerat ut legationis officium

Hersylia

Conueniunt nuptæ dictam Iunonis in ædem:
Quas inter mea sic est nurus ausa loqui.
O pariter raptæ, quoniã hoc cómune tenemus:
Non ultra lentæ possumus esse piæ.
Stant acies:sed utra Dii sint pro parte rogandi,
Eligite:hinc coniux,hinc pater arma tenet.
Quærendum est,uiduæ fieri malitis,an orbæ.
Consilium uobis forte,piumq; dabo.
Consilium dederat:parent: crinesq; resoluunt:
Mœstaq; funerea corpora ueste tegunt.
Iam steterant acies ferro,mortiq; paratæ:
Iam lituus pugnæ signa daturus erat:
Cum raptæ ueniunt inter patresq;,uirosq;:

sumeret:aut ut poeta & Liui.asserunt:ut in medias acies irent. ℣ Parent:obediũt cæteræ oẽs Hersylia ℣ Et resoluunt crines:dissoluunt & pãdunt capillos. ℣ Et tegunt corpora mœsta:mœstitiã præ se ferẽtia. ℣ Veste funerea: lugubri:q̃lis est usus in funere parentũ,aut uiroꝝ. ℣ Iam steterant acies:de hoc ita Liuius inqt: Sabinæ mulieres quarum ex iniuria bellũ ortũ erat:crinibus sparsis,scissaq; ueste,uicto malis muliebri pauore:ausæ se inter tela uolãtia inferre. Ex trãsuerso impetu facto dirimere infestas acies: dirimere iras:hinc patres, hinc uiros orãtes,ne se sanguine nefando soceri,generiq; respergerẽt:ne parricidio macularẽt partus suos:nepotũ illi:liberoꝝ hi progenie.si affinitatis inter uos: si cõiugii piget in nos uertite iras. Nos causa belli:nos uulnerum ac cędũ uiris ac parẽtibus sum?. Melius pibimus q̃ sine alteris uestrũ uiduæ: aut orbæ uiuamus. Plutar. uero sic loquentes:introducit. Quid mali fecimus uiri? aut quid deliqmus pres? Necdum satis de nobis sumptũ supplicii est:cũ in tm dedecus ac ignominiam deuenimus:ut amisso pudore:& pudicitia alienis uiris raptæ ꝑmeremur:nisi & hanc quoq; supremã oium:ac infelicissimã calamitatẽ:uestro telo:uestro sanguine pferamus. Si uindicandũ erat horũ scelus. Si ulciscenda iniuria. Si redimenda tanto sanguine captiuitas nostra. Cur non ab initio aduersum nequissimos hostes ueniistis? Cur cõtẽpsimus: cum recens erat scelus:& adhuc pudorẽ & uirginitatem nostrã intra sua limina tuebamur. Sed expectastis. i. ut cuꝫ his uiris aliquo pignore deuinciremur. Quo maiori postea mœrore:ac molestia:& maritis iã factis patribus:& uobis afficeremur. Quippe quæ tã nefando prælio: tam infestissimo ferro:cõmuni sanguinis:ac parricidio partus nostros fœdari intueamur. Hæccine est paterna pietas? Hiccine liberorũ amor? Hæccine cõnubii fides? si salutẽ nram petitis:si libertatẽ quæritis:si pietatem colitis:mittite hos animos:mittite hęc arma:quę nõ nisi in generos uestros quasi in proprium sanguinem contulistis. Neue sinite ut sine his uiris uiuamus:ex quibus iam & liberos genuimus:& beneuolẽtiam: & charitatẽ comparauimus. Neue in aliam seruitutẽ ac calamitatem cõcidamus. Hæc Hersylia unaq; cũ cæteris locuta est. ℣ Iamq; steterant acies:instructi suis ordinibus ad puguam fuerant exercitus. ℣ Paratæ ferro:armis exercendis. ℣ Et morti:ad mortem:quasi ad inferẽda,suscipiẽdaq; uulnera,& mortem. ℣ Iam lituus erat daturus signa pugnæ: tuba erat clangore ad pugnã acies moturam: cum primũ insonuisset,cõseruissent manus. Lituus & baculus incuruus:quo sedentes augures auibus templa designabant:& pro tuba etiã incurua ponitur. Virg. Et lituo pugnas insignis obibat & hasta. Et lituus ille Romuli baculus:q post Romulũ in medio incendio integer mansit. Sed de eo alias. ℣ Cum raptæ mulieres:quæ raptæ fuerant. ℣ Veniunt inter patres & inter uiros: irrupuere in medias acies.ut in natali: Tum ꝓperata manus conferta per agmina passis Crinibus ante patres charos: interq; maritos:Germanosq; ruunt:& dulcia pignora natos Ostentant:cælum magnis hinc questibus implent.

Oño Sabinarũ ad prẽsetiã ad maritos

Lituus Romu. ĩ medio incẽdio remãsit integer

¶ Pignora

Liuius ĩprio abur. con. PAV. MAR.

ANT. FAN. ¶ Pignora chara: quia nihil magis amat a parentibus: q̃ filii q̃ sunt pignus parẽti. ℣ Quasi sentirent: quasi intelligerẽt rẽ quã per ætatem re uera intelligere nõ poterant. ℣ Posse coactus erat: exprimẽte uagitu primã auili teram. ℣ Tela uiris, animiq; cadunt: ui pietatis quæ penitus & in penetralib⁹ animi recondit. Liuius: Mouet res tum multitudinẽ: tũ duces: silentiũ & repentina fit qes.

Soceri Generi Auus Nepos

℣ Soceri generis: soceri dicti sunt q̃ sibi generũ associẽt. Generi q̃ assumant generandi causa. ℣ Scutoq; nepotem Fert auus: auus ab quo nominatus putat: q̃ patre antiquior sit. Nepos uero dictus uĩ q̃si natus post.

Sabini Lacædemonis oriũdi Oebalii

℣ Oebaliæ: Sabinę. Vt enim dixim⁹ supra: Sabini uolũt Lacedæmoniogz se fuisse coloniam, unde illud est: Protinus Oebalii rettulit armati. Lacedæmonii autem Oebalii dicti sunt ab Oebalo Argoli filio: qui in Laconia regnauit. Per Sabinas autem siue Oebalias accipe Romanas matronas: quarũ multę a Sabinis progenitæ sunt. ℣ Vel q̃ erat de me feliciter Ilia mater: prima ratio qua matronæ calendas Martias colebant hæc fuit: q̃ Sabinæ strictis mucronibus interpositæ Martia bella finierunt. Secunda est: ut fauore Martis eam felicitatem consequerentur in filiis: quam uidebatur is Deus Iliæ concessisse: quæ a Marte compressa Romulum summæ felicitatis filium peperit. Tertia deinde subiungitur: q̃ mense Martio terra fœcũda est: ẽgles matronæ fieri cupiũt. Itẽ q̃rta: q̃ calẽdis Martiis Iunoni Lucinę tẽplũ datũ ẽ ad Exquias. Addit & qnta: q̃ Mars Iunõis dñi fili⁹: q̃ cõiugiis p̃est.

Cur Matronæ calen. Martias colebant

PAV. MAR ¶ Et tenent in sinu natos: quasi ferunt filios ex Romanis natos cõplexos. legit etiã Ferunt. ℣ Chara pignora: quia nil charius filius. ℣ Vt: posit̃q. ℣ Tenuere medium campi: quasi fuere in medio cãpo: ubi paratæ erãt acies. ℣ Capillis scissis: & passis & scissis crinibus. ℣ Procubuere: inflexere se. ℣ Genu in terrã posito: more supplicum ante Deos & reges summos. & Diony. Post legationem & Herfylię uerba inquit: His dictis p̃cubuerũt oẽs ad regis genua: simul cũ filiis: p̃mãserũtq; humi prostratæ donec eas astantes erigerẽt: moderata oĩa pro uiribus se facturos polliciti. Ita nũc poeta procubuisse eas dicit. ℣ Et nepotes: ipsi infantes: quos in ulnis ferebant mulieres. ℣ Tendebant: extẽdebãt. ℣ Parua brachia ad auos suos: ad Sabinos. ℣ Blando clamore: leni uagitu: quo auorum mentes ad miserationẽ alliciebãt. ℣ Quasi sentirẽt: quasi cognoscerent ipsos: aut quasi sentirent de qua a matribus agebatur. ℣ Qui poterat: ex illis infantib⁹. ℣ Clamabat auum: q̃ erat bimus aut trimus: ut pætatẽ posset uerbum p̃ferre. clamabat auum etiã si uerbũ non p̃ferebat, uagiebat. & allusit poeta ad puerilem uocẽ. nam illa est a. sic prima litera uidebat̃ auum clamare. ℣ Tum denique uisum: quem tandem tum primum uiderat. ℣ Et quinõ poterat tunc uagire: aut clamare. ℣ Erat coactus posse: cogebat̃ a matribus ut uagiret & clamaret. ℣ Tela uiris animiq; cadunt: & Liuius: Mouet res tum multitudinẽ: tum duces, silẽtium & repẽtina fit quies. Inde ad fœdus faciẽdum duces prodeunt. Nec pacem modo sed ciuitatem unam ex duobus faciunt: regnum cõsociãt: imperium omne cõfert in Romã. Ita geminata urbe: ut Sabinis tũ aliq̃d daret Quirites a Curibus appellati. & reliqua eadem fere ab aliis quoq; referunt. ℣ Tela & animi cadũt uiris: cõcidere arma e manibus illoz: & hostiles animi cõmoti supplici filiarum oratione & nepotum aspectu. ℣ Et remotis gladiis: reiectis utrinq; armis. ℣ Soceri: Sabini. ℣ Dãt man⁹ generis: Romanis. ℣ Et accipiũt: q̃ alter alterius dextrã tangebat. Generi autẽ & nur⁹ appellatõe: ut Vlpia. inquit: Sponsus quoq; & spõsa cõtinent. Item soceri & socrus appellatione spõsorum parentes contineri uidẽtur. & titulo de uerborũ signi. Generi inq̃t appellatione & neptis & proneptis tã ex filio q̃ ex filia editarũ: cæterarũq; maritos cõtineri manifestum est. ℣ Et tenẽt: ipsi Sabini parẽtes. ℣ Natas: filias. ℣ Laudatas: dignas laude: aut laudatas: & commendatas ab eaz pietate: quæ bellum dirimerũt & honores ob id habiti, ut ab ipsis. xxx. curiæ denoiarent: licet sint q̃ aliter sentiãt. Præterea ut ab oi labore essent liberæ p̃terq̃ a lanificio. ℣ Auus: Sabin⁹. ℣ Fert nepotẽ scuto: imponebat & ferebat nepotem scuto uelut in cuna. ℣ Hic usus scuti: inferendo in concordia & pace nepotem. ℣ Erat dulcior: q̃ fuerit i discordia: & bello. ℣ Inde: ex illo. ℣ Matres Oebalides: Laconicæ, idest Sabinæ. Nãcut Plutarchus inquit) Sabini Lacedæmoniorũ colonias fuisse uolunt. Sed de hoc in primo latius. ℣ Habent non leue munus: habẽt ipsæ Sabinæ matres: & ab his progenitæ magnum hoc munus. ℣ Celebrate dieꝫ & primas meas calendas: diem calẽdarum Martiarz mihi dicatarz. Sacrificabant Marti matres Romanæ calendis Martiis: nõ q̃d eo die essent Consualia: sed in honorẽ Martis. Nãcut Plutarchus inquit) cõstat tantũ facinus a Romanis ppetratum die octaua ac decima mensis Sextilis: quem nunc Augustum uocant. Qua q̃dem Cõso Consualia festa celebrabant. Hæc ille in uita Romuli. Sed ut ostẽdit in Problematibus Problemate. xlvii. Eo die Cõsualiozz equos & asinos coronis exornãt: & otiari sinunt: & has rõnes adducit. An q̃ Neptuno equestri diem festum agũt. Asinus autem propter equũ pari fruitur licẽtia. An illud potius q̃ instituta nauigatione: cum multa naubus uehertur otium quoddã: ac remissio iumẽtis data est. ℣ Aut quia: hac rõne matres Marti sacrificant: uel quia ausæ ingredi medias acies: bellis finẽ impositere. Vel Iliæ recordatiõe: quæ ex me Romulũ peperit. Aut quia ausæ sunt ipsæ matres. ℣ Cõmitti strictis mucronibus: cõmittere se euaginatis ensibus. ℣ Finierant Martia bella: finẽ imposuerant bellis: q̃bus ego p̃ium. ℣ Suis lachrymis: fletu & querelis suis. ℣ Vel q̃ Ilia uirgo Vestalis: Numitoris filia. ℣ Erat de me mater: pepererat ex me Romulum. ℣ Feliciter: quia felix fuit ille partus: que erat tantam urbem positur⁹. ℣ Matres: Romanæ. ℣ Rite: ex ritu & cõsuetudine. ℣ Colunt sacra & diem meum: celebrãt & sa

Vlpian⁹ de spõsio & spõsa & socero & socru

Ilia uirgo Vestalis

Inque sinu natos pignora chara tenent.
Vt medium campi sciſſis tetigere capillis:
In terram posito procubuere genu.
Et, quasi sentirent, blando clamore nepotes
Tendebant ad auos brachia parua suos.
Qui poterat, clamabat auum tũc denique uisum:
Et qui uix poterat, posse coactus erat.
Tela uiris, animiq; cadunt: gladiiſq; remotis
Dantur soceri generis, accipiuntq; manus.
Laudataſq; tenent natas, scutoq; nepotem
Fert auus: hic scuti dulcior usus erat.
Inde diem, primaſq; meas celebrare calendas
Oebaliæ matres non leue munus habent.
Aut quia committi strictis mucronibus ausæ
Finierant lachrymis Martia bella suis.
Vel q̃ erat de me feliciter Ilia mater:
Rite colunt matres sacra, diemq; meum.
Quid? q̃ hyems adopta gelu tunc deniq; cedit:

crificant mihi calẽ. Martiis. ☞ Quid? qꝫ hyems: tertia rõ cur matres celebrant calẽ. Martias: quia tunc est tempus fœcũdum: quo omnia putrescere incipiunt: & procreare suos fœtus. Et quæ fœcunda est: aut fœcunda esse cupit: principium fœcũdi temporis colit: inde matres Marti eo die sacrificant. ☞ Quid? dicam scilicet, ☞ Quod hyems: hyemale tẽpus. ☞ Adopta gelu: quasi quæ terras glacie & niuibus tegit. ☞ Tunc denique cedi: cum ego referã uernum tempus: cedit tunc hyems.

Et pereunt lapsæ Sole tepente niues.
Arboribus redeunt detonsæ frigore frondes:
Vuidaq; in grauido palmite gemma tumet.
Quæq; diu latuit, nunc qua se tollat in auras
Fertilis occultas inuenit herba uias.
Nunc fœcundus ager: pecoris nunc hora creandi:
Nunc auis in ramo tecta, laremq; parat.
Tempora iure colunt Latiæ fœcunda parentes.
Quarum militiam uotaq; partus habet.
Adde, quod excubias ubi rex Romanus agebat:
Qui nunc exquilias nomina collis habet:
Illic a nuribus Iunoni templa Latinis
Hac sunt (si memini) publica facta die.
Quid moror? & uariis onero tua pectora causis?
Eminet ante oculos quod petis ecce tuos.
Mater amat nuptas: matrum me turba frequẽtat:
Hæc nos præcipue tam pia causa decet.
Ferte Deæ flores: gaudet florentibus herbis
Hæc Dea: de tenero cingite flore caput.

ANT. FAN. ☾ Et pereũt lapsæ Sole tepente niues: Virgi. Vere nouo gelidus canis cum montibus humor Liquit. ☞ Vuida gẽma: uuidum est quod aliqd humoris habet intrinsecus. unde uua dicta existimatur: nam humidum ẽ qd humorem habet extrinsecus. ☞ Militiam uotaq;: desiderat mulier partum: sicut & miles prælii: quis non sine periculis illa ad partum: hic descendat ad plius. ☞ Excubias ubi rex Roman⁹ habebat: scripserũt qdaꝫ (ut ait Varro) Exqlias ab excubiis regis dictas. Alii qꝫ excultæ a rege Tullo fuerint. Seruius enim Tullius: quẽ Solinus Exquiliũ dicit Quirinalem & Viminalẽ colles urbi addidit: & auxit Exquilias: teste Liuio: ibiq; ipse cum loco dignitas fieret) habitauit: ubi & Vir. domum habuit: auctore Seruio: iuxta hortos Mecœnatis: qui eo in loco ab eo cõstituti sunt ob aeris salubritatẽ: cum Exquilina regio ante sepulchris uacaret. Ab Exquiliis Exquilina dicta est una quatuor tribuũ: in quas urbs a Seruio Tullo diuisa est. Eæ fuerũt Suburbana, Palatina, Collina, Exquilina. Sane Romulus bello Sabino in Exquiliis excubias egit: inde Exqliæ dictę. ☞ A nurib⁹ Latinis: nurus eo qꝫ nubãt dicunt nomẽ accepisse. ☞ Publica fcã: sacrata: neqꝫ ieni existimare debem⁹ unius diei spacio: & cœptã qdẽ: & pfectã fuisse. Festus auctor ẽ Iunonis ædẽ calẽdis Martiis coli cœptã. ☞ Quid moror? descẽdit ad ultimã rõnẽ: qua docet iure fieri: ut Matronæ calẽdas Martias colant. ☞ Gaudet florentibus herbis Hæc Dea: Iuno floribus gaudet: unde creditur Mars tacto flore a Iunone conceptus. Hunc Festus existimare nõnullos refert Gradiuũ dictum qꝫ gramine ortus sit: quod interpretat (cut idem inquit: & nos diximus supra) quia corona graminea in re militari maximæ honorationis est. Ego ex flore Martem cõceptum fingi existimauerim: quia sæpenumero e re nullius momenti cõcipitur discordia & bellũ oritur.

Vuidũ humidũ

Exqliæ

Nurus

Iunonis ædes

PAV. MAR. ☾ Et niues lapsæ: collapsæ: quia in aquas resolutæ labũtur. ☞ Sole tepente: qui cũ tepidior sit q̃ in hyeme fuerit. ☞ Pereunt: ab ipso Sole liquefactæ. ☞ Frondes detonsę frigore: quæ rigore frigoris deciderãt ex arborib⁹. ☞ Redeunt arboribus: quia renasci incipiũt. ☞ Gemma uuida tumet in palmite uitis: turgescit in ipsis uitiũ sarmẽtis: uuidũ dicimus quod habet humorẽ interius: sicut uua. humidũ uero quod exterius. Gẽma pro oculo uitis ponit: ut in primo diximus: ipse tamẽ nõ potest dici uuidus: sed ex eo uuida nascũtur. ☞ Palmite tenero: dixit p pterredeũtẽ succum. ☞ Et herba quæ diu latuit: hoc est p hyemẽ sub terris fuerat. Latuerat tñ aut semẽ aut radices: herba uero aruerat. ☞ Inuenit herba ipsa fertilis uias occultas: nam subterraneas. ☞ Qua: pte. i. hoc est quibus uiis. ☞ Tollat se in auras: emergat in aera & attollat se. ☞ Nunc: uerno tẽpore. ☞ Nunc: in uere. ☞ Ager est fœcũdus: parit fœtum: quia nascunt & crescunt fruges in spicas. fœcũdus a faciẽdo dr qꝫ fructum faciat. ☞ Nũc est hora: est tẽpus. ☞ Creãdi pecoris: redit enim amor & cõiunctionis appetitus pecoribus ipsis: & quod quidẽ: ut Cicero ostendit: Cõmune ẽ omniũ animãtium ꝓcreandi cã: pariunt ergo uerno tẽpore pecora: pcipue & hedi & agni. ☞ Nunc auis parat in ramo: in ramis arborum. ☞ Tecta & larem: tecta ut sit sub frondibus. Larem: nidum ut pariat in eo: & educet pullos. ☞ Iure: merito igit. ☞ Parẽtes Latię: Romanæ mulieres. ☞ Colunt fœcunda tẽpora: celebrant principiũ ueris: hoc est calẽ. meas: quę tpa sunt fœtus referentia. ☞ Quaꝫ: mulieres. ☞ Militiã & uota habet partus: quasi quaꝫ studium & uotum est ipsa in pariendo fœcũditas: nam ꝓ militia laborẽ partus significat: ꝓ uoto desiderium: qm̃ partus mulierũ laboriosus est & desideratus. ☞ Adde qꝫ excubias: quarta rõ: qa calendis Martiis in ualle Exqlina nuptæ tẽpliũ Iunoni Lucinæ dedicarũt: ꝓ assequẽda fœcũditate: de quo latius dixim⁹ superiore li. Cũq; Iuno p̃sit nuptis: & sit Martis mr: iure ob Martis reuerẽtiã Marti mulieres calẽdis Martiis sacrificãt. Adde qd ubi rex Romanus agebat excubias: uigilias: & custodias: & superiore libro dixim⁹ auctore Varrone: Exqlias dictas ab excubiis regis: uel ab eo qꝫ excultæ a rege Tullo essent. ☞ Qui collis hꝫ nunc noia exqlias: uocant nũc exqliæ ab excubando; seu excolendo. ☞ Illic: in exquiliis. ☞ A nuribus Latinis: mulierib⁹ Romanis. ☞ Sũt facta tẽpla publica Iunonis: publice fuere cõsecrata tẽpla Iunonis Lucinæ: de qb⁹ supius. ☞ Hac die si memini: calẽdis meis si recte recordor. ☞ Quid moror? qd detineo te i mora. ☞ Et onero tua pectora uariis causis: quasi cur affero tibi tot rõnes. ☞ Quot tu peris: quasi rõ huius rei. ☞ Ecce eminet añ oculos tuos: ecce tu me uides Iunonis filiũ: q sum huiusce rei cã. ☞ Mater: Iuno. ☞ Amat nuptas: p̃est cõnubiis: & nuptę sunt illi curæ: qa eas amat. ☞ Turba matrũ frequẽtat me: celebrat diẽ mesi: & frequẽtes eunt mr̃es in ædẽ meã ☞ Hæc cã tamẽ pia: qua pię mr̃es me colũt. ☞ Præcipue: quasi in primis. ☞ Decet nos: & me & mattẽ: aut me Iunonis filium. Mars. n. ex Iunone & gramĩe natus ẽ: ut iserius dicem⁹. ☞ Ferte Deæ: hortat nuptas ut Iunonẽ colant: ferãtq; capita sertis coronata: p̃cẽturq; ut parturiẽtibus adsit: quo sine dolore possint partum edere. ☞ Ferte: offerte. ☞ Flores Deæ: Iunoni Lucinæ. ☞ Hæc Dea: Iuno. ☞ Gaudet herbis florẽtibus: gaudet offerri sibi flores: & floridas herbas. ☞ Cingite: coronate. ☞ Caput: uestrum. ☞ De tenero flore: sertis ex tenellis floribus cõtextis.

Gẽma ꝓ oculo uitis

Quare calen. Martiæ dicatæ sint mulieribus

☾ Tu nobis

ANT. FAN. ¶ Tu nobis lucem Lucina dedisti:quia ope Iunonis Lucinæ partus in lucem edit. ℣ Si qua tamẽ grauida est:nõ expectẽt quæ grauidæ sunt pariẽdi tẽpus: ut sic dicant Iuno Lucina fer opẽ:serua me obsecro: sed incipiãt calendis Martiis p̃cari Iunonẽ:ut cũ tẽpus aduenerit pariendi eius ope partus molliter emittat. ℣ Quis mihi nunc dicet quare cęlestia Martis Arma ferãt Salii: Mamuriumq; canãt:anno octauo regni Numæ cum pestis Italiã occupans, Romã quoq; inuasisset: ferunt breue scutum e cælo lapsum in Numę manus:q se ait ex Egeria:musisq; audisse scutum ad urbis salutẽ missum seruari oportere: aliis undecim ad eius similitudinẽ factis:quib⁹ id misceret ne internosci posset.

Ancilia Martis ferũtur a Salis calen. Mar.

Scutũ e cælo lapsum Salii

Dicite, tu nobis lucem Lucina dedisti:
Dicite, tu uoto parturientis ades.
Si qua tamen grauida est, resoluto crine precetur:
Vt soluat partus molliter ipsa suos.
¶ Quis mihi nunc dicet quare cælestia Martis
Arma ferant Salii? Mamuriumq; canant?
Nympha mone nemori, stagnoq; opata Dianæ:
Nympha Numæ coniux ad tua festa ueni.

Datum est igit negocium Mamurio inclyto fabro:summoq; artificibus cæteris diffidẽtibus, desperãtibusq; ut similia eius ancilia fingeret. Quod opus cũ ille arte exquisitissima absoluisset ita:ut neq; ipse Numa iã scutum cæleste dignosceret:& ei quodcũq; peteret p̃miũ se exhibiturũ pollicereť:artifex nõ pecuniã sed gloriã p̃ mercede petit:ut uidelicet Salii iter carmina suũ nomen caner ẽt:qd per multa tpa obseruatũ est. In Saliorũ enim carmib⁹ cũ Pyrrhichii modulo absolutis Veturius Mamurius canebat. Licet qdam dixerint ueterẽ memoriam cani:ut Plutar.& Var. scripsere. Eidẽ Mamurio legimus diẽ cõsecratum esse:quo pellẽ uirgis feriebãt ad artis similitudinẽ. Constat aũt Salios Ancilia custodisse:quæ hoc tpe circũferre cõsueuerũt. Erãt.n. Martis sacerdotes a Numa cõstituti:ac dicti Salii:nõ(ut qdã fabulãt)a uiro Samothrace seu Mãtineo:sed a saliẽdo:q̃(ut inqt Seru.)circa aras saliant & tripudiẽt. Id enim in sacris quotannis & facere solent & debent:ut inqt Var. ubi suauiter mouebantur cõuersiones ac mutatiões celeri & crebro numero robuste, leuiterq; reddentes. Saltabat aũt in religionibus:teste Seruio:qa nullam maiores nostri corporis partẽ esse uoluerũt:quæ nõ sentiret religionẽ. nã ut cantus ad animũ: ita saltatio ad mobilitatẽ corporis ptinebat. Hic sacerdotes(ut ait Plutarchus)iduti puniceis tunicis:æneisq; balteis succincti æneas capitum galeas ferebãt:ac paruis gladiis arma pulsabant:qbus fm Liuium Numa tunicæ pictæ insigne dedit:& sup tunicam æneum pectoris tegmen:iidem dextra uirgam:læua peltam gerebãt. de qua loco suo dicemus. Virg. eos Herculi dedit q̃is antiquitas sacrauerit Marti. ut Tum Salii ad cantus incensa altaria circum Populeis adsunt euincti tẽpora ramis. Qd recte poetam fecisse Macrobius docet:q̃ Hercules apud pontifices idem:qui & Mars habebat: & Chaldæi stellam Herculis uocent:quam reliqui oẽs Martis appellãt.

Saliorũ numer⁹

Saliorum numerũ Tullus Hostilius dicit duplicasse cuz Numa. xii. tãtum ex patriciis iuuenes spectatissimos ad id sacerdotium legerit: quod quanti fuerint hinc facile coniectare licet. Quod Appius Claudius ut triumphalis Salius usq; ad senectutem fuit: & pro gloria obtinuit q̃ inter collegas optime saltaret. Neq; abhorruisse ab eodem sacerdotio dicuntur: Africanus & L. Florius Bibaculus:quorũ posterior tulit Ancilia: pręcedentibus sex lictoribus cum prætor esset. Hinc epulæ splendidæ atq; opiparæ ab Horatio Saliares dicũtur. ut Nunc Saliaribus ornare puluinar Deorum tempus erit dapibus sodales. Saliebant autem hi sacerdotes non solum circa aras:sed per urbem. xii. Ancilia circunferentes: ne illa fir

Saliares epulæ

mo intuitu cerni possent. ℣ Nympha mone:iuocat Egeriam omnium Numæ cõsiliorum cõsciam:cũ qua is credi uoluit se habere cõgressum ac frui secreto eius colloquio:ut cõsilia qbus resp. ab eo rege administrabat maximam auctoritatẽ haberent. Cæterum nõnulli eũ hydromantia usum existimant:ut futura p̃nosceret. ℣ Nemori, stagnoq; opata Dianæ: Artemisium dicit Dianæ lucũ: ut inqt Strabo:cuius tẽplũ silua circũdata:cui lacus more pelagi fluctuans adiacet. Dicebat aũt id templum ædificium Tauricæ: ubi Orestes Dianæ simulachr̃ collocauit:qd e Scythia Taurica credit attulisse: sic dicta a Tauris loco eius regiõis:ut Est locus i Scythia Tauros dixere priores. Id simulachrũ fasce cælatũ dicit:quo tẽpore ab Oreste surreptum est. unde Dianã fascelidem perhibẽt nuncupataz: eadem & Aricina dicebat: q̃ haud longe esset ab Aricia. Item(ut qbusdam placet)nemorensis a nemore Aricino. De quo ait Lucan⁹: Q ua sublime nemus Scythicæ q̃ regna Dianæ. Et Cato in primo originũ:teste Prisciano: Lucum Diantũ in nemore Aricino Egerius Libius Tusculanus dedicauit. Hunc Artemisium ueteres dixerũt a Diana:quæ Artemis dr̃ auctore Macr. quasi ærotemis: idest aerẽ secãs. ipsa. n. est Luna:ut diximus supra. Vult aũt Egeriam esse Dianæ Aricinæ ministraz. Vnde ait: Operata:qd̃ interdũ de sacris dr̃ auctore Seruio:est sane Aricia oppidũ nõ longe ab urbe:a qua distare dr̃ ad decẽ mil. a passuum. & prope Albam:a qua distat stadiis. xx. In eius nemore oppidum esse aiunt:quod hodie dr̃ Cynthianũ.

Artemisium

Taurica à tauris

Falcelis Nemorẽsis dicta

Artemis

Opari

Aricia

Cynthianum

¶ Dicite: uos nuptæ. ℣ Tu Lucina dedisti nobis lucẽ:gaute duce ad lucem uenimus. superiore libro diximus Iunonem Lucinã Dianam esse:licet Diodo. Lucinã Iunonis filiam dixerit. & alio in loco poeta Lucinã a Iunone missam, & hic pro Iunone intelligi uelle demonstrat. tõ est quæ ex Macro. sumitur: Veteres putasse Iunonem & Lunam eandẽ esse: quia Luna p aerem meat:unde ἀερτεμιν nuncupauerũt ἀεροτομην:qd̃ aera secat. & Iuno aeris arbitra est:cui mẽsium initia cõsecrauerũt. ut in. i. libr. diximus: Dicite tu Iuno. ℣ Ades uoto parturiẽtis:cum a parturiente uocaris fer opem & serua illam. ℣ Tamẽ si qua est grauida:cum calẽ. Mar. ita Iunonẽ nuptæ p̃cari debẽt si qua ex his grauida esset. ℣ Precẽť crine resoluto: crinibus solutis & passis. ℣ Vt illa: Lucina. ℣ Soluat partus suos:iclusum partũ soluat ut edere possit. ℣ Molliter i leniter & sine ullo dolore. ℣ Quis mihi nunc: hactenus est Marte locutus est: nunc scripturus festũ Saliorũ Egeriã nympham implorat. de qua paulopost. Et(ut supius diximus)Numa sacroz̃ istitutiões in octo ptes diuisit. Sexta pars(ut Alycarnaseus inquit)his distributa est:qui uocant a Romanis Salii:quos Numa ex patriciis creauit. Iuuenes. xii. spectatissimos deligens:quorum sacra manebant in palatio:uocatiq; Palatini:hi quidem Agonales:a qbusdã Collini dicti:quoz̃ sacrariũ erat in Collino mõte post Numã ab Hostilio rege conditũ ex uoto. Hi Salii oẽs saltatores & laudatores armatoz̃ Deoz̃. Tũicas uersicolores balteis succincti æneis:apices capitibus ponentes pileos altos:q̃s os Græ. cirbasias appellant: accincti oẽs gladio:dextra lanceã, aut uirgã tenent:læua peltam Thraciã:ea est scuti cuneati specie arctiora habẽtis latera:q̃lia ferũt apud græcos:q Curetũ sacra pficiũt:unsi inesse dicunt cælo demissum:inuẽtumq; in regia Numæ:

Diodorus ait Lucinã fuisse filiã Iunonis

Pileos cirbasias

nemine inferẽte:nec uisa apud Italos tali forma: Veritũ Numã insidias & furta:Ancilia huic cęlesti similia multa parasse dicũt.Cum Mamurio quodã opifice:ita ut incerta insidiaturis & ideſcreta fieret diuini illius natura: nec internoſci poſſet:& reliqua.Hæc aũt a poeta multis uersib⁹ explicãtur.Festũ uero ipſum calẽdis Martiis celebrabatur.Sed cætera q̃ ad rem faciũt suis i locis referem⁹. ☞Quis nũc dicet mihi: q̃si a quo discer̃ potero.☞Quare Salii Martis:qui sacerdotes sunt Martis.☞Ferãt arma cælestia:ancilia ipſa:& illud qđ e cælo cecidit.☞Mamuriumq; canant: cantãdo Mamurii nomen repetunt. Voluit.n.ipſe Mamurius in mercedem clypeorũ: quos fecit instar illius cælestis: canti carminibus Saliorum.

Vallis Aricinæ silua præcinctus opaca
Est lacus:antiqua relligione sacer.
Hic latet Hippolytus loris distractus equorum:
Vnde nemus nullis illud aditur equis.
Litia dependent longas uelantia sepes:
Et posita est meritæ multa tabella Deæ.
Sæpe potens uoti frontem redimita coronis
Fœmina lucentes portat ab urbe faces.
Regna tenent fortes manibus,pedibusq; fugaces:

Sed de eo paulo inferius.☞Mone:instrue: & doceas tume.☞O nympha:& piphrasi Egeriã ostẽdit:de qua paulopoſt.☞Operoſa:officioſa.☞Nemori & ſtagno Dianę: qa nympha est fontis:q in nemore Cynthiæ est:ubi nũc oppidum appellat Cynthianus:cuius fontis riuulus stagnum init ppe Ariciã.☞O nympha:o Egeria.☞Coniux Numæ:cũ qua Numa cõgressum se habẽ dicebat.☞Veni ad tua festa:ad ea festa que tuo cõsilio sunt instituta.

ANT. FAN.

¶Antiqua religiõe:quia Orestes in eo luco cũ Iphigenia sorore tẽplũ sacrarũt:q̃ necesse est fuisse paulopoſt Troiam dirutam.& lõge ante Romã cõditã.Nota sunt quæ de Oreste poetæ fabulant:q̃uis multa sint: quorum Sophocles & Euripides meminerunt. Vnde illud est: Scriptus & ĩ tergo nec dum finitus Orestes. ☞Hic latet Hippolytus &c.cum Hippolytũ equi traxissent,laceraſſent q̃:Diana eum ab inferis per Aesculapium reuocauit: ac Nymphæ cõmendauit Egeriæ:& Virbium quasi bis uirum uocari iussit.Sed re uera(ut inqt Seruius)Virbius est numẽ Dianæ coniunctũ:ut Veneri Adonis. Nec nos moueat Horatius:qui ait:Infernis Neq; in tenebris Diana pudicũ Liberat Hippolytũ:quẽ Virgi.scribit: Ad sidera rursus Aetherea:& superas cæli uẽisse sub auras Pęoniis reuocatũ herbis & honore Dianæ. Nõ.n.qđ Horatius dicit ad illud referri debet:qđ post distractionẽ quã ab equis ẽ passus Hippolytus in uitã restitutus dicit: sed ad cõditionẽ mortalitatis:quã ante reuocationẽ effugere nõ potuit fauore Dianæ,is fuit Thesei filius ex Antiope:siue Hippolyte Amazone:qui apud Pyttheũ Trœzenæ educatus est.De qua Oui.Hic tecũ Trœzena colam Pyttheia regna.☞Vnde nemus nullis illud adit̃ equis: Virgi.in.vii.Aene.Vnde etiã tẽplo Triuiæ,lucisq; sacratis Cornipedes arcentur equi:qđ littore currũ:Et iuuenem monstris pauidi effudere marinis.Idẽ & scripsit Callimachus: teste Seruio.☞Litia dependent lõgas uelantia sepes:tabellæ pictæ ac litio suspensæ ab his qui uota soluerunt.Quod & maiores nostri facere consueuerũt.

Hippolytus Aricię latuit Virbius

Tabellæ pictę in tẽplis Lien Fœminæ accẽsis facibus Aricia currebant

Vnde illud est Tibulli:Nam posse mederi Picta docet tẽplis multa tabella tuis.& hac ætate non pauci faciunt. Scimus autem Dianã morbo affectis opẽ; afferre. Quare Siculi eam(teste Diomede) Lien appellarunt a potyllo.i.soluo:quasi solutricem malorũ:q̃ ea placata laborãtes morbis finem malis inuenerũt.☞Potens uoti:fœmina uoti cõpos:& consecuta quicquid petiit a Diana:sæpenumero accensis facibus ex urbe Roma confert se ad Artemisium:ut agat Deæ gratias uel uota persoluat. ☞Regna tenent manibus fortes:pedibusq; fugaces:Sacerdos Dianæ Aricinæ rex olim dicebat. Vnde illud est: Immittis Aricia regni.Et Suetonius ait in Caligula:Nemorensi regi q̃ multos iam annos potiretur sacerdotio ualidiorem aduersarium subornauit.Erat autem hic sacerdos fugitiuus.Fuit enim in hoc templo post mutatũ ritum sacrificiorũ arbor quædam(ut scribit Seruius)de qua infringi ratum non licebat.Dabatur tũ fugitiuis potestas: ut siquis inde ramum potuisset auferre:monomachia.i.singulari certamine cũ tẽpli sacerdote pugnaret:qui fugitiu⁹ erat(ut quidam putãt)ad imaginẽ fugæ Orestis: qui post occisum regẽ Thoantẽ in regione Taurica cũ sorore Iphigenia fugit:& simulachrum inde sublatũ haud lõge ab Aricia collocauit. Dabatur autẽ facultas dimicãdi:quasi ad pristini sacrificii reparationem:apud Tauros.n.Diana humano sanguine placabatur:cui translatæ in nemus Aricinũ seruos tantũ aliquando imolarunt. Sed cum postea Romanis sacrorum crudelitas displiceret:Diana ad Laconas translata dicit: ubi sacrificiorũ consuetudo adulescentulorũ uerberibus seruatur:qui(ut scribit Cicero in.ii.Tuscu.quęstionum) ad aram sic uerberãtur: ut multus e uisceribus sanguis exeat:quorũ nemo exclamatur:nemo ingemiscit:cũ quidam uerberibus afficiantur ad necẽ.Eũdem templi sacerdotem fugitiuum fuisse Strabo quoq; testatur his uerbis:Barbaricus quidam Scytharumq; circa templũ mos obtinet: qui enim uictimæ mactator prius extiterit,sacerdos instituit̃:fugitiuus quidã uir gladiũ tenens & insultus semp circũspectans ad tutãdum strenue paratus. Sane mutatum sacrificii ritũ ostẽdit Virg.in.vii.Aene.cũ ait:Pinguis ubi & placabilis ara Dianæ.Sciendum igitur fugaces pedibus hic accipi fugitiuos:quia nõ nisi fugitiuus sacerdos siue rex creari poterat. Nam si diceres regnum tenere strenue pugnantes ac celeriter fugientes: non recte acciperes sensum auctoris:reluctareturq; tibi & Seruii & Strabonis auctoritas.Quomodo enĩ ad tutandum strenue paratus est qui fugit?uel quomodo fugitiuum uocat Seruius: qui cum sacerdote regnum obtinente nondum monomachia pugnauit?

Rex nemorẽsis

Orestis fuga Dianæ Tauricæ sacrificium

PAV. MRR.

¶Vallis Aricinæ silua: relaturus poeta:q̃ & ubi sit Egeria: facit topographiam: hoc est loci descriptionem.Locum enim esse dicit in Aricina ualle: ubi latet Hippolytus: & Dianæ simulachrum est ex Taurica aduectum: cui mitiore iam ritu fiunt sacra: inde riuulus defluit:aq̃s Egeria suggerit: quæ musis grata Numæ uxor & consiliũ fuit.Sed quoniã exigit locus ut de Egeria dicam⁹: de ea plura repetẽda sunt.Numa accepto imperio effrenum populũ religione compescuit:de Egeria(ut Dionys. inqt)sermonẽ cõfinxit.Quo facilius ipm attẽderẽt:q diuina uerebant̃:& iposita ab eo leges prõpte susciperent tanq̃ a Diis latas.Imitatus exẽplũ Minois Cretẽsis & Licurgi Lacedæmonis:quorũ alter colloquio se frui Iouis aiebat:pergẽs in Dictæum mõtẽ:ubi Iuppiter educat⁹ẽ: descendebat in specum sacram: ubi leges componens: quas a Ioue accipere affirmabat:illas ad populum ferebat.Licurgus Delphos pfectus:doctum se esse ab Apolline dicebat legum constitutionẽ: quas Lacedæmoniis tradebat.Sic Numa Egeriã Deam præferebat:&c.Et Liuius inqt:Simulat sibi cũ Dea Egeria cõgressus nocturnos esse. Eius se monitu quæ acceptissima Dijs essent sacra

Licurgus dicebat se doctus esse ab Apolline Delphico leges

sacra istituere. Et Lactã. ille Firmi. cõ antiquoꝝ sacrificia dãnet: sic inquit: Hagꝝ uanitatũ apud Romanos auctor & cõstitutor Sabinus ille rex: q maxime aios hominũ rudes: atq; impitos nouis supstitionibus implicauit. Quod ut faceret aliq̃ cũ auctoritate simulat cũ Egeria nocturnos se hẽre congressus. Erat q̃dã spelunca popaca in nemore Aricino: un̄ riuus penni sõte manabat. Hucremotis arbitris se inferre cõsueratiut mentiri possit monitu Deæ coniugis ea sacra populo se tradere: quæ acceptissima Diis eẽnt: uidelicet assutiã Minois uoluit imitari: q se in antrũ Iouis recõdebat: & ibi diu moratus leges tanq̃ sibi a Ioue traditas asserebat: ut hoies ad parendũ nõ mõ impio: sed ẽt religiõe cõstringeret. Nec difficile sane fuit pluadere pastoribus. Itaq; Põtifices: Flamies: Salios: Augures creauit: Deos p familias descripsit. Sic nouos populi feroces aios mitigauit: & ad studia pacis a rebꝰ bellicis auocauit. Sed cũ alios falleret: seipsum tñ nõ fefellit. Nã post annos plurimos: Cornelio, & Bebio consulibus in agro scribæ Petilii sub Ianiculo: Arcæ duę lapideę sunt repte a fossoribus: quaꝝ in altera corpus Nũæ fuit: in altera septẽ libri Latini de iure põtificio. Itẽ Græci totidẽ de disciplina sapiẽtiæ scripti. Quibꝰ religiões: nõ eas mõ quas ipse istituerat: sed oẽs præterea dissoluit. Quare ad senatũ delata: decretũ est hi libri abolerẽtur. Ita eos Q. Petilius p̃tor urbanus in cõcione populi cõcremauit: & reliqua. ¶ Est lacus præcinctus: circũdatus. ¶ Silua opaca: umbrosa. ¶ Vallis Aricinæ: ab Aricia: q̃ distat ab Alba uiginti stadiis. ¶ Sacer antiqua religiõe: hoc ideo dictũ: q̃ cõsecrata ibi ara Dianæ ante Alba conditã. Nam cũ Iphigenia, cuius i primo libro meminimus, pẽsset aræ Dianę Tauricæ in Scythia: ubi hospites mactabant: appulit illuc Orestes: cui cũ eũ agnouisset, pepcit. Querẽtibus Scythis illã Orestem non mactasse: tumultũ uerita aufugit noctu cũ fratre: ablato Dianæ simulachro: uenitq; in Italiam: & in silua Aricina templum Dianæ consecrarunt. ¶ Hic: in hac silua. ¶ Latet Hippolytus: Thesei ex Hippolyta siue Anthiopæ filius. ¶ Discerptus Ior, habenis. ¶ Equoꝝ. i. ab eqs frenatis & loris iplicitis tractus, laceratusq; est: & q̃is Cicero fabulã eẽ putet: historia tñ fuit: sed in Tragœdias sic & in fabulas relata. Phędra Deucalionis Cretẽsis filia: Thesei uxor: ob denegatũ ab Hippolyto concubitũ: eũ uiro appetiti cõcubitus falso accusat. Theseus cũ eẽnt sibi tria uota a Nepiuno cõcessa: ut i fabulis est: Hippolyti iteritũ optauit: de quo apud Annæũ in Tr. Genitor æquoreus dedit: Vt uota prono trina cõcipiã Deo: Et inuocata munꝰ hoc sanxit stygе: En pge donũ triste regnator freti: Nõ cernat ultra lucidũ Hippolytus diem: Adeatq; manes iuuenis: irato patre. & reliqua. At Neptunus monstrũ ingẽs imisit: quo exterriti eq Hippolyti: fugientes eum disiecere: & loris implicitũ lacerauere. Sed ut in historiis legimus: Cũ ferreẽ curru Hippolytus: ei audita nouercæ calũnia labẽti aio: frena e manibus exciderũt. Turbati equi: excussis habenis: currũ pręcipitem egerunt. Quo effracto Hippolytus uestibus implicitus: atq; ad terrã delatus interit. Poetæ uero eũ Aesculapii ope reuixisse dicũt: Virbiũ mutato nomine appellatum: de quo alio loco dicetur. Retinereq; Dianam Aricinam eum apud se dicunt. Alii Egeriæ cõmẽdatum: quod ostendit etiam Vir. in fine septimi Aeneidorum, cũ dicat: Egeriæ nemoriq; religatũ. Appellatũq; Hippolytũ uolũt: ab ἵππος equꝰ: & λύω lacero: seu discerpo. ¶ Vnde: ex quo. ¶ Illud nemus: Aricina silua. ¶ Adit nullis equis: ex eo qđ equi iuuenẽ discerpserunt: illud nemus ingredi non possunt. & Virgi. Vnde etiam Triuiæ templo lucisq; sacratis Cornipedes arcentur eq: q̃ littore circũ: Et iuuenem monstris pauidi effudere marinis. ¶ Litia dependẽt uelantia: tegẽtia. ¶ Longas sepes: alligabãtur tabellæ inscriptæ litiis: & appendebant sepibus: uota testantes. Sepem a sepiendo dicimus: & plura sunt genera sepimentorum: de quibus agit Varro in re rustica. ¶ Et multa tabella: inscripta nominibus seruatorũ. ¶ Est posita meritæ Deæ: Dianæ quę uota exaudiunt. ¶ Sæpe fœmina potens uoti: hoc est uoti cõpos. ¶ Redimita frontẽ coronis: hoc est coronata. ¶ Portat faces lucentes ab urbe: portat faces accensas ex urbe Aricia cũ assecuta esset, qđ uoto optabat. ¶ Regna tenent fortes: regnum appellat poeta: eo q̃ sacerdos Triuiæ illic rex uocabatur: & sicut dicimus Ariciam nemoralem: ita & regem nemorẽsem: & regna Dianæ dicta. Lucanus in tertio Pharsaliæ: Qua sublime nemus: Scythicæ qua regna Dianæ. & in sexto: Parua Myceneæ quãtum sacrata Dianæ Distat ab excelsa nemoralis Aricia Roma, & Suetonius in uita C. Caligulæ: Nemorẽsi regi quod multos iam annos potirẽt sacerdotio: ualidiorem aduersarium sobornauit. sic & Naso regna dixerat. ¶ Fortes: ergo. ¶ Manibus tenẽt regna: ipsius Dianæ. ¶ Et fugaces pedibus: ille. n. efficiebat rex: qui & uiribus corporis: & pedum celeritate præstaret. opus. n. erat dimicatione: & qui ualidior erat: alterũ pellebat. Strabo cũ de hoc agit: ita inquit: Est & Dianæ lucus: idest Artemisium: sic. n. uocant: e finistra uiæ regiõe: ex Aricia ad Aricinam siluam cõlcendentibus: quod templum nominant ædificium Tauricæ. Nam barbaricus q̃dam: Scytharũq; circa tẽplum mos obtinet. Qui enim uictimæ mactator prius extiterit: Sacerdos instituitur: fugitiuus quidã uir: gladium tenens: & insultus semper circũspectans: ad tutandum strenue est paratus. Templum autẽ silua circundat: cui lacus instar pelagi fluctuãs adiacet. Circũcirca montanũ imminet supercilium cõtinenter: unũq; prælтum. Caua inde regio templum, aquamq; excipit. Fontes spectare licet: e quibus lacus expletur. Horum sacra sub cuiusdã Dæmonis appellatiõe hñt: hoc in loco scaturigines obscuræ sunt: & reliqua. Hæc uerba Stra. indicant eum lacum montibus circundatum: qui est ultra Albam. ubi est ab uno latere oppidũ Cynthianum: ab altero nemus: sic enim alterum oppidum nunc uocant. His in locis aliquando adulescenti mihi delitiæ fuerant æstiuæ: nam diu ab illis abfui. Verum in eodẽ tẽplo olim humana uictima immolabat. Sed cum postea (ut Honoratus inqt) Romanis sacroꝝ credulitas displiceret: quãquã ferui imolarẽtur ad Lacõias ẽ Diana trãsla ta: ubi sacrificii cõsuetudo adulescẽtulorꝝ uerberibus feruat: q uocabat βωμοι καὶ ἀπὸ τοῦ βωμοῦ, i. ara: καὶ αἰκία idest uerberatio, ærmuna, supplicium: quia aris suppositi contendebant: qui plura possent uerbera sustinere.

Libri numæ Põpilii inuenti in arca

Quare Hippolytus est dictus ẽt quare Virbius

Tẽpli nemora Dianę Tauricæ

Cynthianũ oppidum

¶ Et perit exemplo post modo quisq; suo: qui cæde alienа rex Nemorensis creatus est: cum occurrit fortior aduersarius: priuatur & regno & sacerdotio dum interficitur: quemadmodum & ipse alium interfecit. ¶ Incerto murmure: q nix percipitur sensu auriũ. Hic riuus fluuit e fonte cuius nympha putatur Egeria.

ANT. FAN.

¶ Et quisq; ex illis regibus nemorẽsibus. ¶ Possmõ perit suo exẽplo: qa ualidior alios opprimit. ¶ Defluit: p lucũ Cynthiæ. ¶ Riuus lapidosus: inter lapides fluẽs. ¶ Incerto murmure: quasi tã leui susurro: ut uix auribus percipiatur. ¶ Inde: ex eo riuulo. ¶ Sæpe bibi, sed exiguis haustibus: bibi sæpe sed parum aquæ hausi,

PAV. MAR.

ANT. FAN.

¶Dea grata Camœnis:Liuius:Camœnis eum lucum sacrauit:q̃ dearum sibi consilia cum coniuge sua Egeria essent.Plutarchus in Numa:Præterea opus esse camœnis locum eum:& quæ circum locũ prata sunt sacrare: quo frequenter ad suum congressum ueniãt.Hæc Numa ex Egeria audisse apud eũdem inquit auctorẽ.Lege utrũq. ¶Principio nimium promptos ad bella Quirites Molliri placuit iure, Deũq̃ metu:docet quale fuerit Numæ studium:a popu.Ro, seritas religione mollita est,& ad quietem redacta.unde illud est Horatii: Romulum post hos prius:an quietum Pompilii regnum memorẽ? deinde ut ostendat cur Salii ferentes Ancilia Mamuriũ canant:dicit regnante Numa largissimas pluuias cum fulminibus decidisse:& suasisse Egeriam Numæ ut fulminum expiationẽ a Pico & Fauno peteret:a quibus Iuppiter secreta quadã arte elicitus:expiandi fulminis ritum Numam edocuit:eiq̃ pollicitus est certa se Romani imperii pignora traditurũ.Vnde cũ Numa cõuocato populo rem diuinã ageret: breue scutũ e cælo delapsum est:ut diximus supra.Hunc regem cõstat iustitia,prudẽtia,& religiõe excellentissimũ fuisse: ac po.Ro.traduxisse ad pacẽ & sacrificia celebrãda: cum omnẽ diuini cultus institutionẽ in octo ptes distribuisset: quaꝝ meminit Diony. Tricurionũ, Flaminũ, Ducũ, Celerũ, Augurũ,uirginũ Vestaliũ, Saliorũ, collegii Fecialiũ & Pontificũ. Vnde tantæ apud externos populos auctoritatis fuit:ut nemo eo regnante Romanis bellũ intulerit. Hæc ita uulgata sunt:ut referri a nobis superfluũ uideatur. ¶Inde datæ leges:sine quibus pax esse non põt: quæ nisi forent uiolentia sibi omnia uendicaret. ¶Armisq̃ potentius æquum est:plus q̃ arma æquitas potest. Sane leges membra sunt iuris:Aequitas est qua æquum & bonum dicimus:idest quod sine lege & consuetudine ab omnibus probari solet.

Egeria est,quæ põbet aquas,Dea grata Camœnis:
Illa Numæ coniux,consiliumq̃ fuit.
Principio nimium promptos ad bella Quirites
Molliri placuit iure,Deumq̃ metu.
Inde datæ leges:ne fortior omnia posset:
Cœptaq̃ sunt pure tradita sacra coli.
Exuitur feritas; armisq̃ potentius æquum est:
Et cum ciue pudet conseruisse manus.

PAV. MAR.

¶Egeria est quæ põbet aquas:quasi Egeria est illius fontis nympha:q̃ aquas fundit. ¶Dea grata Camœnis:musis.Nam(ut Pomp.inquit)Camœnæ musæ a carminibus sunt dictæ:uel q̃ canunt antiquorum laudes: uel q̃ sint castæ mentis præsides:sed poeta Egeriam Camœnis gratam dixit:q̃ alii putauere eam esse unã ex musis: uel qa locus ille Camœnis est cõsecratus.de quo Liuius inquit: Lucus erat quem medium ex opaco specu fons perennis rigabat aqua.Quo:quia se persæpe Numa sine arbitris: uelut ad congressum Deæ inferebat:Camœnis eum lucũ sacrauit: q̃ Dearum sibi consilia cum coniuge sua Egeria essent:& soli Fidei solẽne instituit.Ad id sacrarium Flamines bigis curru arcuato uehi iussit.Manuq̃ ad digitos usq̃ inuoluta:rem diuinam facere:significãtes fidem tutandam:sedemq̃ eius etiam in dextris sacratam esse &c. Plutarchus uero ubi de Saliis agit,inquit:Annũ iã octauum regnante Numa morbus pestifer Italiam occupãs: Romam inuaserat:mœrentibus cunctis traditur Peltã æneam e cælo delapsam in Numæ manus:in eam mirabilia quædam dixisse regẽ:se ex Egeria musisq̃ audisse: Peltam in urbis salutem missam.Oportere eam seruare: aliis.xi.ad illius figurã effectis. Preterea opus esse Camœnis lucum eum:& quæ circum lucũ prata sunt sacrare: quo frequenter ad suum congressum ueniãt &c.Inde est illud Iuuenalis:Hic ubi nocturnæ Numa cõstituebat amicæ.& paulopost subdit:Et delectis mẽdicat filua Camœnis In uallẽ Egeriæ descendimus.Egeriã uolunt dictã ab egerendo:ex eo quod Pompeius inqt: Egeriæ nymphæ sacrificabant prægnãtes:q̃ eam putabant facile cõceptã aluum egerere. ¶Illa:Egeria. ¶Fuit coniux Numæ: &. ¶Consiliũ:qd̃ dicebat se habere cũ ea cõgressum: & cõsulere de rebus agẽdis:ut iam late oñdimus. ¶Principio nimiũ:Numa regno ita potitus(ut Titus inqt)Vrbem nouam conditam ui & armis:iure:legibusq̃:ac moribus de integro condere parat: quibus cum inter bella assuescere uideret nõ posse quippe efferos militia aios: mitigãdum ferocem populum armorum dissuetudine ratus: Ianum & infimũ Argiletũ:indicem pacis, belliq̃ fecit:aptus,ut in armis est,ciuitatem:clausus pacatos circa oĩs populos signaret. & paulopost:Ne luxuriarent otio animi: quos metus hostium: disciplinaq̃ militaris continuerat; omnium primum rem ad multitudinem imperitã & illis sæculis rudem efficacissimam:Deorum metum inijciendum ratus est.Qui cum descendere ad animos sine aliquo commẽto miraculi non posset:simulat sibi cum Dea Egeria cõgressus &c.quia de aliis iam egimus non immoremur. Sed de gestis & moribus eius sic Alycarnaeus inqt:unde pauca hæc excerpsimus:Plebeios pauperes suscepit diuidens eis ex agro,quem Romulus possederat. Et ex publico partem exiguam. Patriciis prioribus nihil ademit.aduentitiis alios quosdam honores tradidit. Dissidentes composuit: dispositio congrue populo: duo hæc tractauit:docuitq̃ populum:quibus ornatam ciuitatem fieri felicem:& magnam putabat cultum diuinorum: qa Dii essent bonorum omnium mortalibus largitores.Deinde iustitiam:per quam data a Diis bona:honestos ferre possessoribus fructus afferebat &c. ¶Principio: quasi a initio. ¶Placuit:Numę. ¶Molliri:leniri & mites fieri. ¶Iure:iuris obseruantia. ¶Et metu Deum:religione: nam ea demum uera religio est: cum Deum timemus. Inde uolunt Deum dictum:q̃ δεος metus sit: & Papinius non ab re dixisse uidetur: Primus in orbe Deos fecit timor.Et Pomp.inquit:Deus dictus:q̃ ei nihil desit: uel quis omnia commoda hominibus dat: sine a græco δεος quod significat metum: eo q̃ hominib⁹ metus sit: sed magis constat id uocabulum ex græco δεος esse dictum:aspiratione dempta:qui mos antiquis nostris frequens erat.Numæ ergo placuit iuris obseruantia:& religione frenare & mansuefacere. ¶Quirites: Romanos. quãquã Quirites a Curibus dicti. ¶Nimiũ prõptos ad bella:bellicosos:quos Romulus armis semper exercuerat. ¶Inde:ex eo. ¶Datæ leges:a Numa.i.dedit.n.populo leges:q̃s ab Egeria accepisse simulabat. ¶Ne firmior: ualidior,& potẽtior. ¶Posset oĩa:ne oĩa potẽtioris arbitrio administrarentur.Dedit leges,qbus iustitiã seruare discerẽt. ¶Sacra tradita:q̃si cerimõiæ & rit⁹ sacrorũ & Deorum cultus:quos ipse tradidit. ¶Sũt cœpta coli:& ab ipsis Romãis. ¶Pure:caste. ¶Feritas exuit: cũ eẽnt prius feroces: iam ipsam feritatem exuerunt,& induerunt mãsuetudinẽ. ¶Et æquũ est potentius armis:qa arma & uires ab ætate uincunt. Illudq̃ dicimus æquum & bonũ esse:qd̃ sine lege ac cõsuetudine ab oĩbus cõprobat:spectareq̃ ad ius naturale dicitur.Nã Paulus iurisconsultus de iustitia & iure:Ius inquit pluribus modis dicitur.Vno modo quidem id quod æquum & bonum est dicitur: & est ius

Numa fuit rex iustitia prudentia & religione excellẽtissimus

Lucus camœnarũ cõsecratus a Numa

Iuuenalis de Egeria

Templum Iani ad infimũ argiletũ a Numa institutũ

ANT. FAN.

Fulminum expiatio

Picus

Aequũ & bonũ quid significat

PA MA

Atq; aliquis modo trux uisa iam uertitur ara:
Vinaq; dat tepidis, farraq; salsa focis.
Ecce Deum genitor rutilas per nubila flammas
Spargit:& effusis æthera siccat aquis.
Non alias missi cecidere frequentius ignes:
Rex pauet:& uulgi pectora terror habet.
Cui Dea, ne nimium terrere: piabile fulmen
Est ait:& sæui flectitur ira Iouis.
Sed poterunt ritum Picus, Faunusq; piandi
Tradere: Romani numen utrunq; soli.
Nec sine ui tradent: adhibe tu uincula captis:
Atq; ita: qua possint edidit arte capi.
Lucus Auentino suberat niger ilicis umbra:
Quo posses uiso dicere, numen inest.
In medio gramen, muscoq; adoperta uirenti
Manabat saxo uena perennis aquæ.
Inde fere soli Faunus, Picusq; bibebant:
Huc uenit, & fonti rex Numa mactat ouem.

ANT. FAN. ¶ Atq; aliquis modo: pauloante. ☞ Trux: ferus: & crudelis. ☞ Vertit iã uisa ara: qui truces prius & expertes religionis: uertit iã uisa ara: iã mites redditi: & religiosi: cũ primũ uiderint arã uertũt se: & sacrificatum eũt. ☞ Et dat uina & farra salsa: hoc est mola ex farre & sale mollito. ☞ Tepidis focis: aris ubi fit ignis sacrificii. ☞ Ecce Deum: iam expositio Numæ studio dirigit narrationem: ad inquirendam anciliorum narrationem: & inquit eo tempore emissa ab Ioue creberrima fulmia: sic & creberrimas fuisse pluuias. Vnde forte exortus est pestifer ille morbus: quẽ ex Plutarcho retulim⁹.

☞ Ecce genitor Deum: Iuppiter. ☞ Spargit flãmas rutilas: corruscos ignes .i. ignea & corruscãtia fulmia. ☞ Per nubila & siccat ætheram: aera. ☞ Aquis effusis: effusiõe aq̃rum: bene aũt exonerat: atq; siccat aer p pluuiaq; effusionẽ. ☞ Nõ alias: quasi nunq̃ hactenus, seu ad ea usq; tẽpora. ☞ Cecidere frequẽti⁹: crebrius. ☞ Ignes missi: fulmina e cælo missa. ☞ Rex pauet: expauescit Numa. ☞ Et terror habet pectora uulgi: ois multitudo exterrita est. & Plu. ea peste mœstos fuisse cũctos oñdit. ☞ Cui Dea: Egeria territum Numã consolatur: mõstratq; Iouẽ posse placari: sed id ostẽdit: quo pacto fieri possit: debere a Pico: & Faũo: docuitq; nympha: qua rõne eos cogeret: & ab ipsis ritũ edoceretur. ☞ Cui: Numæ. ☞ Dea: Egeria ait. ☞ Ne nimiũ terrere: nõ exterrearis nimiũ. ☞ Fulmen est piabile: quasi causæ uel delicta: qbus iratus ẽ Iuppiter, & fulmina emittit pñt sacrificiis expurgari. ☞ Et flectit: mitigat: seu placat. ☞ Ira Iouis sæui: irati. ☞ Sed Picus & Faun⁹ poterit tradere ritũ piãdi: quo ritu sacro⁹q; mitiges iratũ Iouẽ. ☞ Vtrũq; numẽ Roma. soli: q̃si uterq; Deus Latiũ tueť: nã Latii fuere reges. Picus. n. Saturni filius: quẽ i Picũ auẽ Martiã Circes ueneficio uersum dicũt. uñ & Vir. Facit auẽ Circe: sparsitq; coloribꝰ alas. Sed Latini eũ p Deo coluerũt. uñ ẽ illud Plutarchi: Q d Latini eũ pcæteris colãt. At aues eiꝰ noĩs Picos Martios uocat Pli. cognoie ĩsignes: & i auspiciis magnos. & postea subdit ipse: Prĩcipales Latio sũt i auguriis a rege: q huic aui nomẽ dedit. ☞ Faun⁹: nõ itelligas de Pane: aut uino: q & Faunꝰ dr̃: Arcadũ numine. de quo supius egimꝰ. Sꝫ de huiꝰ Pici filio: pr̃e Latini. de quo Lactãtius: Sed ut Põpilius apud Romãos institutor ineptæq; religionũ fuit: sic añ Põpiliũ Faunꝰ i Latio: q & Saturno auo Nefaria sacra ꝓstituit: & Picũ pr̃em iter Deos honorauit: & sororẽ suã Faunã: eandẽq; cõiugẽ cõsecrauit. Et de his itellexit Ci. cũ inqt in libris de Diuinatione: Sæpe etiam in pliis audiri Fauni: & in rebus turbidis ueridicæ uoces ex occulto missæ esse debeñt. & Var. ait: Fatii Dei latinoq; ita: ut Faunꝰ & Fauna sint i uersibꝰ: quos uocãt Saturnios. ĩ siluestribꝰ locis traditũ ẽ solitos fari: quo fãdo Faũos dictos. & Honoratꝰ quoq; oñdit Faunũ & Faunã dictos a uaticinãdo. i. fãdo. ☞ Nec tradẽt: ipsi nõ docebũt te placare Iouẽ. ☞ Sine ui: nisi uiribꝰ cogas. ☞ Adhibe tua uincula captis: q̃si cũ eos occupaueris alliges tuis uiculis. uel cũ inueneris dormiẽtes: capias, & alliges. ☞ Atq; ita edidit: dixit & docuit Numã Egeria. ☞ Qua arte: quo dolo: qbus ĩsidiis. ☞ Possent capi: ꝓphẽdi: apposito. s. uino in eo loco: quo illi potare cõsueuerant. ☞ Lucus Auẽtino: topographia est. Erat in

Fulminum ex piatio

Picus

PAV. MAR.

Auētino colle ſilua aquæ ſolo aſpectu ineſſe aliqd numinis indicabant: locuſq; erat herbidus: unde & aqua ſcatebat: de qua Picus & Faunus haurire cōſueuerāt. ibi oue mactata: diſpoſitiſq; circa poculis Numa in iſidiis latuit. ℣ Suberat Auētino lucus: erat ſilua ſub Auētino monte. ℣ Niger: obſcurus. ℣ Vmbra ilicis: qđ erant ibi dēiæ umbroſæ ilices. Veȝ alio loco legimus fuiſſe i Auētino ſilua lauriferā. Sed q̄re Auētinus dictus dicemus in q̄rto. ℣ Quo: luco. ℣ Viſo: inſpecto. ℣ Poſſes dicere ieſt numē: qa indicabat alicui numini eē ſacrū ob umbrā: & horrorē: quē incutiebat: ut de luco Maſſiliēſi apud Lucanū: Arboribus ſuus horror ieſt. ℣ In medio gramē: erat gramineus ſeu herbidus in medio locus. ℣ Et uena aq̄ perēnis: ppetuo fluentis. ℣ Adopta: tecta. ℣ Muſco: illa tenui herba q̄ naſcit circa aquas. ℣ Nitenti: uiridi aut nitēti aquæ aſpgine. ℣ Manabat e ſaxo: ſcaturiebat e rupe. ℣ Inde: ex ea aqua. ℣ Soli fere: quaſi ſoli ipſi. ℣ Faunus & Picus bibebāt: quia raro alii illuc penetrabant. ℣ Rex Numa uenit huc: ad hunc fontem. ℣ Et mactat ouem fonti: immolat ouem.

ANT. FAN. Odoratum

ℂ Odorati: odori. nā odoratū eſt ꝓprie (ut diximus) qd aliunde odorē accipit. ℣ Gelido Numa ꝓdit ab antro: ubi eū intelligimus latuiſſe Egeriæ cōſilio: ne a Pico & Fauno ad fontē ueniētibus cerneret. ℣ Si ſcelus ingēio ſcitis abeſſe meo: affirmātis eſt Si cōiūctio hoc loco non dubitantis. ℣ Magna petis: qa in ptāte Iouis fulmia ſunt: ius aūt Deoȝ agreſtiū agri, nemora, monteſq; p̄ſcribūt. ℣ Dixerat hęc Faunus: par ē ſnia Pici: ſi Fauno Picus pr̄ eſt: cur Faun⁹ prior rndit? cur nō ceſſit parenti? dicemus ne ingeniolum poetā hoc loco dormitare? at q fandi arbitriū iure Faūo tribuit: cui qdē a fando nomē inditū putāt: cū Picū uerſum in auē Martiā fabulētur. ℣ Nubila ꝓmiſſi ſtyx mihi teſtis erit: iurat p Stygiā paludē. Notū ē cur Dii per eā iurare ac fallere timeāt. Eſt aūt Nubila adiectiuū nomē atrū ſignificās. Hic Vir. ait: Sub pedibus ſtyx atra uidet Manesq; profundi.

PAV. MAR.

ℂ Et diſponit pocula plena: crateres: ſeu calices plenos. ℣ Bacchi odorati: uini: qđ quo odorati? eo meli?. Et uſus eſt denoiatione: q̄ eſt cū ponimus iuētorē ꝓ re iuēta. &. ℣ Cōditus: abſcōditus. ℣ Latet cū ſuis antro: abſcōdit ſe & comites in iſidiis diſpoſitos: ne abſterreret Deos a guſtu uini, & ebrios, & dormiētes appēhēderet. ℣ Ad ſolitos uēiſt: uenere ad fontē Dii: & exhauſto uino q̄ti ſe dederē: quos egrediēs ex iſidiis Numa occupat: & laq̄is man⁹ alligat. ℣ Numina ſilueſtria: Picus & Faunus ſiluaȝ p̄ſides. ℣ Veniūt ad ſolitos fontes: quo ſæpe uenire cōſueuerāt. ℣ Et releuāt pectora ſicca: pp ſitim. releuāt ergo a ſi-

Plenaq; odorati diſponit pocula Bacchi:
Cunq; ſuis antro conditus ipſe latet.
Ad ſolitum ueniunt ſilueſtria numina fontem:
Et releuant multo pectora ſicca mero.
Vina quies ſequit. gelido Numa ꝓdit ab antro:
Vinclaq; ſopitas addit in arcta manus.
Somnus ut abſceſſit: pugnando uincula tentant
Rumpere: pugnantes fortius illa tenent.
Tunc Numa, Dii nemorū factis ignoſcite nr̄is:
Si ſcelus ingenio ſcitis abeſſe meo:
Quoq; modo poſſit fulmen monſtrate piari.
Sic Numa. ſic quatiens cornua Faunus ait.
Magna petis: nec quæ monitu tibi dicere noſtro
Fas ſit: habent fines numina noſtra ſuos.
Dii ſumus agreſtes, & qui dominamur in altis
Montibus: arbitrium eſt in ſua tecta Ioui.
Hunc tu non poteris per te deducere cælo:
At poteris noſtra forſitan uſus ope.
Dixerat hæc Faunus: par eſt ſententia Pici.
Deme tamen nobis uincula Picus ait.
Iuppiter huc ueniet ſumma perductus ab arce.
Nubila promiſſi ſtyx mihi teſtis erit.
Emiſſi laqueis quid agant: quæ carmina dicant:
Quaq; trahant ſuperis ſedibus arte Iouem:
Scire nefas homini eſt. nobis conceſſa canentur:
Quæq; pio dici uatis ab ore licet.
Elici unt cælo te Iuppiter: unde minores,

Elicius
Iuppi-
ter
Martiu
rex ſa-
crorum
inſtitutu

Hæ fouent ignes Vestæ: cũ sacris Vestæ ac cæteris constet põtificem maximũ præsidere. ☞ Lucos Veiouis ante duos: duo luci ad quos nonis Martiis Veioui: idest Ioui paruo ædes dicata est: fuerunt sub rupe Tarpeia ubi & Asylum, de quo ait Cornelius Tacitus: Tum diuersos Capitolii aditus iuxta lucũ Asyli. & Qua Tarpeia rupes Cẽtum gradibus adit. Liuius uero: Locus, inqt, qui nũc septus dẽsis sentibus iter duos lucos est Asylum aperit. De his lucis dixisse Martialem existimãt illinc: Pompeii dona, nemusq; duplex. Fuerũt & multa circa urbem loca Diis attributa: quæ lucos uocabant: quoꝝ prouentus in ludos cõferebãtur: teste Plutarcho. Est autẽ Veiuppiter (ut dixi mus) paruus Iuppiter: sicut Ouidius sentit hoc loco: cuius ædes fuit (teste A. Gel.) inter arcem & Capitoliũ. Sed idem uult Veiouem esse non iuuenẽ siue paruũ Iouem: sed Iouem uim nocẽdi habẽtem: non iuuãdi potestatem: quod ut Diouem dicimus, Lucetiũq; quoniam nos die ac luce quasi uita ipsa afficit & iuuat: ita & Veiouem appellauerunt dempta atq; detracta iuuandi potestate: cuꝫ constet Deos quosdam ut prosint celebrari: quosdam ne obsint placari. Ve enim particula modo intensionẽ significat: modo minutionem. Vnde quædam uocabula: quibus ea præponitur ambigua sunt: ac diuersam significationem capiunt. Quare Vescum salem dicimus ex edendi intẽtione: & aliter uescum cum edẽdi fastidio: quo uocabulo Lucretius p edaci usus est: teste Festo ut Nec mare quæ impendent uesco sale saxa peresa. Virgilius uero (ut placet Nonio) pro minutim concisso, ut Vescas salicũ frondes. Vbi Seruius Vescum inquit significare siccuꝫ ac tenerum. Alibi uero aliter, Simulachrũ Veiouis habuit aliquando sagittas: quare eum Deum plerique Apollinem esse dixerunt: cui capram imolabant: cuius animalis effigies erat apud eius simulachrum. Coluerũt & Campani Iouem imberbem: qui a Virgilio Anxyrus dicit. ut Quis Iuppiter Anxyrus aruis Præsidet: & uiridi gaudens Feronia luco. A quo nonnulli Anxur Volscæ gentis oppidum nominatum putant. Ipse autem Anxyrus dictus ẽ: qꝫ barbam nunq; rasisset: quasi anei xyras: idest fine nouacula: ut ait Seruius: uel ab anei cai xyro: idest rado. ☞ Lucum: luci partem: quam Romulus Asyli structura complexus est. Fuit hic lucus: teste Dionysio: inter Arcem & Capitolium. ☞ Huc dixit confuge tutus eris: Asyli locum ostendit: dicti apoti a cai sylan: idest a non auferendo. Vel (ut aliis placet) apoti a cai syro: quod est traho: inde eni nullus abduci poterat: quod non fuit in omnibus templis: ut Seruius docet: sed in his tantum quibus id erat consecrationis lege concessum. Primi autem Asylum instituisse dicuntur apud Athenienses Herculis filii: cum eos insequerentur: qui ab Hercule oppressi fuerant. Alii non a filiis Herculis: sed a nepotibus id Asylum: idest templum Misericordiæ institutum dicunt: ut Herculeos sedẽ fundasse nepotes. Quod Romulus imitatus ipse quoq; Asylum condidit: ementitusq; est id se Apollinis oracuło condidisse. Quidam tamen Cadmum primo Asylũ instituisse ferunt: cũ ad Thebas cõdẽdas multitudinem desideraret. Placet Asylũ poti? deducas ab a cai sylao q̃ aliũde.

Qua grauis Aeneas tutus ab hoste fuit.
Ortus ab Aenea tangit cognata sacerdos
Numina: cognatum Vesta tuere caput.
Quos sancta fouet ille manu, bene uiuitis ignes:
Viuite inextincti, flammaq;, duxq;, precor.
¶ Vna nota est Martis nonis: sacrata q̃ illis
Templa putant lucos Veiouis ante duos.
Romulus ut saxo lucum circundedit alto:
Quilibet huc dixit confuge: tutus eris.
O q̃ de tenui Romanus origine creuit:
Turba uetus q̃ non inuidiosa fuit.
Ne tamen ignaro nouitas tibi nominis obstet:
Discе quis iste Deus: cur ue uocetur ita.

PAV. MAR.

¶ Qua: põda. ☞ Aeneas grauis: onustus. ☞ Fuit tut? ab hoste: ab hostium insidiis: qa sospes euasit. ☞ Sacerdos ortus ab Aenea: Cęsar ab Iulio nepote Aeneæ ꝓgenit?: & de Augusto potes intelligere Diui Iulii ex adoptiõe filius: & gloriabat ipse quoq; ab Aenea genus ducere. ☞ Tangit cog. nu. Vestã & penates: de cognatis superius dixim?. ☞ O Vesta tuere: defendas & serues. ☞ Cõgnatũ caput: Cæsarẽ Augu. ☞ O ignes: Vestales. ☞ Bene uiuitis: inextincti estis: bñ sub optimo põtifice. ☞ Quos ille: Cæsar Augu. ☞ Fouet: quasi qbus fomites suggerit. ☞ Manu sãcta: alluśit ad Augusti cognomẽ: qm̃ augusta sancta dicunt: ut ostẽdimus in primo. ☞ Viuite ꝓcor inextincti & flãma & dux: quasi uiuatis æterni & ignis & Cęsar: & nunq; extinguamini. ☞ Vna nota: nonis Martiis festum est Veiouis, i. parui Iouis. Quo die sacrata fuere ei templa ante lucos Asyli in Intermontio: cuius rei mysterium illud est: ut Iuppiter paruus posteaq; adultus est cælo regnauit: sic urbs Roma parua ab initio: ubi Romulus aperuit Asylum: paulatim coaluit: & ad summum imperii culmen ascendit: ideo consecrauere templum parui Iouis eo in loco: unde sumpsit initium augmenti. ☞ Vna nota: unus titulus: una in fastis inscriptio. nã nota interdum in bonã partẽ accipit: ut in primo diximus. ☞ Est nonis: Martiis scilicet. ☞ Quod illis: nonis. ☞ Putant sacrata: consecrata. ☞ Templa Veiouis: parui Iouis: sed de hoc nomine paulopoś. ☞ Ante duos lucos: ante lucos Asyli. Nam locus erat, ut Liuius de Asylo inquit, septus densis sentibus inter duos lucos: ante hos duos ergo dedicatũ fuit. ☞ Romulus ut: poslq̃. ☞ Circũdedit: sepsit. ☞ Lucũ: quercetũ in Intermontio. ☞ Alto saxo: alii exponũt mœnibus: alii p hypallagẽ intelligunt: hoc est saxum circũdedit luco: sed ita intelligẽdum est: aperuit lucum saxo: hoc est rupibus circũdatum: quia hinc inde erant altæ rupes capitolinæ. ☞ Dixit: Romulus. ☞ Quilibet huc confuge: cõfugias in hoc Asylum. ☞ Tutus eris: quia nemo te inde abstrahet: de Asylo egimus in secũdo. ☞ O quã: ꝓ quãtum creuit. ☞ Romanus: populus. ☞ De tenui origine: de exiguo principio in magnã coaluit ciuitatẽ. ☞ Quã: quãtum. ☞ Vetus turba: prisci Romani. ☞ Fuit non inuidiosa: qa tam paruus populus: tam exigua ciuitas: ut nullus inuideret. Nam in osus nomina (Gellio teste) in utranq; possunt accipi significationẽ ut inuidiosum: & inuidẽtem dicamus: & cui inuidet. ☞ Tamen ne nouitas nominis: qa Veiouis nouũ tibi nomen uidet: ne hæc nouitas. ☞ Obstet ad intelligẽdũ festa. ☞ Tibi ignaro: qui ignoras nois rõnẽ. ☞ Discе quis iste Deus: qs Deus sit hoc nomine appellatus. ☞ Cur ue uocet ita: uel cur sit hoc noie uocatus. & duo proponit: quis Deus: & cur illud nomen.

Septio die Martii est festũ Veiouis .i. parui Iouis

¶ Fulmina

ANT. FAN.

¶ Fulmina nulla tenet:quæ barbatum decent:non puerum Iouem. ¶ Cælum affectare:quoniam gigantes affectu dicti sunt ad oppugnationem cæli non recta uoluntate. Hinc ipse alibi: Affectasse ferunt regnum cęleste gigãtes. ¶ Capra: Amaltheæ capræ effigies:quæ suo lacte Iouem infantẽ nutrisse dicitur. ¶ Nymphæ pauisse feruntur Cretides:putantur Melissa & Amalthea Melissi regis Cretẽsis filiæ Iouẽ aluisse. ¶ Vegrandia farra coloni:quę male creuerũt. ¶ Vescaq; parua uocant:uult Vegrande compositum esse a ue particula priuatiua:& significare minutum: quod & Festus scribit:ut Vegrande frumentum. Idem tamẽ nomen ualde grande interdum significat:teste Nonio: ubi ue particula uim augẽdi habet: ut Nec uitæ uegrandi datur. Vescum quoq; paruum significat. Vnde Festus: Vescus inquit fastidiosus:ue enim pro pusillo utebantur. ¶ Iamq; ubi cæruleum uariabãt sidera cælum:Suspice:Gorgonei colla uidebis equi:signa quæ heliace oriũtur in principio noctis uideri nequeunt:quippe cum ut nox iniens occasum ostẽdit heliacũ:ita & descendens ortũ eiusmodi nobis offerat. Sensus ergo ẽ:Vbi nox aduenerit suspice ad eius finem uidelicet non noctis initio:quia equi Gorgonei collum uidebis in ortum heliacum ferri. Ẽst autem ortus matutinus equi cui Pegaso nomẽ est ẽm Columellam.iiii.nonas Martias:ẽm Manilium Sole.xxi.partem Piscium obtinẽte. Higinius uero idem signum inquit cum Aquario & altero Piscium cuj quo occidit,exoriri. Eius pars antecedit hoc tempore Solem cum Piscibus orientem. Constat aũt Pegasus(ut auctori placet hoc loco)stellis.xv.ut Higinio.xviii.qui ꝙ tin pisin .i. fontem produxerit, Pegasi nomen accepit. Nota est fabula. Gorgoneus uero dictus est quod ex sanguine Medusæ Gorgonis eũ natũ fabulant:cuius dom? Gorgones fuerũt insulæ:teste Plinio:biduj nauigatõe distãtes a cõtinẽti:quas quidã Gorgades uocãt: quo pene trauit Hãno Pœnoꝝ impator. Sunt enim cõtra Atlantẽ montẽ ad fines Mauritaniæ. Vnde nõnulli alias fuisse Hespides:alias Gorgões recte arbitrant. Nã Hesperides habuisse hortos dicunt ad Lixon Libyæ. Sciendum de huius signi ortu: atq; occasu pleroſq; ita diuersa tradere: ut fere uidere non sit unum cum altero congruentem.

Vegrande .i. nõ grande

Pegasus oritur nonis Martiis uesperi

Gorgoneus equus Hesperides habuisse hortos ad Lixõ Libyæ

PAV. MAR.

¶ Iuppiter est iuuenis:iuueniles aspice uultus:
Aspice deinde manus:fulmina nulla tenet.
Fulmina post ausos cælum affectare gigantes
Sumpta Ioui:primo tempore inermis erat.
Ignibus Ossa nouis,& Pelion altior Ossa
Arsit:& in solida fixus Olympus humo.
Stat quoq; capra simul:nymphæ pauisse feruntur
Cretides:infanti lac dedit illa Ioui.
Nunc uocor ad nomen:uegrandia farra coloni,
Quæ male creuerunt,uescaq;,parua uocant.
Vis ea si uerbi est:cur non ego Veiouis ædem,
Aedem non magni suspicer esse Iouis?
¶ Iamq; ubi cæruleum uariabunt sidera cælum:
Suspice:Gorgonei colla uidebis equi.

¶ Iuppiter est iuuenis:quasi imago Iouis:quæ est in eo templo iuuenem eum monstrat. ¶ Aspice uultus iuueniles:quos in imagine refert. ¶ Aspice deinde manus: etiã iuueniles. ¶ Nulla tenet fulmina:nam cum iuuenis erat: ea nondum acceperat. ¶ Fulmina sumpta Ioui:quasi accepit Iuppiter fulmina. ¶ Post ausos gigantes affectare cælum:postea q̃ gigantes affectarũt regnũ cęleste:& ausi sunt oppugnare cõstructis montibus.de quibus in primo diximus. ¶ Primo tempore: in adulescentia. ¶ Erat inermis:nam non habebat fulmina. ¶ Ossa:mons. ¶ Arsit nouis ignibus:nouis fulminibus. ¶ Et Pelion:etiaj arsit. ¶ Altior Ossa:propterea quod Dicearchus altissimuj eum prodit. ¶ Et Olympus est fixus in solida humo:hoc est ita fixus ut iam auelli non possit: sed de his latius dictum est a nobis in eo loco primi libri:Sic petit cælũ &c.

Pelion Ossa & Olympus

¶ Stat quoq; capra simul:extat etiam cum Iouis imagine effigies Amaltheæ capræ:quę suo lacte Iouem pauit: ut illud indicet aliquãdo Iouem paruum fuisse. Capella enim Amaltheæ nymphæ uberibus suis aluit infantem: de qua Germanicus Cæsar in Aratheo carmine sic ait. Illa putat Nutrix esse Iouis:si uero Iuppitet insans Vbera Creteæ mulxit fidissima capræ: Sidere quæ claro gratum testatur alsinum:huius capellæ corio usum esse p scuto Iouej cõtra Titanas dimicãtem. Museus auctor est unde a poetis Aegiocus nominat. ¶ Nymphæ Cretides:Cretẽses. ¶ Ferũtur: dicuntur. ¶ Pauisse Iouem: nam Melyssa & Amalthea Melyssi regis ãtiquissimi in Creta filiæ: qui(ut Didim? inquit)primus diis sacrificauit. ¶ Illa:capra. ¶ Dedit lac Ioui:quia aluit infantẽ: sed de his plura agemus in sequenti libro. ¶ Nsic uocor: nunc ipsum nomen diffinit: quia Veiouis paruus est Iouis:& a simili arguit: qa uegrandia male:hoc est non grandia dicũtur:hæc enim particula ue diminutionem facit in compositis:unde & Põpeius Vegrãde inquit significat male grande:& uecors, uesanus:malicordis,malesanus. Alii paruum siue minutum intelligunt: ut uegrande frumẽtum &c. ¶ Nunc uocor ad nomen:ad aperiendam nominis significationem. ¶ Coloni:agrorum cultores. ¶ Vocant farra uegrandia: quæ male creuerunt:quæ non habuere suum incrementum:sic parua sunt. ¶ Et uesca uocant parua:hodie etiã in Marsis nostris:lingua uernacula:quæ parua sunt uesca dicuntur:ut cum dicunt maluam uescam: de ea quam Romæ paruam uocant,intelligunt. & Festus inquit:Vescus fastidiosus. Ve enim pro pusillo utebãtur. Lucretius uescum dixit edacem,cum ait:Nec mare quæ impendẽt uesco sale saxa pereka. ¶ Si ea uis est uerbi:si ea est proprietas uocabuli:ut uesca parua dicantur:& uegrandia non grandia. ¶ Cur ego non suspicer:putem. ¶ Aedem Veiouis esse ædem non magni,Iouis:templum parui Iouis. ¶ Iamq; cæruleum:uesperi nonarum oriri inquit Pegasum equum alatum:quem Higinius Aratũ adducens: & alii complures,Neptuni & Medusę filium dixere. Sed, ut alii,ex ipso Medusæ sanguine:quã Perseus interemit, natus est. Peruolauit in Heliconа:ubi saxum ungula feriens fontem aperuit:qui ex eo Hippocrene est appellatus:sed hic apud Pyrrhenem Coriothium fontẽ captus: unde Strabo:Fama est equum Pegasum: cum potaret hoc in loco a Bellerophonte deprehẽsum fuisse:alatum inquam caballum e Medusæ ceruice: & de Gorgonis excẽto gutture prosilientem. Vulgatum est etiam Cabalinum fontem in Helicone erupisse:cum subiectã ibi telurem fieret ungula. Hæc ille. Bellerophon post interfectam Chimeram:cum altius hoc equo usus euolaret:decidit equus ĩter sidera collocatus existimatur:qui(ut Higinius ipse ostendit)Arcticum circulum spectans pedibus æstiuo orbe niti:exttemo ore caput Delphini tangere uidetur. Aquarii manum dextram ceruici suæ coniungens:huius in stellis corpus apparet usq; ad umbilicum: qui occidit cum Pisce de duobus primo:qui supra tergũ eius ẽ fixus:exoritur cum Aquario toto:& Pisce cũ quo

Melyssa & Amalthea nutrices Iouis

Vepti cula mõ auget modo minuit

Pegasus equus apd Pyrenẽ in Helicõe captus fuit

Bellerophontis fabula ex hisloria sumpta

occidit:& manu Aquarii dextra. Hic habet in roſtro ſtellas duas obſcuras:in capite unam:in maxilla unam:in auribus ſingulas:in ceruicibus quatuor obſcuras:ſed maxime lucet:quæ proxima capiti apparet: in humero clarã unam:in pectore unam:in ſcapulo unam:in umbilico nouiſſimã unam:in genubus ſingulas: in poplitibus ſingulas.Poeta oriri dicit ueſperi nonarum Martiarũ.Plinius uero pridie idus Auguſti: ſed ortum poetæ accipiamus heliacum:nam occidẽte Sole:tum in alto cælo uidetur:quod apte oſtẽdit:cũ Sulpice dicat:quaſi ſurſum aſpice.℣ Iãq; ubi ſidera uariabunt cælum: uarium & pictũ oſtẽdẽt i nocte.℣ Cæruleum cælum:inqt cum uidetur ſimilis color cæli q & maris. ℣ Suſpice: attollas oculos & cælũ reſpice.℣ Videbis colla equi Gorgonei: Pegaſi nati ex ſanguine Gorgonis:hoc ẽ Meduſæ a Gorgadibus inſulis.

Creditur hic cæſæ grauida ceruice Meduſæ
Sanguine reſperſis proſiluiſſe comis.
Huic ſupra nubes,& ſubter ſidera lapſo
Cælum pro terra,pro pede penna fuit.
Iamq; indignanti noua frena receperat ore:
Cum leuis Aonias ungula fodit aquas.
Nunc fruitur cælo:quod permis ante petebat:
Et nitidus ſtellis quinq;,decemq; micat.
¶Protinus aſpicies uenienti nocte Coronam

ANT. FAN. ¶Creditur hic:bene creditur de re fabuloſa.tale & illud eſt:Illa putatur Nutrix eſſe Iouis.Pegaſum alii e ſanguine Meduſæ natũ uolunt:cui Perſeus caput dicit abſtuliſſe: alii Neptuni & Meduſæ filium dicũt & alatum fuiſſe fabulant.℣ Cælum:aer hoc loco:is eſt uolãtium ſolũ.℣ Noua frena:quia poetæ finxerũt Pegaſum captũ a Bellerophõte:qui poſt domitam Chimeram hoc equo uſus dicitur.unde altius uolans decidit: quo tempore Pegaſus in cælum tranſlatus eſt.℣ Aonias aquas: Hippocrenem fontẽ Bœotiæ dictũ ab equo: ut eius nomen oſtẽdit.De quo ait Perſius:Nec fonte labra Prolui Caballino.Hinc illud eſt: Dicite quæ fontes Aganippides Hippocrenes Grata Meduſæi ſigna tenetis equi.Strabo:Vulgatuq; eſt etiã Caballinũ fontem in Helicone erupiſſe:cũ ſubiectam ibi tellurẽ feriret ungula.℣ Protinus aſpicies uenienti nocte Coronã:Corona Ariadnes.viii.idus orit cronice:quã (ut placet Manilio).xy. pars Virginis in ortum dicit:cui Oui.aſtipulatur hoc loco.Alii tamẽ(ut Higinius)cũ Scorpione Coronã exoriri dicũt.Alii cum Libra:ut Columella & Pli.Alii eius partẽ cum Libra:totam uero cũ Scorpione exoriri uolunt:quæ occidit mane oriẽtibus Cãcro & Leone.Conſtat aũt ſtellis nouem. Et eſt Corona Vulcani opus:quam Venus,cũ Liber pr̃ Ariadnẽ uxorẽ duceret,ei donaſſe dicit:quãq; ad uxoris inſigne idẽ Deus itet ſidera collocauit.De cuius ſitu legimus in.viii.Meta. Tenues uolat illa p auras:Dumq; uolat gẽmæ ſubitos uertũtur in ignes:Conſiſtuntq; loco ſpẽ remanente Coronę: Qui medius nixiq; genu eſt,anguẽq; tenentis.Præſtat in hac Corõa cæteris fulgore ſtella q̃dã:quę.viii.idus Octobris occidit Cæſari:teſte Pli.Hãc & cæteras Coronã conſtituẽtes Cretẽſes olim uti ſidus peculiare ſequebantur. Sciendũ Ariadnẽ a Theſeo raptam: atq; in Naxo relictã eſſe:ut qbuſdam placet:quam Bacchi ſacerdos dicitur excepiſſe.Alii memoriæ prodiderũt eã diu apud Theſeum permãſiſſe:& ex eo duos filios ſuſcepiſſe.Alii in Cypro grauidã a Theſeo relictã ferũt:ubi excepta a mulieribus Cypriis añq; pareret e uita dicit exceſſiſſe. Scriptores autẽ Naxii duos fuiſſe Minoes tradiderunt:& totidẽ Ariadnas,priorẽq; Baccho nupſiſſe in Naxo inſula. Alterã uero a Theſeo deſtitutã in eandẽ inſulã nauigaſſe. De hac Corona nõ eodem modo oẽs fabulantur.Lege Higiniũ.

Hippocrene

Corona oritur viii.id? Martias

Corona Ariadnes

Varia ẽ opinio de Corona Ariadnes

¶Creditur hic:equus.℣ Proſiliiſſe:pcul ſaliſſe uel ſaltans exſtiſſe.℣ Grauida ceruice Meduſæ cæſæ:creditur ſaltaſſe ex execta & ſœta Meduſæ ceruice:quã Perſeus execuit:cum eã interemit.℣ Comis reſparſis ſanguine:tum cum reſectũ a ceruice caput.legit ẽt ſubin.℣ Cælum:aer.℣ Fuit terra:loco terræ.℣ Huic:equo.℣ Lapſo:uolanti.℣ Supra nubes & ſubter ſidera:quaſi uolãti altius inter ſidera & nubes.& ideo cælũ fuit pro terra:qa p aera uolabat:ac ſi per terrã curſum intendiſſet.℣ Pẽna fuit pro pede:erat alatus:utebat alis pro pedibus.℣ Iamq; receperat noua frena:iam apud Pyrenem ſub Acrocorintho deprehẽſus fuerat a Bellerophõte:& acceperat noua frena.℣ Ore indignanti: reluctãti.℣ Cũ ungula:Pegaſi.℣ Leuis:qa alati equi.℣ Fodit aquas Aonias: aq̃s Gorgoneũ,ſeu Caballinuz, ſeu Pegaſeũ fontem in Helicone ab Aonia montana regione Bœotiæ.℣ Nunc:ipſe equus.℣ Fruit cælo:quia cælo locatus eſt.℣ Quod ante petebat pẽnis:in quod prius euolabat.℣ Et nitidus micat:lucet.℣ Quinq; & decẽ ſtellis:cum cõſtet quindecim habere ſtellas.At Higinius inqt decem & ſeptẽ:& in numero earũ,quas ipſe cõmemorat,ſunt decẽ & ſex.Nõ igitur abſurduz, eſſet,ſi locus diceret:Sexq; decemq; micat: quia decẽ & ſex numero ſunt.℣ Protinus aſpicies:octauo idus Martias:& octaua die mẽſis orit Corõa de qua dictum eſt: O nimiũ effulgens cæli de parte ſerrena: O oculis nimiũ grata Corõa meis. Aſpirato mihi ſi qd tua numina poſſunt:Humani æthereo ſi quid ab axe uides. Dum procul Iliacæ decus imortale coronæ: Et quo nũc celeri nõ licet ire uia. Gnoſiacam liceat tantũ obſeruare Coronam:Sint tua p latiis ſidera ſideribus. Hã quoties orta fulges nitidiſſima nocte:In radios toties luminato lo tuos.Fundũturq; genis lachrymæ: dum mẽte uoluto Nõ noſtro Iliacam poſſe fouere ſinu.& reliqua. Coronã hanc ex auro & gẽmis a Vulcano factã uolunt & Veneri datã:quæ poſtea cũ Ariadne Baccho nuberet:ei a Venere oblata eſt.Hac uolũt aliqui Theſeum pro lumine uſum in Labyrintho.Qui autem Argolica ſcripſere:aiũt Coronam hãc a Venere acceptam Bacchum ſecũ tuliſſe:cum ad reducẽdam matrem ab inferis accederet: ſed doctus iter ab Hippolirno promiſſo:quod peteret:Coronam diuiſit in loco: qui ab ea ἀστεφανος appellatus eſt: reducens matrem:Coronam inter ſidera collocauit. Vulgatior tamen fama habet Ariadnæ a Theſeo derelictæ in Dia inſula: Baccho poſtea nuptæ a Venere traditam, Bacchumque deuictis Indis Indorum regis filiam præſtantem forma ſecum ducẽtem:cum quereret Ariadne: Bacchus eam cũ Corona inter ſidera collocauit. Coronam humero ſiniſtro prope cõtingeret,Arctophylax uidetur:quæ autem Engo quaſi dextri pedis calce coniungitur.Hæc Cancro & Leone exoriẽte occidere: cũ Scorpione exoriri perſpicitur.Habet autem ſtellas nouem in rotundo diſpoſitas: ſed ex his tres clarius cæteris lucentes.De ortu autem Coronæ Plinius cum poeta non concordat: ſic enim inquit: Sexto nonas Octobris Atticæ Corona exoritur.Mane Aſiæ & Cæſari quinto calẽdas Eniocus occidit matutino tertio calendas Cæſari Corona exoriri incipit. Et poſtea ſubdit.viii.idus Octobris: Cæſari fulgens in Corona ſtella exoritur:Idibus Corona tota.Verum alter heliacus: alter coſmicus ortus eſt. ℣ Protinus: ſubſequenter.℣ Venienti nocte: poſt noctem nonarum ſequenti nocte.

Corõa donata Baccho a Venere ad reducẽdaz matrẽ ab inferis fabulantur Ariadnen Dia inſula relicta a Theſeo fuit

¶Gnoſida:

ANT. FAN. ¶ Gnosida: Cretensem a Gnoso Cretæ oppido: ubi fuit Minois regia. Virgilius: Gnosiaq; ardentis descendat stella Coronæ. ☞ Ingrato uiro: Theseo: a quo nonnulli Ariadnem abactam ac derelictam uolunt: de qua incerta feruntur. Lege Plutarchum in Theseo. Notum est beneficio Ariadnes Theseum e Labyrintho regressum esse. Ouidius alibi: Cuz tibi ne uictus tecto morerer ferecuruo: Quæ regerent passus p duce fila dedi. ☞ Sorte tori gaudens: læta quod ei Bacchus pro Theseo cõtigisset: ac pro mortali Deus. ☞ Depexos crinibus Indos: Onesicritus auctor est: ut scribit Strabo: Indos cæteris quidem in rebus frugales esse: circa ornatum uero curiosos. Ad eos secundum Megasthenem (ut idez ait Strabo) nemo extrinsecus cum exercitu profectus est: præter Herculem, Liberum patrem, & Macedonas. ☞ Filia regis: unam captiuarum dicit Indorum regis filiam: quæ Baccho placuisse dicitur. ☞ Similes audite querelas: quales audierant fluctus: cum Ariadne de Theseo quereret. ☞ Nomine mutato: Thesei i Bacchum. ☞ In desertis morituram Liber harenis Seruabas: Chii insulæ: uel Naxi harenas dicit secundum Senecam, moriturus autem principium aptitudinem hic non actum significat.

Onesicritus & Strabo de Baccho & Hercule

Gnosida: Theseo crimine facta Dea est.
Iam bene periuro mutarat coniuge Bacchum,
Quæ dedit ingrato fila regenda uiro.
Sorte tori gaudens, quid flebam rustica dixit?
Vtiliter nobis perfidus ille fuit.
Interea Liber depexos crinibus Indos
Vicit: & Eoo dives ab orbe redit.
Inter captiuas facie præstante puellas
Grata nimis Baccho filia regis erat.
Flebat amans coniux: spatiataq; littore curuo
Edidit incultis talia uerba comis.
En iterum fluctus similes audite querelas:
En iterum lachrymas accipe harena meas.
Dicebam (memini) periure, & perfide Theseu:
Ille abiit: eadem crimina Bacchus habet.
Nunc quoq; nulla uiro, clamabo fœmina credat:
Nomine mutato causa relata mea est.
O utinam mea fors, quo primum cœperat, isset:
Iamq; ego præsenti tempore nulla forem.
Quid me in desertis morituram Liber harenis

PAV. MAR. ¶ Aspicies Coronam Gnosida: Cretensem. Nam Ariadne Cretensis fuit a Gnoso urbe: ubi fuit regia Minois. ☞ Est facta Dea: ipsa Ariadne est in cælum relata. ☞ Theseo crimine: pfidia Thesei: qui eam in India reliquit. ☞ Iã bene mutarat Bacchum periuro coniuge: iam bene uirum commutauerat: nam pro homine Deum: pro periuro & perfido fidelẽ acceperat. ☞ Quæ: Ariadne. ☞ Quæ dedit fila regenda uiro ingrato: allusit ad illud Virgilianum: Cæca regens filo uestigia. Nam Ariadne dederat filum Theseo: quo sciret e Labyrintho regredi. & in Heroidib?: Cũ tibi ne uictus tecto morerere recuruo: Quæ regerent passus pro duce fila dedi. Et paulopost: Nec tibi quæ reditus mõstrarent fila dedissem: Fila per adductas sæpe recepta manus. At ille non retulit beneficii gratiã. ☞ Sorte tori gaudens: iam cum gauderet thalami, seu coniugii fortuna. ☞ Dixit quid flebam rustica: quid flere debebam me ab illo relictam. ☞ Ille: Theseus. ☞ Fuit nobis perfidus: periurus, proditor. ☞ Vtiliter nobis: quasi sua perfidia fuit nobis utilitas: quia Deo nupsimus. ☞ Interea Liber: posteaquam Ariadne Baccho nupserat: ad Indicam expeditionem Bacchus profectus est. Cum q; uictor rediret: ducens secum Indorum regis filiam: uerens Ariadne: ne illius amore a Baccho relinqueretur: cœpit miserabiliter queri: non secus ac fecerat: cum a Theseo relicta est. ☞ Interea: dum se felicem tanto coniuge Ariadne existimabat. ☞ Liber: Bacchus. ☞ Vicit Indos: & hoc quoq; attigimus in primo libro: quia triennio totam Indiam domuit: perque omnem orbem exercitum circunduxit: & plura reliquit trophea: statuasq; suarũ expeditionum testes. ☞ Depexis crinibus: sicut est eorum mos pectere & enutrire comas & barbam. ☞ Et redit dives: quasi cum ingenti præda. ☞ Ab orbe Eoo: ab oriente. ☞ Filia regis: Indorum scilicet. ☞ Præstanti facie: quæ præstabat cæteris forma. ☞ Inter puellas captiuas: q̃ captiuæ ex India ducebantur. ☞ Erat nimis grata Baccho: mirum in modum placebat. ☞ Amãs cõiux: Ariadne. ☞ Flebat: cum audisset illum illam ducere & gratã eẽ. ☞ Spatiata q̃ littore curuo: cum spatiaretur: hoc est cuz deambularet per littus sinuosum. ut est illud in Arte: An tu modo Pompeia lætus spatiare sub umbra. ☞ Edidit talia uerba: ita loquuta est. ☞ Comis incultis: crinibus non ornatis, sed solutis. ☞ En iterq; fluctus: querela Ariadnes q̃ adducta esset ei pellex a Baccho. Querebatur primum de Theseo: nunc similis causa data est fletui: q̃ funditur in questus & lachrymas: & undiq; mouet cõmiserationem. ☞ O fluct?: o marinæ undę. ☞ En iterum audite similes querelas: quales audiuistis prius, cum a Theseo essem relicta. ☞ En iterum: o harena accipe meas lachrymas: sicut tunc acceperas. ☞ Dicebam: tunc cum me ille perfidus reliquisset. ☞ Memini: me scilicet sic dixisse. ☞ O Theseu periure, & perfide: appellabam illum periurum: & fidei uiolatorem. ☞ Ille abiit: discessit a me: nec reuocatus rediit. ☞ Bacchus habet eadem crimina fidei: scilicet uiolatæ: quia adduxit pellicem. ☞ Nunc quoque clamabo nulla fœmina credat uiro: nunc etiam illud cum clamore dicam: non esse a puellis adhibendam uiris fidem, nam omnes sunt deceptores. ☞ Causa mea: ob perfidiam uirilem. ☞ Et relata mutato nomine: nam querebar de Theseo: nunc de Baccho: ita nomen mutatum de Theseo in Bachum. ☞ O utinam: remansissem inquit utinam deserta in littore: nec me Bacchus reperisset: nam iam extincta non hos sentirem dolores. ☞ O utinam mea fors: mea fortuna. ☞ Isset quo primum cœperat: perseueraisset in tenore incepto. ☞ Iamq; in præsenti tempore nulla forem: quia essem extincta: & muliebris locutio est: cum dicat nulla: ac si spiritus non superfuisset. ☞ Quid me: Ariadnem in Dia insula a Theseo relictam: ex eius epistola in Heroidibus late constat. Liberum illi opem tulisse: in coniugem accepisse: & in Metamorphosi & in Arte amandi: & in Annæi Tragœdia refertur: & paulоante retulimus. Nunc queritur seruatam a Bacho fuisse: nam mortua rursus eundem minime dolorem sentiret: appellatq; illum leuem: quoniam adduxerit pellicem: uiolarique fidem: quod turpius est: quod qui Theseum damnabat: eiusdem criminis possit accusari. ☞ O Liber: Bacche.

Bacch? in Indiã pfectus ad militiam

Cõquestio Ariadnes relictę a Theseo in insula Dia

ANT. FAN.

¶Potui dedoluisse semel: potui ubi me Theseus reliquerat morte dolorem deponere. ℣ Thesea culpabas: quia carere debet omni uitio, qui in alium paratus est dicere. ℣ Nesciat hoc quisquam: ne mea culpa bis derelicta uel decepta uidear. ℣ Præcipue cupiam cælari Theseа: cupio nescire Theseum qꝑ & Deus quoq; me spreuerit. ℣ Præposita ẽ fuscæ mihi cãdida pellex: proprie dicit pellicem quæ cũ eo corpus miscet qui habet uxorem. Est autẽ hoc loco ironia ubi Ariadne se fuscam, & pellicem candidam dicit: quam figuram illusionem uocant: teste Quintiliano: quæ aut pronunciatione intelligitur: aut persona: aut rei natura. ℣ Inquinat: uitio nigredinis quod Ariadne suspicatur in Bacchum posse transferri. ℣ Matrem: Pasiphaen: ex qua & Tauro natus est Minotaurus. Nota est fabula.

¶Quid seruabas me moriturам: cum iam moritura essem cur opem attulisti. ℣ In harenis desertis: incultis: cum essem in deserto littore. ℣ Potui semel: carere morte scilicet. Hæc particula de sæpe in compositione deficientem uim sui simplicis indicat: ut sæuit desæuit: disco dedisco: tego detego: sic doleo dedoleo. ℣ Bacche leuis: incõstans. ℣ Et leuior tuis frondibus quæ cingunt tempora: leuior pampinis quibus coronaris. nam ut illi decidunt ex arboribus: nec seruant uiriditatem, ita tuus animus sua inconstãtia agitur. ℣ Cognite Bacche in lachrymas meas: quarum tu causa es cum pellicem superinducas. ℣ Es auſus sollicitare: sollicitum & anxium reddere. ℣ Torum: thalamum. ℣ Tam bene compositum: tam bene iugali iure munitũ. ℣ Abducta pellice: cum pellicem adduxeris ante oculos nostros. Pellices nunc quidem appellantur alienis succũbentes: non solum fœminæ, sed etiam mares. Antiqui eã proprie pellicem nominabant, quæ uxorem suam habẽti nubat: cui generi mulierum etiaꝫ pœna constituta est a Numa Pompilio hac lege: Pellex aram Iunonis ne tangito: si tanget Iunoni crinibus demissis agnam fœminam cædito, hæc Pompeius. Massurius libro memorabilium: Pellicem apud antiquos eam habitam scribit: quæ cum uxor non esset: cum aliquo tamen uiuebat: quam nũc uero nomine amicam paulo honestiorem concubinam appellari. C. Flacus in libro de iure Papyriano scribit pellicem nunc uulgo uocari: quæ cum eo cui uxor sit corpus misceat: quosdam eam quæ uxoris loco sine nuptiis in domo sit: quam græci παλλακην uocant. ℣ Heu ubi pacta fides: ubi ea quam promisisti fidẽ. ℣ Vbi quæ solebas iurare: per quam iurabas. ℣ Me miseram: dico scilicet. ℣ Quoties ego loquor hæc uerba: quoties cogor ita loqui: nam primum perfidia Thesei: nunc uero Bacchi: facit ut ita loquar. ℣ Culpabas Theseа: damnabas Theseum a perfidia: qꝑ me reliquisset. ℣ Et tu ipse uocabas fallacem: quia periurus. ℣ Tu ipse peccas turpius: reprehensibilius. ℣ Tuo iudicio: quia qui perfidum & fallacem illum iudicabas: nunc cum in eodem sis crimine: ex eo qꝑ illum damnabas: longe magis damnari mereris. ℣ Nesciat hoc: uellet inquit hoc omnes latere: ne quis putet me toties mea culpa derelictam: & in primis latere uelim Theseum: ne gaudeat nunc Deum in me fuisse fallacem: nam numinis exemplo culpã suam extenuaret. ℣ Nesciat quisq̃: hoc me: scilicet a Baccho fuisse deceptam. ℣ Et urar: absumar ego. ℣ Tacitis doloribus: ne cui sint cogniti: sed tacita ipsa adurar. ℣ Ne puter: ne existimer. ℣ Fuisse digna toties falli: meruisse aliqua mea culpa toties a uiris decipi. ℣ Præcipue: in primis. ℣ Cupiam cælari Theseа: cupiam hoc esse illi occultum. ℣ Ne gaudeat te esse consortem suæ culpæ: te fuisse eiusdem fallaciæ studiosum. ℣ At puto: ironicus sermo: ut pellicem in contemptum adducat: præfers inquit mihi illam candidam: cum illa patrio colore fusca sit: & Ariadne cãdida. ℣ At puto est præpositа: in amore tuo. ℣ Mihi fuscæ: nigranti. ℣ Pellex cãdida: captiua, quam ꝑ amica ducis niueæ faciei. ℣ Ille color: fuscus qui est in ista pellice. ℣ Eueniat nostris hostibus: quasi non amici: sed hostes sint ita nigri: ut illa est. ℣ Tamen quid: cur refero hæc. ℣ Est tibi gratior: iucundior. ℣ Ipso uitio: ipsa nigredine: quod uitium est corporis. Nam (ut Modestinus de uerborum significatione inquit) morbum esse temporalem corporis imbecillitatem uerum est: Vitium uero perpetuum corporis impedimentum. & subdit: Nam & luscus utiq; uitiosus est. Morbum apud Sabinum sic diffinitum esse sciendũ est: Habitum cuiusq; corporis contra naturã: qui usum eius ad id faciat deteriorẽ: cuius causa natura nobis eius corporis sanitatem dedit. Id autem alias in toto corpore: alias in parte accidere. Namq; totius corporis morbꝰ est: puta febris, partis ueluti cæcitatis. licet homo ita natus sit. Vitium a morbo multum differre: ut puta siquis balbus sit. nam hunc uitiosum magis esse q̃ morbosum: & reliqua. Plura enim de his agit Vlpi. iurisc. de quibus alias. ℣ Quid facis: o Bacche qui illam amas. ℣ Illa inquinat: polluit. ℣ Tuos amplexus: commaculat tua brachia suo colore. nam nigredinem contrahent. ℣ Bacche fidem præsta: adhibe mihi fidem. ℣ Ne præfer: noli præponere. ℣ Vllam amoribꝰ coniugis: quia magis te amat coniux: q̃ ancilla: ergo ne præferas ullam mihi. ℣ Semper assueui amare uirum: nam prius Theseum: deinde te ardentissime amaui: seruauiq; fidem inuiolatam. ℣ Cornua tauri formosi ceperunt matrem: quasi Pasiphae mater capta fuit cornibus tauri pulcherrimi. nota est fabula Pasiphaes uxoris Minois: quæ tauro succubuit: unde natus est Minotaurus: sed de his cumulatius in .vi. Aene. diximus.

¶ Me tua:

PAV. MAR.

Seruabas? potui dedoluisse semel.
Bacche leuis, leuiorq; tuis: quæ tempora cingunt
Frondibus: in lachrymas cognite Bacche meas,
Ausus es ante oculos adducta pellice nostros
Tam bene compositum sollicitare torum.
Heu ubi pacta fides? ubi quæ iurare solebas?
Me miseram quoties hæc ego uerba loquor.
Theseа culpabas: fallacemq; ipse uocabas:
Iudicio peccas turpius ipse tuo.
Nesciat hoc quisq̃: tacitisq; doloribus urar:
Ne toties falli digna fuisse puter.
Præcipue cupiam cælari Theseа: ne te
Consortem culpæ gaudeat esse suæ.
At puto præposita est fuscæ mihi candida pellex.
Eueniat nostris hostibus ille color.
Quid tamẽ hoc refert? uitio tibi gratior ipso est.
Quid facis? amplexus inquinat illa tuos.
Bacche fidem præsta: nec præfer amoribus ullã
Coniugis: assueui semper amare uirum.
Ceperunt matrem formosi cornua tauri:

Pellex Iunonis

C. Flacꝰ in libro de iure Papyriano

Vitiũ est ꝑpetuus corpis impedimẽtũ: morbus ẽ cũ accessu & recessu

ANT. FAN. Cornua dantur Baccho

¶Me tua: & exẽplo matris cui taurus placuit cornibus p̃ditus, nã & Baccho a poetis dant cornua. ut Accedãt capiti cornua Baccus eris. uel q̃ primos tauros iugo subiecerit, & arare docuerit: uel q̃ nimio uino (ut inqt Festus) homes truces fiunt: p cornua. n. significat ꝓteruitas & cõtumacia: teste Porphyriõe. Vnde illud est: Addis cornua pauperi. Cæteꝝ plures fuerũt Dionysii teste Diodoro.

Per cornua Bachus significat pteruã: sed plures fuerũt Dionysii

Me tua: sed lædit ille pudendus amor.
Ne noceat quod amo: nec. n. tibi Bacche nocebat,
Quod flammas nobis fassus es ipse tuas.
Nec q̃ nos uris, mirum facis, ortus in igne
Diceris: & patria raptus ab igne manu.
Illa ego sum: cui tu solitus promittere cælum.
Hei mihi pro cælo qualia dona fero.
Dixerat: audierat iamdudum uerba querentis
Liber: ut a tergo forte secutus erat.
Occupat amplexu: lachrymasq; per oscula siccat:
Et pariter cæli summa petamus ait.
Tu mihi iuncta toro, mihi iũcta uocabula sumes:
Nam tibi mutatæ Libera nomen erit.
Sintq; tuæ tecum faciam monumenta Coronæ:
Vulcanus Veneri quam dedit: illa tibi.
Dicta facit: gẽmasq; nouem transformat in ignes:
Aurea per stellas nunc micat illa nouem.
¶Sex ubi sustulerit, totidemq; demiserit orbes
Purpureum rapido qui uehit axe diem:
Altera gramineo spectabis Equiria campo:
Quem Tyberis curuis in latus urget aquis.
Qui tamen eiecta si forte tenebitur unda:

Monumẽtum

Monumẽtũ quicquid in posterũ memoriæ cãpdit: & quicqd ob memoriã alicuius fit: ut Fana, Porticus, Carmina, & similia: & a monẽdo dictum existimat. ✠ Per stellas nunc micat illa nouẽ: Seruius scribit sex stellas eẽ quibus i cælo Corona hæc declarat: alii nouẽ. unde illud est: Inde nouem numero Cressam fecere Coronã. Id signũ maxime lucere cernit. ut Hic illa eximio posita ẽ fulgore Corona. Ouidius alibi: Bacchi coniux redimita Corona Prę radiat stellis signa minora suis. ✠ Sex ubi sustulerit, totidẽq; demiserit orbes. iii. Idus Martias iterũ Eqria celebrãtur: dicta (ut ait Varro) ab equoꝝ cursu. Eo. n. die currũt in cãpo Martio: cuius admirabilis magnitudo (ut inquit Strabo) curules cursus & alia equestria certamina expedita suppeditabat. Dicit autẽ altera Eqria: qa supra legimus: iamq; duæ restant noctes de mẽse secũdo Marsq; cum tos iunctis curribus urget equos. Hos ludos diximus a Romulo institutos eẽ Marti p̃ri: q (si forte hoc tempore: quo flumina imbribus augeri solent: cãpum Martiũ aq̃ Tyberis occupassent) transferebantur ad Cælium montem. unde ait Festus: Martialis camp⁹ in Cælio monte dicitur: q̃ in eo Equiria solebãt fieri: si quando aquæ Tyberis campuꝫ Martium occupassent. Ad hunc montẽ uia fuit propemodum plana. ut Cælius ex alto qua mons descẽdit in æquũ: Hic ubi nõ plana est: sed ꝓpe plana uia est.

Equiria iii. Idus Martias Equiria fiebãt in campo Martio uel i Cælio mõte

Cælius unde dictus

Dictus autem est Cælius (ut Festo placet) a Cælio quodam ex Hetruria: qui Romulo auxilium aduersus Sabinos præbuit: & in eo domicilium habuit. Vel (ut ait Varro) a Cælio Iubenno ex eadẽ prouincia: qui dicitur Romulo uenisse auxilio: post cuius obitum Thusci q̃ nimis munita loca tenerent deducti dicuntur in planum: a quibus uicus Thuscus dictus est.

PAV. MAR.

¶Me tua. s. cornua capiunt: q̃si ego capta sum cornibus tuis. nã Bacchus cũ cornibus pingit: de quo paulo post. ✠ Sed lædit me. s. qa nimiũ excruciat. ✠ Ille amor pudendus: amor tuus in captiuã: iõ pudẽdus: q̃ serua est & fuscã. alii q̃ referũt illud ad Pasyphaẽ: qa pudẽdus amor illi⁹ q̃ tauro succubuit. ✠ Ne noceat mihi. i. q̃ amo te: ꝙ potiꝰ ꝓsit. ✠ Enim: qa. ✠ Nõ nocebat: ꝙ ꝓderat. ✠ Tibi o Bache q̃ tu ipse es fassus nobis flãmas tuas: q̃ apuisti nobis amores tuos: sic ꝓdesse debet & mihi: cũ scias te amari a nobis. ✠ Nec facis mirũ: nõ est res miranda. ✠ Quod nos uris: q̃ uror ego tuo amor. ✠ Diceris ortus in igne: iccirco nõ est mirꝫ: qa tu natus i igne iniicis mihi flammas. ✠ Et diceris raptꝰ ab igne: a fulmine. ✠ Manu p̃ria: manu Iouis. nã cũ Semele exanimata cẽt fulmine edit⁹ immaturus infans semori adhæsit: ubi tpa debita cõpleuit. Et si unus tm̃ Bacchus, seu Diony. a plerisq; poetis referat: plures tm̃ fuere. Diodo. Diony. tres fuisse testat: Priorẽ Indũ: qa primus docuerit ex uua uinũ eliceꝛ, & arbogꝝ curã. Secũdũ ex Ioue & Proserpina: uel (ut alii) ex Cerere natũ: q primus boues ad aratrũ iunxerit: cum terra prius homum mãibus coleret. Cui ob multa beneficia diuini sunt instituti honores: additaq; ad eius statuas uelut insigne quoddam cornua: ob putilẽ agricolis i uẽtionẽ aratri. Tertiũ ex Ioue & Semele Cadmi Thebis in Bœotia natũ dicũt. Semeles Iouẽ amore captũ: & cum ea sæpius cubuisse ferũt. Inde Iunonẽ in ancillam uersam suasisse Semeli ab Ioue petere: ut ea secum maiestate cõcũberet, qua cũ Iunone cõsueuisset. Quo ꝓmisso: cũ tonitru & fulmine ad eam descẽdit: q̃ territa expirans aborsa est. Editũ ante tempus filium Iuppiter in femore recipit: & partus tempore in Nylam Arabiæ ciuitatẽ tulit. Vbi a nymphis educans ifans: a patre & Nysa Diony. est appellatus: διὸς .n. græce: latine Iuppiter. Hic igit̃ ortum in igne dicit: quia Iouis fulmine. Præterea (ut inquit Pompeius) cornua Liberi patris simulachro addiciunt: quem inuentorem uini dicunt: eo q̃ homines nimio uino truces fiunt. ✠ Illa ego sum: cui tu: o Bacche. ✠ Es solitus promittere cælum: sæpe pollicitus es me in cælũ referre. ✠ Hei mihi qualia dona fero pro cælo: loco promissi cæli sum ita abste relicta: & pro munere pellicem Indicam adducis. ✠ Dixerat, audierat: querentẽ ita Ariadnem Bacchus audiuit: amplexusq; eam primum uerbis consolatur: deinde in cælum retulit: coronãq; simul inter astra collocauit: nouẽq; gẽmas in totidem stellas trãsformauit. ✠ Dixerat: iam questa erat Ariadne. ✠ Liber: Bacchus. ✠ Iamdudũ: ex quo illa cœpit loq. ✠ Audierat uerba querẽtis: Ariadnes lamẽtãtis. ✠ Vt: sicut. ✠ Forte erat sequutus a tergo: dum deambulans illa per harenas quærebatur: sequebat̃ a tergo Bacch⁹. ✠ Occupat amplexu: amplectit̃ illam. ✠ Et siccat lachrymas per oscula: osculabatur illius genas: & siccabat lachrymas. ✠ Et ait petamus pariter summa cæli: cõscẽdamus simul in cæli sũmitatem. ✠ Tu mihi iuncta toro: quasi iuncta iure iugali. nã tu mea coniux. ✠ Sumes uocabula mihi iuncta: quæ

Pasiphae est capta amore cornuũ Tauri

Diõysiꝰ primus exuua uinũ cœpit elicere: & arbogꝝ curã docuit

Secũdus ex Ioue & Proserpina uel Cerere cui dant cornua

Tertius ex Ioue & Semele ut ait Diodorus

iuncta es thalamo:eris quoq; iuncta nomine. ☞ Nam tibi mutatæ:ex humana in Deam:ex mortali in immortalem. ☞ Erit nomen Libera:nam ut ego Liber dicor: tu quoq; Libera diceris. ☞ Et faciam sint tecum monumenta tuæ Coronæ:ut tecum habeas in cælo Coronam tuam: aut ipsius memoriam: nam eius gemmæ in stellas transferentur. Monumentum est (ut Vlpianus iurisconsultus inquit) quod memoriæ seruandæ gratia exi stit. & Florenti. Monumentum inquit generaliter res est in posterum memoriæ causa prodita: in qua si corpus, uel reliquiæ inferuntur: fiet sepulchrum. si uero nihil eorum inferatur, erit monumẽtum memoriç causa factum. ☞ Quam: coronam. ☞ Vulcanus dedit Veneri: quod supius diximus. ☞ Illa tibi: nam Venus tibi dono dedit. ☞ Dicta facit: nam retulit illam in cælũ. ☞ Et transformat: transmutat. ☞ Nouem gemmas: quæ sunt in Coronam. ☞ In ignes: in totidem stellas ignitas. ☞ Aurea Corona: ex auro. ☞ Micat: lucet. ☞ Per stellas nouem: nam quot gemmæ fuerant: tot nunc sunt stellæ numero nouem. ☞ Sex ubi sustulerit: tertio decimo die mensis: hoc est tertio idus Mar. fient Equiria in campo Martio prope Tybrim: quod si inundaret Tybris: ut ille locus aquis tegeretur: itur in Cælium montem. ibi erunt equorũ cursus: quos multi putant a Romulo institutos Marti genitori. ☞ Vbi: posq̃. ☞ Qui: Phœbus. ☞ Vehit axe rapido: refert curru uelociː nam partẽ p toto posuit. ☞ Diẽ purpureũ: rubicũdum. ☞ Sustulerit: eleuauerit. ☞ Sex orbes: rotunditates: seu solares orbes. ☞ Totidem: sex etiã. ☞ Demiserit: deorsum miserit: hoc est posq̃ sexies orietur Sol & toties occidet Sol. i. posq̃ fluxerit sextus dies ab ipso ortu Coronæ. legitur etiam sic hoc carmen: Sex ubi sustulerit: totidem quoq; deferat ortus. ☞ Spectabis altera Equiria: equorum cursus. ☞ Campo gramineo: in campo Martio herbido. Altera dixit: quia & altera fiebãt in fine Februarii: de quibus suo loco diximus. ☞ Quem: campum. ☞ Tybris urget in latus: quasi ambit ab uno latere aquis curuis, flexis, & fluuosis. Campus Martius iuxta Tybrim: ubi sæpe fiebant ludi & certamina circum erant porticus pulcherrimæ, & horti nemorosi. In eo ẽt erat Augusti Mausoleum e marmore candido: in uertice æneum Augusti simulachrum habens. ☞ Qui tamen: cãpus. ☞ Si forte tenebitur: occupabitur. ☞ Vnda eiecta: in undatione Tyberina: nam tũc eiicitur unda a Tybride.

¶ Puluerulentus: quod eo non peruenerint aquæ Tyberis campum Martium inundantis. ☞ Idibus est Annæ &c. idibus Martiis priuatim & publice sacrificabatur Annæ perennæ: ut annare, perennareq; commode liceret: ut scribit Macrobius. Hanc Deam nonnulli Lunam eẽ crediderẽ: e cuius cursu menses annum implentes colligũtur. Alii Themin: quam idem eẽ existimabant quod fas est: auctore Fe. Alii Annam Didus sororem. Alii unã Atlantidum. Alii Isidem. Alii anum quandam suburbanam: quæ famescenti plebi, cum in sacrum montem successisset Liba dicitur ministrasse. Quod adeo gratũ plebi fuit: ut eam in Dearum numerum referẽdam curauerit. Placet autem Sillio in. viii. Punicorum: Annam perennã Didus sororem esse. ut Regnisq; Aeneadum germana colatur Elisæ: quam nympham in Aricino agro siue Lauren

Vlpian⁹

De corona facta a Vuulcano Veneri

Egria altera fiebãt in fine Februarii

ANT. FAN. Annæ perennæ festũ idib⁹ Martiis

Anna perenna

Sillius in lib. viii.

Cælius accipiet puluerulentus equos.
¶ Idibus est Annæ festum geniale perennæ,
Non procul a ripis aduena Tybri tuis.
Plebs uenit: ac uirides passim disiecta per herbas
Potat: & accumbit cum pare quisq; sua.
Sub Ioue pars durat: pauci tentoria ponunt:
Sunt quibus e ramis frondea facta casa est.
Pars ibi pro rigidis calamos statuere columnis:
Desuper extentas imposuere togas.
Sole tamen u, inoq; calent: annosq; precantur
ti consecratam a perpetuitate perennam existimant appellatã. Eius festum Geniale dicitur: q plebei apud Tyberim genio & uoluptati operam darent: & cantu & potu largiore perennem uitam sibi auspicantes. ☞ Sub Ioue pars durãt: sub dio nullis tẽtoriis: nullis frõdib⁹ tecti. ¶ Cælius: mons. ☞ Puluerulentus: siccus ubi non fit infidatio. ☞ Accipiet equos: & fient Equiria in Cælio: qui mons ita dictus: ut Varroni placet: a Cælio Iubenno Thusco duce nobili: qui cũ sua manu dicitur Romulo uenisse auxilio contra Latinum regem. Hinc post Cælii obitum: quo nimis munita loca tenerent: neq; sine suspitione essent: deducti dicuntur in planum: ab eis dictus uicus Thusc⁹. & ideo ibi Vortũnũ stare: q is De⁹ Hetruriæ: princeps de Cælianis: quia suspitione liberi essent: traductos uelũt in eũ locũ q uocat Cæliolus cum Cælio cõiunctũ. Et Põpeius ait: Cælius mons dictus ẽ a Cælio quodã ex Hetruria: q Romulo auxiliũ aduersus Sabinos p̃buit: eo q in eo domiciliũ habuit. ☞ Idibus est: & superius diximus (auctore Macrobio) mẽse Martio sacrificatũ iri ad Annã perennã: quo cõmode annare, & perennare liceat. Poeta uero referens Annæ sacra turbã inquit in cãpum cõuenire hæc celebraturã: & p uitæ perẽnitate mero indulgere, p̃cariq; ut quot calices exiccarẽt: tot annos uiuerent. ita ut inde nemo discederet nõ ebri⁹: sed quæ Dea sit Anna: uarias refert opiniones. Alios putare Annam sororem Didus: alios Lunã: alios Themin: alios Isidẽ: alios Pleionẽ: seu Maiam: alios Annã quandã in suburbanis bouillis natã. Annæ autẽ festũ idibus Martiis celebrabatur. ☞ Idibus: Martius. i. hoc est. xv. die mensis. ☞ Est festum geniale: quasi plenũ uoluptatis: nam Geniũ pro Deo uoluptatis interdũ accipit. & pro uoluptate ipsa. ut illud: Acceptus Geniis illa December hẽt. ☞ Annę perennæ: quæ cõmode annare, & perennare facit. ☞ Nõ procul a ripis tuis o Tybri aduena: qui alisũde aduenis: nam ex Hetruria. Ergo in campo Martio prope Tybrį fiebant sacra genialia a plebe. ☞ Plebs uenit: in campum. ☞ Ac disiecta per uirides herbas: effusa in diuersis locis. ☞ Passim: aperte per gramina. ☞ Potat & accumbit quisq; cum pare sua: quisq; bibit: & est cum cõiuge, aut socia. ☞ Sub Ioue: aliqui sub dio sunt: aliqui sub extructorum ramorũ umbra. ☞ Pars durat sub Ioue: sub dio: hoc ẽ sub aere nõ sub tectis. & Dios est Iuppiter. & Horatius: Manet sub Ioue frigido uenator Teneræ cõiugis imemor. ☞ Pauci ponunt: erigunt. ☞ Tentoria: more militum: ut sub tentoriis sint. ☞ Sunt: aliqui. ☞ Quibus casa ẽ facta frondea e ramis: qui casam faciunt ex frondosis arborũ ramis. ☞ Pars: eorum qui illuc cõuenere. ☞ Statuere calamos: erexere humi defixas harundines. ☞ Pro colũnis rigidis: duris & firmis. ☞ Imposuere desup: sup colũnas ipsas. ☞ Togas extentas: toga (ut Marcellus inquit) uestimentũ erat cõmune & uiris & mulieribus: tam diurnũ, q̃ nocturnum: dicitur a tenendo. ☞ Sole tamen: excalescũt multi tam calore Solis, q̃ exhausto mero: orantq; ut quot pocula desiccauerint: totidẽ annorũ uita contingat. Qua quidem ratione multi erant qui Nestoreum numerum superarent: & ad Sibyllæ numeros ascenderẽt. ☞ Tamen calent illi. ☞ Sole & uino: quod hauriunt. ☞ Et precantur annos: precibus a Diis tot annos poscunt.

Geniale

PAV. MAR. Cælius mons dict⁹ a Cælio Hetrusco socio Romuli

Toga erat uestis cõis uiris & mulieribus

¶ Ad numerumq;

ANT. FAN. Potãdi mos apud priscos

¶ Ad numerumq; bibunt: mite certaminis siue ludi genus fuit apud antiquos: qui etiam tot calices interdũ exhaurire consueuerunt quot literas amicarũ nomina cõtinerent. Martialis: Næuia sex cyathis: septem Iustina bibat: Quiq; Lycas: Lyde q̃ttuor: Ida tribus. ℣ Qui Nestoris ebibat annos: tot calices quot annos uixisse dicit Nestor. de quo auctor alibi: Vixi annos bis centũ nunc tertia uiuitur ætas. Cicero in Catone maiore: Videtis ne ut apud Homerũ sæpissime Nestor de uirtutibus suis p̃dicet: tertiam enim ætatem iam hoiuꝫ uiuebat. Iuuenalis: Rex Pylius magno si qc quã credis Homero: Exemplum uitæ fuit a cornice secũdæ. Est autem ætas interdum annoꝝ triginta: ut Lactantius grãmaticus, & pleriq; alii scribunt. ℣ Sibylla: Sibyllæ decẽ fuerũt: ut scripsit Varro. Lege Lactantiũ Firmianum. Earum uni dilectæ ab Apolline dicit: oblatum ab eo poscendi, quod uellet, arbitriũ: quæ tot annos poposcit: quot harenas manibus hausisset. Hãc esse nonnulli Cumæam uolunt: quæ fuit longe ante bellum Troianuꝫ: ac uixisse dicitur Roma regibus seruiẽte. Est autem hoc loco figura hyperbole: Quis enim tot calices hauserit uno die: quot ãnos uixisse Sibylla dicit. ℣ Quicqd didicere theatris: carmina in theatris audita & cohærentia uoluptati: cui nunc inter uina uulgus indulget. ℣ Cum redeunt: e campo Martio ubi largius poti ebrietatem contraxerunt. ℣ Fortunatos: quibus uina omnẽ tristitiam abstulerũt. ℣ Præbuit Aeneas & causam mortis & ensem: Ipsa sua Dido concidit usa manu: fabulantur quidem poetæ: q; ob Aeneæ discessum Dido structa pyra gladio incubuit: iidemq; etiam canunt Carthaginẽ paulo post excidium Troiæ conditam esse: sed (ut scribit Iustinus) Hiarbas decem Pœnorum principibus accersitis Didus nuptias sub belli denunciatione petiit: quæ pyra in ultima parte urbis extructa uelut placatura Sychęi manes hostiis cæsis eã consecẽdit: & gladio uitam finiuit. Carthago autẽ condita est. lxxii. annis antequam Roma.

Cumæa Sibylla fuit longe ante bellum Troianum

Mors Didonis

PAV. MAR. ¶ Quot sumãt cyathos: quot plenos deficcent uini cyathos. ℣ Et bibunt ad numerum: quia numerant quoties bibunt ut numerum teneant. ℣ Inuenies illic: in eo campo. ℣ Qui ebibat annos Nestoris: qui toties bibat: quot annos uixit Nestor ille Pylius: quem uixisse dicunt trecẽtos annos. de quo dixit: Iam tertia uiuitur ætas. ℣ Quod sit facta Sibylla per calices suos: quot etiam annos Sibyllæ adæquarit: hoc ob Cumæam dictum: quæ fuerit longe ante Troiana bella: & uixerit (ut a multis asseritur) ad Romanorum usq; regum tempora. Nam in Metamorphosi ipsa Aeneæ refert uixisse septem sæcula: superuicturamq; annos. ccc. Sibylla dicitur: quasi Dei mẽs: hoc est consilium. ℣ Illic & cantant: canunt quod in theatris audiuere cani: agitant & excutiunt manus uelut est mos ebriorum: & saltant depositis parumper poculis. ℣ Et cantant illic: in campo. ℣ Quicquid didicere theatris: nã carmina ad hunc usum composita: sed ea quę in theatris didicere: cum recitatæ sunt fabulæ. ℣ Theatrum: spectaculum. a θεαομαι: quod est uideo. ℣ Et iactant: ut ebrii solent. ℣ Manus faciles ad sua uerba: nam eas ad cantum agitãt. ℣ Et ducunt iunctas choreas: saltatiões χορθυω: quod est salto. Virgi. Pars pedibus plaudunt choreas & carmina dicunt. Syllabaq; media ad placitum ponitur ut etiam in eo uersu: Immemores nostri festas duxere choreas. ℣ Posito cratere: depositio parumper poculo. ℣ Et amica culta: ornata. ℣ Saltat diffu. co. passis crinibus. ℣ Cum redeunt: e cãpo domum. ℣ Titubant: trementi & inconstanti passu incedunt: nam ebrii redeuntes cunt titubantes: & firmare passum nequeunt. ℣ Et sunt spectacula uulgi: quia ab omni multitudine spectantur. ℣ Et turba obuia: quæ illis redeũtibus occurrit. ℣ Vocat fortunatos: appellat eos felices: qa quo ad ebrii sunt nec bona: nec mala discernunt: nec cupiditate ulla: nec ambitione mouentur. ℣ Occurrit nuper mihi pompa: turba ebrioꝝ redeuntium & in ordinem incedentium facta est mihi obuia. ℣ Visa est digna relatu: digna q̃ referet. ℣ Anus pota: ebria uetula: quæ multum potauerat. ℣ Trahebat senem potum: ebrium. Iucũdum erat spectaculum cum ebria ebrium duceret. Potus in utramq; accipitur significationem: & pro eo qui potauerit: ut hic. & pro eo qđ potauerit: ut inferius: Clauiger & tanto est Albula pota Deo. ℣ Quæ tamẽ: sed quæ Dea sit Anna: quoniam uariæ sunt opiniones: ego omnes referam. ℣ Tamen quæ Dea sit: hæc quæ Anna perenna dicitur. ℣ Quoniam fabula errat ru. incerta ẽ, & uaria refertur. ℣ Rumoribus: incertis relationibus. ℣ Nulla: fabula. s. est. ℣ Tegenda: uelanda. ℣ Meo proposito: ex instituto meo: quia de omnibus agam. ℣ Arserat: acturus de Anna sorore Didus: ab ipsius morte Didus incipit: imitatus in hoc Virgiliũ: qui dixit eam sibi necem consciuisse ob amorem Aeneæ: quod falsum est. nam non ob Aeneam: sed seruatã pudicitiã. Cum ab Hiarba rege p̃meretur: cogerentq; eam ciues illi se tradere: extructa pyra seipsam interemit. Occupata est ea extincta Carthago ab Hiarba: fugit ide Anna: postq; lõgos errores uenit i Laurẽtinũ littus: ubi agnita ab Aenea benigne suscepta est: cõmendataq; Lauiniæ. Sed cũ illa putaret adductã sibi pellicem: parauerat Annæ insidias. Quæ quidem per quietem ab umbra sororis monita diffugit: raptaq; est a Numicio amne: cum postea inquireretur, fertur eleuasse caput, dixisseq; se in nympham mutatam, & Annam perennam uocari. ℣ Dido miserabilis: digna cõmiseratione. ℣ Arserat igne: hoc est amore Aeneæ. ut apud Virgilium: Vritur infelix Dido. ℣ Arserat rogis extructis: lignorum congerie composita. ℣ In sua fata: in suam mortem. arserat ergo duplici igne: & amore & igne rogali: nam extruxit pyram: qua esset adurendum cadauer. Deinde gladio incu-

Theatrũ unde dicit

Anna perenna fuit a Numicio in uxorem

Cum ea sic ludit:
Quot sumant cyathos: ad numerumq; bibũt.
Inuenies illic, qui Nestoris ebibat annos:
Quæ sit per calices facta Sibylla suos.
Illic & cantant quicquid didicere theatris:
Et iactant faciles ad sua uerba manus:
Et ducunt posito iunctas cratere choreas:
Cultaq; diffusis saltat amica comis.
Cum redeunt, titubant: & sunt spectacula uulgi:
Et fortunatos obuia turba uocat.
Occurrit: nuper uisa est mihi digna relatu
Pompa: senem potum pota trahebat anus.
Quæ tamẽ hæc Dea sit, qm̃ rumoribus errat:
Fabula proposito nulla tegenda meo.
Arserat Aeneæ Dido miserabilis igne:
Arserat extructis in sua fata rogis.
Compositusq; cinis, tumuliq; in marmore carmẽ
Hoc breue, quod moriens ipsa reliquit: erat.
Præbuit Aeneas & causam mortis, & ensem:
Ipsa sua Dido concidit usa manu.
Protinus inuadunt Numidæ sine uindice regnũ:

buit:& in ea pyra cremata eſt.¶ Et ignis ẽ compoſitus: hoc eſt cinis: q excremato cadauere ſuperfuit eſt in urna reconditus.¶ Et erat hoc breue carmen in marmore tumuli:hoc exiguum epigramma inſcriptum eſt tumulo.¶ Quod:carmen.¶ Ipſa moriens reliquit:alludit ad illud qđ in Heroidibus prius fecerat:cũ in epiſtola ad Aeneam Dido ita dicat. Nec conſumpta rogis inſcribar Eliſa Sychei:Hoc tamen in tumuli marmore carmen erit.& ſubſequũtur hi duo uerſus: quos etiam apposuit.¶ Aeneas præbuit & cauſam mortis: quia fugiẽs fuit illi cauſa ut ſeipſam cõfoderet.¶ Et enſem: præbuit cauſam & præbuit inſtrumentum: nam reliquit enſem,quo ſe illa confecit.¶ Ipſa Dido concidit: extincta eſt.¶ Vſa ſua manu: ad ſeipſam extinguẽda:.¶ Protinus inuadũt:extincta Didone Afri duce Hiarba Carthaginẽ occupãt. Tyrii uero oẽs in fugã cõuerſi ſunt.¶ Numidæ:ſpeciẽ pro genere poſuit: hoc eſt ipſi Afri. Numidia uero pars Africæ: inter Tingitanã & Carthaginẽſem regionem.¶ Inuadunt: adoriuntur,& occupant.¶ Regnum: Carthaginis ſcilicet.¶ Sine uindice: quaſi cum nullus eſſet uindex: qui iniuriam propulſaret:quoniam Regina erat extincta:& alii reges non erãt qui regnum tuerentur.

Tyrii cõuerſi in fugã mortua Didone

Et potitur capta Maurus Hiarba domo:
Seq; memor ſpretum, thalamis tñ inquit Eliſæ,
En ego,quem toties reppulit illa:fruor.
Diffugiunt Tyrii quo quemq; agit error:ut olim
Amiſſo dubiæ rege uagantur apes.
Tertia nudatas acceperat area meſſes:
Inq; cauos ierant tertia muſta lacus.
Pellitur Anna domo:lachrymanſq; ſororia linqt
Mœnia:germanæ iuſta dat ante ſuæ.
Mixta bibunt molles lachrymis unguẽta fauillæ:
Vertice libatas accipiuntq; comas.
Terq; uale dixit:cineres ter ad ora relatos
Preſſit:& eſt illis uiſa ſubeſſe ſoror.
Nacta ratem,comiteſq; fugæ pede labitur æquo
Mœnia reſpiciens,dulce ſororis opus.
Fertilis eſt Melite ſterili uicina Coſyræ
Inſula:quam Libyci uerberat unda freti.
Hanc petit hoſpitio regis confiſa uetuſto:

ANT. FAN. Hiarbas Numidę

¶ Maurus Hiarba:rex Mauritaniæ: quæ prouincia eſt Africæ ad occidentem & fretum Gaditanum. Sed idem & Numidiæ regnum obtinuit:quæ ab occaſu ad Mauritaniam extendit:ab ortu ad Syrtes:unde regio Carthaginenſis incipit. Eius incolæ Numidæ quaſi Nomades a permutandis pabulis appellãtur. Hunc regem Virg. Getulum uocat,ut Captã ducat Getulus Hiarbas.¶ Tertia nudatas:deſcriptio tẽporis poetica a meſſibus & uindemia.¶ Fauillæ:cineres Didus unguenta & Annæ diſceſſuræ lachrymas bibunt.¶ Pede labitur æquo:proſpera utitur nauigatione donec ad Melitam peruẽtum eſt.

Pes

Eſt autem pes funis quo tenditur uelum: auctore Seruio. Seneca in Medea:Nunc prolato pede tranſuerſos captare Notos.¶ Fertilis eſt Melite:Melita inſula uñ Meliteos canes dictos eſſe Callimachus putat,inter Corcyram & Illyricum eſt:ut Pli. ſcribit. Strabo imminere inqt

Melita

Melitei

Pachino Melitem unde Melitei canes exportantur. Sed ſciendum & Samothraciam(ut auctor eſt idem Geographus)olim Melitam dictam. Cæterũ Melita (de qua nũc agimus)in Africam uerſa eſt: quẽadmodum & Coſyra: teſtibus Plinio, Pomponio, & Diodoro. Vnde Ouidius ſubiungit:Quam Libyci uerberat unda freti.

Coſyra

PAV. MAR.

¶ Et Hiarba Maurus:nã & Numidarꝝ rex erat:& Maurorꝝ,uel(ut Euſtachius inqt)Mazicorꝝ.Mauri in extrema ad Oceanũ Libya iuxta fretũ columnarꝝ:ut Stra. inqt. Hi (ut Criſpus aſſerit)a Medis originẽ traxere:ſed corrupe uocabulũ Libes:& pro Medis Mauros dixere.¶ Potitur capta domo:Didus regia.¶ Et mẽor:Hiarbas.¶ Se ſpretum:ſuiſſe prius:quẽ in coniugem Dido noluerat. Vnde & Virg. Nõ ante Tyro deſpectus Hiarbas.¶ Inqt tñ En ego quem illa:Dido.¶ Toties reppulit:quia toties ſpreuit:& in coniugem non admiſit.¶ Fruor:nunc.¶ Thalamis:toro.¶ Eliſę:Didus:quæ(ut Euſtachius inquit)Eliſa nominata eſt:& ab aliis Annam quoq; uocatam dicit: ſed ubi Carchedona cõdidit Dido dicta eſt. Carchedona uero uocauit urbẽ a ſe conditã a Carchedone uiro Phœnice. Sed ab Afris Carthago dicta eſt:qp ſonat lingua Punica noua urbs.¶ Tyrii:q ſequuti erant Eliſam a Tyro urbe Phœniciæ.¶ Quo quẽq; agit error:quo unũquẽq; fuga duxit.¶ Vt oliꝫ: aliqñ.¶ Vagant:uagantes errãt.¶ Dubię amiſſo rege: cũ regẽ amiſerint:dubiæ tũc ſunt apes:quẽ potiſſimũ ſequant regem. Pli. inqt: Apes rẽp.& conſilia priuatim: & duces gregatim:&, qđ maxime mirũ eſt, mores hẽre: ſemperq; duce prehenſo totum agmẽ teneri:amiſſo dilabi:migrareq; ad alios. Eſſe utiq; ſine rege non poſſe.¶ Tertia nudatas:tertio anno poſt mortẽ Eliſæ:& occupatã ab Hiarba Carthagiſi:pulſa ẽ & Anna:q̃ lachrymãs iuſta ſorori ſoluit: ſolutoq; ſupmo munere fugit.

Tertio ãno poſt mortẽ Didõis Hiarba potit? ẽ regno

¶ Tertia area:in q̃ terantur fruges.¶ Accepat meſſes nudatas:frumenta e paleis excuſſa: & ita nudatas: quia frumenta ipſa nudata ter in area.¶ Et tertia muſta ierant in nouos cados:hoc inquit prætierat iam tertia meſſis: & tertia uindemia. Et ex his tertium annum indicat.¶ Anna pellitur domo:Carthagine.¶ Et lachrymans relinquit mœnia ſororia: urbem a ſorore conditam.¶ Dat ante iuſta ſuæ germanæ: facit exequias:ſorori ſic iuſta ſoluit.¶ Fauillæ molles bibunt unguenta mixta lachrymis:ſpargit unguento cineres lachrymas immiſcens. Ideo molles fauillas dixit: qa unguento & lachrymis miſcebantur: aut fundebantur, uel molles quia dulces ſorori.¶ Et accipiunt: ipſæ fauillæ.¶ Comas libatas: excerptos crines.¶ Vertice: e capite Annæ.¶ Ter dixit uale: ſicut moris eſt extremo loco dicere.¶ Ter preſſit cineres: ter complexus eſt urnam ubi erant conditi.¶ Relatos ad ora: quia ter oſculatus eſt.¶ Et ſoror: Dido.¶ Eſt uiſa ſubeſſe: quia uiſa eſt Annæ Dido ſentire pium officium:& ſubeſſe.¶ Nacta ratem: ubi nauem reperit.¶ Et comites fugæ: qui eam in fuga ſequerentur.¶ Labitur æquo pede: nõ hoc referendum ad pedes eius:quia non dicitur proprie labi pedibus: ſed incedere. Sed referas ad nauem Annam ferentem:quæ pedibus caret: & æque omnis mouetur: & proprie labitur. Aut æquo pede pro æquatis omniũ pedibus remigium in uerrendo mari:aut in trahenda podia:ſeu erigendis malis nauium. Vnde Virgilius in quinto Aeneidos:Vna omnes fecere pedem. Sic labitur Anna ſua naui.¶ Aequo pede: æquatis omnium nautarum pedibus.¶ Reſpiciens mœnia: Carthaginis ſcilicet.¶ Dulce: etiam eo tempore illi.¶ Opus ſororis: quod Dido ſoror extruxit.¶ Fertilis eſt Melite:fugiens Anna Melitem uenit: ſuſceptaque hoſpitio a Batro rege. Qui audita & morte Eliſæ, & ipſius Annæ calamitate:commiſeratus omnia ei obtulit:ſed ſeruare nõ potuit:

Podia funis nauticus

Melita ĩsula ĩmari libyco uñ catelli Melitei dicũtur

tuit:Pigmaliõe sorore insequente.¶ Melite est insula fertilis:hæc insula est in Libyco mari:inter Siciliã & Africã distans a Pachino Siciliæ.lx.millia passuum: quo spacio nos ipsi in eam insulã traiecimus:nec eo anno q fuit. M. cccclxviii.a natali dñico erat fertilis pp siccitatem. Quatriẽnio.n.integro aquis pluuiis caruerat:fertile tñ solum habet cũ aquat.Ex ea portabãtur catelli:quos Meliteos uocabant.Cuius rei meminit Strabo lib. vi.¶ Vicina Cosyræ sterili: cũ fertilis sit Melite, Cosyra sterilis est.Insula qdem est in eodem mari:quæ & olim: & nũc Gozus dicit. Regnabat in Melite Battus:quẽ uolunt, aliqui eundẽ esse:qui & Cyrenas in Africa cõdiderit: Cyrni regis Therrãnis insulæ filium:cuius meminit Trogus.¶ Quã:insulã.¶ Verberat unda freti Libyci: cũ in mari Libyco sit:Libycis pulsatur fluctibus.¶ Hãc:insulam.¶ Petit:Anna.¶ Confisa ueteri hospitio regis: fiduciã habẽs in antiquo hospitio Batti:& fuerãt aliquã do hospitia iter eos mutua: & alter alteri auxilio fuerat.

ANT. FAN. ¶ Rex ibi Battus erat: de hoc Sillius: Battus Cyrenẽ mollitũ forte fouebat Imperio mitis Battus,lachrymasq dedisse Casibus humanis facilis.Idem poeta uult Annam a Batto non in Melita: sed in oppido Cyrene exceptam fuisse.Lege principium viii.libri Punicorum.Iustinus:Cyrenẽ a Batto conditam tradit:eũq sic dictũ ppter linguæ obligationẽ.¶ Sed timuit magnas Pigmalionis opes : qui Annæ imminebat exitio.ut Ferre per æquor Exitium miseræ iam Pigmaliõa docebat.Hic Annę & Didus frater fuit.¶ Nos sum? imbelles:qui te armis tueri ac ipsus fratrem non possumus.¶ Cratidis: Cratis fluuius est Calabriæ: de quo ipse alibi: Cratis & hinc Sybaris nostris conterminus oris Electro similes faciunt:auroq capillos.¶ Cameren incola turba uocat .i. quem, Est autem Cameren agri proprium nomen ad hostia Cratidis. Quidam Cremerem legunt.¶ Torto lino:funibus,quibus uela deducuntur: his laxatis:bis adductis:ut hodie uidere licet.

PAV. MAR. ¶ Rex ibi hospes:q eam suscepit hospitio.¶ Erat Batt? diues opũ:opibus abundans.¶ Qui rex postq didicit:audiit ab ipsa Anna.¶ Casus utriusq sororis:& Elisæ miserabilem exitum:& Annæ calamitatem.¶ Inquit hæc tellus: Melitea.¶ Quantulacũq tua est:licet tenue sit regnum:potes tuo arbitrio uti.¶ Sed tamen seruasset ad ultima:usq ad finem.¶ Munus hospitii:quod illi obtulerat.¶ Sed timuit magnas opes Pigmalionis : timuit ingentes Pigmalionis uires. Qui iam sororem Annam insequebatur.¶ Signa recensebat:iam fluxerant duo anni:ex quo e Carthagine fugit:ueneratq tertius:cum insequẽte Pigmaliõe magna classe:rex illã a se dimisit. Rursusq illa miserrima se fugæ credidit.¶ Sol recẽsebat: renumerabat.¶ Bis sua signa.xii.illa:q̃ sunt in zodiaco:perquæit & redit annũ cõficiens:cõfecerat iam bis illud spacium.¶ Tertius annus ibat & noua terra est parãda exilio:cogitur illa noua loca quærere ad exulãdum.¶ Adest frater:Pigmalion:q eã insequebatur. De Pigmalione latius in primo Aeneidos referet.nõ insistimus in eo.¶ Et petit:Annam.¶ Bello : illaturus bellum apud quẽcunq; fuisset.¶ Rex:Battus.¶ Perosus bella:odio habens bella.¶ Alt nos sumus imbelles:non apti ad bellum.¶ Tu fuge sospes:fuge nunc incolumis: antequam maiorem facias iacturam.¶ Iussa: Anna.¶ Fugit & committit ratem uento & undis: hoc est mari uentis agitato.¶ Frater : Pigmalion .¶ Erat illi asperior quouis æquore : aspera & turbida erant illa maria: sed omni asperior ac truculentior mari erat frater.¶ Est prope: uertit Anna fugiens proram in Calabriam:cum essent ppe Cratim fluuium:depositis uelis nautæ remis insurrexere:ut portui subirent:a tempestate reiecti sunt.¶ Est paruus ager ppe amnes Cratidis:ppe Cratim fluuium.¶ Lapidosi:quia ex Apenninis labens per saxa fluit. Cratis fluuius est Achiuorũ:Herodoto teste: a quo (ut idem ait) qui in Italia fluuius sic cognominatus est nomẽ accepit.Estq fluuius Calabriç in ora Rheginorũ. De quo in Met.Cratis & hinc Sybaris nr̃is cõterminus oris Electro files faciũt, auroq capillos.& Pli.i eodẽ quoq loco ponit Crati.¶ Accola turba: quæ incolit ripas Cratidis.¶ Vocat:ipm agrũ.¶ Cameren : nã ppe Cratim puus erat ager Camere appellatus: quo prorã Anna uerterat.Nec accipias p Camarina Sicula:nã longe distat.Est.n.Camarina inter Pachinum & Lylibeũ in Sicilia.¶ Illuc erat cursus:ibi cursu3 direxerãt nautæ.¶ Nec lõgi? abfuit:Anna nõ magis distabat.¶ Inde:ab eo agro.¶ Quã quãtũ põt mittere funda nouies: posset qs laxũ eiaculari funda.¶ Vela cadunt:ut mos est nautarũ: si ppe portũ sunt : uela deponũt:& remis incũbũt.¶ Dixit nauita:unus e nautis:aut ipe nauis rector.¶ Findite aquas remigio:iã remis fluctus uertite:& i portũ tendite.¶ Dũq parãt:inituri portũ a uẽto repellũtur. Notus.n.eos magno impetu adorsus p mediũ fretũ angustũ in patẽtius æquor impulit:eũ nimium invaleseret tempestas:Mare ipsum a ꝓfunditate mersum in miseriã cumbã læuiebat.¶ Dũ nautę parãt subducere:remouere ex antennis.¶ Carbasa:uela.¶ Torto lino:aut pro torti lini:nam linea uela,aut torto uolato : nam inuoluuntur uela cum reponunt.Aut torto lino:rotatis seu obuersis antennis:ubi linea uela erant : quo facilius deponerent.¶ Puppis aduncа:curua.¶ Percutitur rapido Noto:celeri & furioso meridionalis uenti turbine. uerũ si nũc Notum accipemus nũc qui flat e medio spatio inter Austrũ & Eurũ:quẽ nautæ Syrocchon uocant:recte dictũ esset: nam plurimus inflat in illius freti fauces:ergo ratẽ ipsam per mediũ fretũ in patẽtiores aquarũ campos ille turbo transtulit.¶ Fertur:ratis.¶ In æquor patens:in apertum & spacioſum mare.¶ Frustra pugnãte:incassum reluctãte,& retinẽte.¶ Magistro:gubernatore nauis.

Cratis & Sybaris

Cratis Calabriç

Post duos ãnos ãn discerat Carthagie a morte didus sororis

ANT. FAN.

¶ Visa refugit humus: dum nauis a uento repelleretur in mare: terra refugere uisa est. ☞ Habenis: p metaphoram, siue trãslationem temonem accipimus. ☞ Phœnissa: Anna a Phœnicia: quæ regio a Phœnice nomen accepit. ☞ Tunc primum Dido felix est dicta sorori: sic Aeneas apud Virgi. O terq; quaterq; beati: Quis ante ora patrũ Troiæ sub mœnibus altis Contigit oppetere. ☞ Expositis omnibus hausta perit: periit quidem nauis: sed Anna & cæteri, qui in ea fuerunt incolumes terræ reddi ti sunt. ☞ Populos miscueratq; duos: scribit Strabo Aeneam una cum Anchise patre & Ascanio filio: q & Iulius & Eryleon dictus est: teste Dionysio: Laurentum applicuisse: ac non longe ab Ostia oppidulum ædificasse. Deinde uero aduentantẽ Latinũ regem Aboriginũ: qui tunc loca ubi nunc Roma est, incolebant: cum Aenea societatem iisse aduersus finitimos Rutulos: ac Latinum in pugna cecidisse & uictorem Aeneam adeptum imperium suos etiã Latinos appellasse. Licet. n. uicti uictorum nomina accipiant: Aeneas tamen ut fauorem Latii sibi cõciliaret: Latinum nomen nõ solum uictis nõ sustulit: sed etiam Romanis imposuit. ☞ Dotali: quia a Latino rege regnum acceperat Aeneas dotem Lauiniæ. ☞ Dum secũ Aeneas: deest dicit: uel cogitat quid illa ueniret in Latium. ☞ Quos terræ quærat hiatus: ne uideat Aeneã cuius causa perierat soror. ☞ Anna per hanc iuro: Aeneas sui discessus causam in Deos reiicit: ut excuset se apud Annã. ☞ Perq; Deos comites: per Deos penates: quos Aeneas Lauinii collocauit. ☞ Credibili fortior illa fuit. fortior q̃ credi potuit: quæ seipsam interfecit. Vnde Dido uocata est: quod nomen Phœnicum lingua uiraginem significat. ☞ Ne refer: quoniam Anna uidebatur Aeneæ relatura Didus sororis interitum.

Ascani? dictus ẽ Iulius & Eryleon

Aeneas uoluit suos Troianos dici Latinos

Dido uiraginẽ significat

PAV. MAR.

¶ Et humus uisa: quam prius uiderãt. ☞ Refugit ex oculis: quia iam longius eos impulerat uẽtus. ☞ Fluctus assiliunt: unde attolluntur magno turbine. ☞ Pontus uertitur: eruitur. ☞ Imo gurgite: quasi ab imo fundo. ☞ Et alueus: curua nauis ad aluei similitudinem. ☞ Haurit canas aquas: haurit undas, quæ tum maxime canescunt, cõuentis aguntur. ☞ Vincitur ars: iam nihil poterat rebus cõsulere rector nauis sua arte: uertit se in tanto periculo ad uota. Agitur per tumidos fluctus infelix Anna: tegebatq; oculos ne irruentes undas inspiceret. ☞ Ars: nautica. ☞ Vincitur uento: uentorum impetu. ☞ Nec iam moderator: rector nauis. ☞ Vtitur habenis: per translationẽ ab equis: qui habenis reguntur. Ille iam temone non regit ratem. ☞ At uotis: utebatur. s. ☞ Is quoq; uotis. ☞ Posceit opem: a Diis ipsis. ☞ Phœnissa exul: Anna a Phœnicia, sic & Virgi. Hũc Phœnissa tenet Dido: sicut dicimus Creassã: Threissã: uel Thressam: Cilyssam: sic & Phœnissam. ☞ Iactat: ut illud Terris iactat⁹ & alto. ☞ Per undas tumidas: per mare & tumidũ, & turbulẽtũ. ☞ Tegit lumina: oculos. ☞ Veste humida: aqs respersa. ☞ Opposita: ipsis oculis ne uideret piculũ. ☞ Tum primũ: felicẽ sororẽ extinctam: & quẽcũq; e uita migrasset, appellabat: præsertim qbus in tellure solida mori cõtigisset: qm̃ fluctibus nõ iactarent. Demũ appulere Laurẽti littori: ubi periit nauis. Expositis tm̃ his qui in ea erãt solipitibus in terrã. ☞ Tum primũ Dido est dicta felix soror: appellauerat prius infelicẽ: q sibi mortẽ conscisuerat: sed tum primũ felicem dixit qm̃ e uita migrauerat. ☞ Iã pius Aeneas: eo tpe quo Anna illuc appellebat Aeneas in Latio regnabat. Venerat. n. ad sedes fatales ubi urbẽ cõdidit: quã a Latini regis filia Lauinia: quã inito cũ rege fœdere in uxorem accepit, Lauiniã appellauit, populũq; suum Latinũ appellari uoluit. Primo tm̃ anno solis Troianis impauit. Deinde extincto Latino simul & hoste Turno in eadẽ pugna accepit regnũ soceri, imiscuitq; simul Troianos & Latinos: & utrisq; imperauit. Eo igitur tpe cũ per littus deãbularet Annã aspexit. ☞ Iam pius Ane. erat auctus re. auxerat imperium suum: nam præter illud qd̃ ipse constituit soceri regnũ erat assecutus. ☞ Et nata: Lauinia quã in cõiugẽ acceperat. ☞ Et mis. simul iunxerat. ☞ Duos pplos: Latinũ & Troianũ. ☞ Dũ ipe comitatus solo Achate: ut Vir. amitẽ: Vno comitatus Achate: q ppetuus comes illi dat. Vergꝫ Achatę Home. meminit. Sed ab aliquibus ab achos: quod est cura & molestia deductũ nomen putat: tm̃ Aeneæ perpetuo adiungit: ac si curam regiã significaret: q̃p cura regũ semper sit comes. Achates etiam pretiosi lapidis nomen est: Solino & Pli. testibus: quem lapidem Sicilia in ripis Achatis fluminis primum dedit: sed postea alibi quoq; compertus: nam & Pyrrhũ regem hũc in annulo habuisse dicunt. Detinẽtes nouem musarum effigies non artificiosas: sed naturales & Apollinem ipsum cum lyra: ita discurrentibus maculis: aucto. Pli. ut musis quoque singulis sua redderentur insignia. Dum igitur Aeneas comitatus solo Achate carpit iter secretum:

Anna ẽt Phœnissa dicit

Aeneas cõdidit urbem quã Lauiniam appellauit

Cõsolatio Aeneæ ad Annam

Achates est p̃tiosi lapidis nomen de quo Plinius in proœ. li. ultimi

ANT. FAN.

Fertur: & ex oculis uisa refugit humus.
Assiliunt fluctus: imoq; a gurgite pontus
Vertitur: & canas alueus haurit aquas.
Vincitur ars uento: nec iam moderator habenis
Vtitur: at uotis is quoq; poscit opem.
Iactatur tumidas exul Phœnissa per undas:
Humidaq; opposita lumina ueste tegit.
Tunc primum Dido felix est dicta sorori:
Et quæcunq; aliquam corpore pressit humũ.
Ducitur ad Laurens ingenti flamine littus
Puppis: & expositis omnibus, hausta perit.
Iam pius Aeneas regno, nataq; Latini
Auctus erat: populos miscueratq; duos.
Littore dotali solo comitatus Achate,
Secretum nudo dum pede carpit iter.
Aspicit errantem: nec credere sustinet Annam
Esse: quid in Latios illa ueniret agros?
Dum secũ Aeneas: Anna est, exclamat Achates:
Ad nomen uultus sustulit illa suos.
Heu fugiat? quid agat? quos terræ quærat hiatus?
Ante oculos miseræ fata sororis erant.
Sensit, & alloquitur trepidam Cythereius heros:
Flet tamen admonitu mortis Elisa tuæ.
Anna per hanc iuro, quã quondã audire solebas
Tellurem fato prosperiore dari:
Perq; Deos comites, hac nuper sede locatos:
Sæpe meas illos increpuisse moras.
Nec timui de morte tamen: metus abfuit iste:
Hei mihi, credibili fortior illa fuit.
Ne refer: aspexi non illo corpore digna
Vulnera: tartareas ausus adire domos.

cretum:quasi dum incedit remotis aliis omnibus. ℣ Nudo pe.& ꝙ pedes: & ꝙ nudis pedibus incedebat. ℣ Littore do.quod illi prę dote Lauiniæ contingerat. ℣ Aspitore do.quod illi prę dote Lauiniæ contingerat. ℣ Aspicit Annam er.quæ per littus errabat. ℣ Nec cre.fu.nō potest credere eam eē. ℣ Quid illa ueniret in Latios agros: dicebat hunc secum:ad quid illa nunc in Latium ueniret.

℣ Dū se.Aene.ea uerba dicere. ℣ Achates ex. An. est: agnouit & eam esse clamauit. ℣ Illa: Anna. ℣ Sustulit su.uul.ad no.cū audisset nomen suum ab aliis proferri: eleuauit uultum & oculos ut intueretur. ℣ Heu su. cū Aeneam agnouisset:quid facere debuisset fugē & quo. ℣ Quid ag.quos hiat? terræ quærat? quaꝫ uoraginē? quam dehiscētem tellurem regrat? quo se deiciat? ℣ Fata soro.mors Elisæ miseræ. ℣ Erant an. oc. cum primū uidit Aneā:uenit in mentē lachrymabile sororis fatū: quæ Aneæ causa sibi mortē conciuerat. ℣ Sensit:Aeneas cognouit:& pudorem & dolorem ac metuꝫ illius. ℣ Et he.Cy.Aeneas uir excellēs Cythereæ Veneris filius.Nam Cythera dicta est Venus a Cythera urbe in quam cōcha delata est:ut Fe.inquit. ℣ Et al.tre.timentē Annā. ℣ Flet tamen:Aeneas. ℣ O Elisa: Dido. ℣ Admonitu:recordatione. ℣ Mortis tuæ: non potuit continere lachrymas:cum primum recordatus est acerbissimi casus illius. ℣ Anna per hanc:Aeneas uult deprecari culpā sui abscessus:quo illam ad necem impulit. Iurat se fuisse a Dijs coactum:qui moras in Carthagine increpabant: nec potuisse sibi persuadere futuꝫ ut illa se extingueret. referri uulnera nō cupit:quoniā apud iferos uidit:offert deinde ipsi Annæ emeritæ omnia:q̄ in regno Latio sunt. ℣ Anna iuro per hanc tellurē:per terrā Italicā. ℣ Quā: tu. ℣ Quondā:cum Carthagine essem. ℣ Solebas au.a nobis.s. ℣ Dari mihi fa.plpe.feliciore. ℣ Iuro per Deos co.per Vestā,& Deos penates:quos mecū e Troia tuli. ℣ Locatos nuper:pauloante collocatos. ℣ Hac le. Lauinii.& recte locatos dixit:qa p longa tēpora alio transferri aut locari non sunt passi.Nam cum Ascanius Albā condidisset:transtulisset q̄ illuc Deos: noctu redire Lauinij. ℣ Iuro igit:p Deos. ℣ Illos:Deos. ℣ Sępe icre.mo.obiurgasse & accusasse nimiæ tarditatis.Sic excusans se de fuga culpam in Deos refert. ℣ Nec ti.de mo.nō timuit tantū illi mali ꝙ seipsam trucidaret. ℣ Iste metus:mortis.s. ℣ Abfuit a me:quia id de illa nō metuebā. ℣ Hei mi.cū miseratione dicti. ℣ Illa su.sor.cre.hoc est maioris animi q̄ credi potuisset:cū mortē sibi cōsciuerit. ℣ Ne refer:non referas aliqd de eius morte:quoniā mihi oia nota. Nam si illa referret: dolorē & lachrymas refricaret. ℣ Aspexi uul.nō di.il.cor.quæ corpus illud pulchertimum nō merebatur. ℣ Ausus adire domos tartareas:aspexi inquam ego qui ausus sum ad iferos descendere. De quo Virgilius in sexto Aeneidorū in eo loco: Quas inter Phœnissa recens a uulnere Dido Errabat silua in magna: quam Troius heros Vt primum iuxta stetit: agnouitque per umbram Obscuram:& reliqua.

ANT. FAN. ℂ Seu rō te,no.ap.o,Siue,De,siue cōsulto huc ueneris: siue te aliqd numen impulerit. ℣ Credidit:uel se cōmisit si accusatiuū subaudias:uel fidem adhibuit. ℣ Pia causa: ne Lauiniam adductam pellicem suspicetur.

ℂ At tu:Anna. ℣ Seu ratio appulit te nostris oris: siue aliqua ratione factum: quod consulte & industria ad nos ueneris. ℣ Siue Deus: siue aliquod numen ut casus te huc egerit. ℣ Carpe commoda regni mei: quasi fruere commodis omnibus mei regni: & omnia carpe quæ ad commodum & uium tuum sint. ℣ Nos memo. ostendit gratitudinem animi. Nam memor est accepti beneficii. ℣ Debemus mul. ti. cum fueris de nobis benemerita. ℣ Nil nō de.he.tibi multa, sed Elisæ debemus omnia. Etenim cum ita loquimur non nihil aliqd significat. Cum uero postponimus non significat omne: magis enim postpositum non significare facit: quam ante positum: ideo hic nil non debemus: idest omnia debemus. ℣ Eris gra. no. tuo: quia tibi multum debeo. ℣ Eris gra. no. so.hoc est Elisæ cui omnia debeo. ℣ Talia di. cre.Anna commisit se Aeneæ:qui ita omnia offerebat. ℣ Et expō. su. er.quemadmodum e Carthagine pulsa mari iactata tan.quemadmodum e Carthagine pulsa mari iactata tan er.quemadmodum e Carthagine pulsa mari iactata tan er.quemadmodum e Carthagine pulsa mari iactata tan er

Existimabat lõge plura mitti occulte. Cõcepit igit in illã maximũ odiũ, & insidias quoq; pauit. ℣ Cũ uideat palã: aperte. ℣ Ferri: ad Annã. legit ẽt Mitti. ℣ Multa dona: ab Aenea missa. ℣ Præter sua lu. iuxta suos oculos. ut apud Vir. Prçter uada feruida uexit. ℣ Putat: existimat. ℣ Clã quoq; etiam occulte. ℣ Mitti multa: dona scilicet.

Lauinio. ℣ Vt dama territa: quæ territa est. ℣ Auditis lupis: cum audierit luporum ululatus: aut strepitum insequentium, damæ ex generibus caprarum sunt: sed siluestres. ut Pli. inquit. Subdit: Damæ mansuescunt raro ẽt feræ dici non iure possunt. Complura namq; sunt nec placida: nec fera: sed media iter utrunq; ut in uolucribus hirundines. & reliqua. ℣ Corniger: fugientẽ Annã Numicius amnis rapuit. Factaq; ẽ nympha: Numicius flu. qui labit ex Aricina silua p Laurentẽ agrũ ubi submersum Aeneam dicũt. ℣ Corniger: oẽs enim amnes cornua habere dicuntur. Et Virg. Cornigerũ Tybrim uocat Hesperidum aquarũ regnatorem. ℣ Credit rapuisse: hanc Annam. ℣ Aquis tumidis: nam tũc erat auctus imbribus: ideo tumidis cũ parũ sit flu. ℣ Et occuluisse: occultasse. ℣ Stagnis suis: aqs tũc stagnantibus. ℣ Sidonis: cũ fugisse Annã constaret: missi sunt qui eam inqrerẽt: inuenere uestigia: non tñ illã. ℣ Sidonis: Anna a Sidone urbe Phœniciæ. ℣ Quærit interea: dũ illa eẽt in amne. ℣ Per agros: Latinos. ℣ Magno clamore: clamabãt Annam ut illa audiret. ℣ Apparent signa & notæ pedum: hoc est ipsa uestigia. ℣ Ventum erat: qui inquirebant uenere ad ripas amnis: Numicius undarũ fluentiũ sonitus cõpescuit: Annaq; loqui cœpit: dicẽs se in nymphã eẽ demutatã: uocariq; Annã perẽnam, illi qui uocẽ exaudiuere: celebrauere diem mero. Inde mos originẽ cœpit. ℣ Erat uẽtum: iam uenerant: q quærebant. ℣ Ad ripas: Numicii. ℣ Inetãt uestigia ripis: erant notæ pedũ in ripa fluminea. ℣ Amnis cõscius: Numicius: q eã rapuerat. ℣ Sustinuit aquas tacitas: ne fluentes murmurarẽt: quo uox Annæ loquẽtis audiri posset undis tacẽtibus. ℣ Ipsa: Anna iã nympha uisa est loq; & ita dicere. ℣ Sum: ego. ℣ Nympha: Dea. ℣ Placidi Numici: quasi nolite me ulterius quærere: nã in nymphã huius amnis cõuersa suꝫ. ℣ Latẽs: ego. ℣ Amne perẽne: ppetuo delitẽs i hoc flu. ℣ Vocor Anna penna: a perẽni aquarũ lapsu. Sic annoꝫ Dea a perenni temporꝫ fluxu. ℣ Protinus uescuntur: qui eam quæsierant: audita uoce læti. ℣ Vescuntur in agris erratis: per quos errauerant eam quærentes. ℣ Et celebrãt se & diẽ largo mero: reddũt se celebres ebrietate: celebrẽ diem: quia lætum: & pompa frequentẽ. ℣ Sunt quibus: hactenus de Anna Sidonia: nũc alias opiniones refert: alios scilicet putasse Annam perennam esse Lunam: ea ratione: cum ipsa menses efficiat: & ex mensibus annus cõstet: uidetur & ipa anno quoq; dominari: sic & Annam perennam uocari. Alii dixere Themin: quæ (Diodo. teste) cæli & terræ filia: diuinandi artẽ: & sacra cultusq; Deorum introduxisse dicitur. Et Apollo quidem traditur: cum esset responsa daturus Themin consulere solitum tanq; diuinandi artis inuentricem: hæc ille: cũq; illa sacra & cultus Deorum introduxisset: assignatur illi annorum ratio: q ea ad anni ratiõem digessisset. Sic

ANT. FAN.

Non habet exactum quid agat: furialiter odit:
Et parat insidias: & cupit ultra mori.
Nox erat: ante torum uisa est astare sororis
Squalenti Dido sanguinolenta coma.
Effuge, ne dubita, mœstum soror effuge tectum.
Sub uerbum querulas impulit aura fores.
Exilit: & uelox humili super ausa fenestra
Se iacit: audacem fecerat ipse timor.
Cunq; metu rapitur: tunica uelata recincta
Currit: ut auditis territa dama lupis.
Corniger hanc tumidis rapuisse Numicius undis
Creditur: & stagnis occuluisse suis.
Sidonis interea magno clamore per agros
Quæritur: apparent signa, notæq; pedum.
Ventum erat ad ripas: inerant uestigia ripis:
Sustinuit tacitas conscius amnis aquas.
Ipsa loqui uisa est, placidi sum nympha Numici:
Amne perenne latens, Anna perenna uocor.
Protinus erratis læti uescuntur in agris:
Et celebrant largo seq;, diemq; mero.
Sũt qbus hæc Luna est, quia mẽsibus ipleat annũ:

Non habet hẽt: Lauinia. s. adhuc. ℣ Exactũ: diligẽter exquisitum. ℣ Quid agat: in hospitã. ℣ Odit su. non hẽt nunc quid aliud agat infectaꝫ magno odio. Furialiter uero inquit ga nõ iusto: sed a furiis iniecto. ℣ Et pa. insi. quibus hospitã perdat. ℣ Et cu. mo. ul. cum pellicem illã existimaret: ulcisci uolebat iniuriã: & ulta mortẽ nõ curat dũ priꝰ illam interimat. ℣ Nox erat: noctu per quietẽ uisa est admoneri a sorore: ut fugeret: & cum fores uento crepuissent putauit illa hostes adesse. Exiliit, & fugæ sese cõmisit. ℣ Erat nox ui. ẽ Dido sanguinolenta: plena sanguine. nam in entus noia significant plenitudinẽ. ut opulentus plenus opibus: sic somnolentus plenus somno. ℣ Coma squa. fœdatis crinibus. ℣ Astare ante to. so. ante cubiculũ ipsius Annæ. ℣ Dicere: est ẽt sic uisa dicere. ℣ Effuge: o soror accelera hãc fugã. ℣ Ne du. quasi nihil uerearis. ℣ Fuge te. mœ. mœstitiam allaturꝫ. ℣ Sub uer. quasi i fine uerborum illius. ℣ Aura: uẽtꝰ: Iuppiter cõmouit. ℣ Fores q̃rulas: stridulas. nã fores cubiculi crepuere: putauit hostes adesse. ℣ Exilit: e strato. s. ℣ Et ue. au. quæ pauore nõ retardaret. ℣ Illinc: de ipso cubiculo. ℣ Iacit: deiicit se. ℣ Super se. hoc est de fenestra: ut est illud Virgil. Multa super Priamo rogitãs super Hectore multa: hoc est de Priamo & de Hectore. ℣ Ipse timor: quẽ cõceperat ex crepitu Ianuarum: fecerat audacẽ ad fugã. s. ℣ Et rapitur cũ metu: timebat qdẽ illa: & cũ eo timore rapiẽ: quasi raptim fuga præcipitatur. ℣ Velata: cooperta. ℣ Tunica recincta: incincta. tunica uestis longa sine manicis. ℣ Currit: fugiens

Numicius

Numicius undis Creditur: fluui? celeber morte Aeneę: ut Littus adit Laurens ubi tectus arũdine scribit In freta flamineis uicina Numici? undis: Hunc iubet Aeneæ q̃ cunq; obnoxia morti Abluere. ℣ Sustinuit aquas: ut Annæ uerba exaudiri possent: sustinuit aq̃s & tacitas reddidit. ℣ Amne perenne latens: Anna (ut diximus) a petuitate perenna dicta existimaꝫ: non pro perenne. i. petuo in Numicio lateat.

Perenna anna appetuitate dicta

℣ Læti uescuntur in agris: læti quod adepti eẽnt quasi peculiarem Deam: cœperũt uesci epulis & genio indulgere: quod Romani postea imitati sunt. ℣ Quia mensibus impleat annũ: sunt q Annã cui in annũ ius eẽ uꝫ Lunã existimãt: e cui? cursu mẽses colligunt, qb? ãnus ipleꝫ.

PAV. MAR.

Sup aliqñ p deponitur

set.Sic & Anna perēna uocat.Multi Isim uetustissimam Aegyptiorum Deam putauerunt:qꝫ ea quæ leges Aegyptiis dederat:annum quoq; ciuilem illis constituit, Sic & Anna dicta. ¶ Sunt:igitur aliqui. ¶ Quibus hæc: Anna perēna. ¶ Est Luna:aliqui qui Lunam esse putāt. ¶ Quia impleat: perficiat annum mensibus.

ANT. FAN. Themis

¶ Pars Themin: Themin Deam putabāt(auctore Festo)quæ præciperet hominibus id petere qđ fas eēt:eāqꝫ id eē existimabāt,quod fas est.Eam cæli & terræ filiam dicunt:teste Diodoro:quaꝫ uolunt nō solum diuinandi artem inuenisse:sed sacra & Deoꝝ cultus:quos uidemꝰ per annum fuisse digestos. ¶ Inachiam pars putat esse bouē:Isidē quæ Io fuit Inachi filia:& Romæ culta est, ut Nos Romana tuā in templa accepimꝰ Isim. ¶ Nymphen Atlātida:unā e filiabꝰ Atlantis: quā uolunt Iouis fuisse nutricē. ¶ In sacri uertice mōtis erat:sacer mons (auctore Festo)trans Anienem fluuiū ultra tertiū milliariū appellat:quia Ioui fuerat cōsecratus.In eum secessisse plebē Liuius scribit libro secūdo primæ Decadis:Sicinio quodā auctore cū a patribus dissideret:cuiꝰ animis delinitis oꝛone Menenii Agrippę regressis in urbem omnibus tribuni plebis creati sunt.Nota est historia. ¶ Deficerat illis uictus:uictus nomē aliud quoq; significat q̄ q̄ nobis esui sunt.Hicꝑ uictum panem accipimus. Vñ auctor subiungit. ¶ Et humanis usibus apta Ceres: bis.n. idem dicit more poetarū. ¶ Orta suburbanis quædā fuit Anna Bouillis:Bouillæ sunt non longe ab Vrbe ac Lauinio in agro Labicano inter Ariciam uidelicet & Romā. Asconius:Postera die occurrit ei circa horam nonā Clodius:paulo ultra Bouillas rediens ab Aricia.Persius:Accedo Bouillas,cliuumq; ad uirbi.Hunc locum suburbanum esse ex Suetonio quoq; colligimus:qui ait Decurionum municipiorum & coloniarum Augusti corpus a Nola Bouillas usq; deportasse.a Bouillis uero equestrē ordinem suscepisse:ubiq; intulisse:q̄is hic nonnulli Campaniæ Bouillas accipiunt:quod nobis nō placet. ¶ Leui mitra canos incincta capillos:hoc gestamen Lydorum fuit & Phrygum:quo & meretrices utebātur: ut Ite quibus grata est picta lupa barbara mitra.& uiri molles:ut Mœnia mentum mitra crinemq; madentem Subnixus. Proprie autem(ut inquit Seruius)est pileus incuruus e quo pendebat buccharum tegmē: de quo Herodo.Assyrii capita crinita habentes mitris redimunt. ¶ Fingebat: formabat.ut figuli e luto diuersa fingētes.Significat & alia uerbum fingo.Sed effingere est ad alterius formam aliquid fingere:unde effigies dictæ.

Sacer mons fuit trās Anienē

Victus

Bouillæ

Mitra

Effingere

PAV. MAR.

¶ Pars putat Themin: q̄ in Parnaso oracula reddebat. De quo Lucanꝰ:Cū regna Themis,Tripodasq; teneret. ¶ Pars putat esse bouē Inachiā:hoc est Isidē: quæ prius Io dicebat Inachi regis Argiuorum filiam:a quo & Inachus fiu.quæ uiolata ab Ioue:mutata deinde in uaccā: cum diu errasset in Aegyptum tandem uenit:ubi restituta illi priore forma Isis appellata est:& Osiridi Iouis filio nupsit.Sed de Iside & Osiride aliter a Diodoro & Plutar.referūtur.Inuenies & alios. ¶ Qui dicant te nymphē Atlantida:te Pleionem Atlantis coniugem:nam cū ωμφη apud græcos sponsa sit:sponsam Atlātis intelligunt:formato patronymico ab ipso uiro.aliqui intelligūt nympham Atlantis filiam Maiam: qꝫ id a Mercurio filio assecuta sit:ut pro Dea annorū coleretur. ¶ Et te Anna dixisse Ioui primos cibos:& inuenies o Anna qui te nutricem Iouis esse dicant. Nam cum primis annis Iouē paueris: te Annam perēnam uocauere.de nutricibus Iouis dictū est supius. ¶ Hæc quoq; refert & aliam opinē quā ueriorē esse asserit. ¶ Hæc:etiā. ¶ Fama:ipsius rei quam referā:mox exponam. ¶ Peruenit ad nostras aures.Nec dissidet illa. A fide ueri:nō discrepat a fide. nam aliquid ueritatis habet. ¶ Plebs uetus:plebs cū propter nexos ob æs alienū a patribus secessisset:auctore Sicinio: in mōtē sacrum: quicut Liui.& Diony.referunt)non longe ab Vrbe est iuxta Anienem flu.deficiente plebi uictu in eo monte: quædam Anna e Bouillis libam illi subministrabat.reconciliata postea senatui plebe oratione Menenii Agrippæ:statuam Annæ erexere:& ex eo pro Dea coli cœpta est. ¶ Vetus plebs: antiquus po. Ro. ¶ Etiam tum tuta nullis tribunis: ad ea usq; tempora nondum creatis ex plebe tribunis ad eius defensionem:nam tum primū creati sunt. ¶ Fugit & erat in uertice montis sacri:quo secesserat sacer mons(ut Pomponius inquit)trans Anienem flu.ultra tertium milliarium appellatur:quia Ioui fuerat cōsecratus:& tria millia passuum etiam Liuius distare ostendit. ¶ Iam quoq; uictus: res ad uictum facientes.Verum(ut Vlpianus de uerborū significatio.ait) uictus uerbo cōtinentur:quæ esui,potui,cultuiq; corporis:quæq; ad uiuendum homini necessaria sunt:uestem quoq; uictus habere uicem Labeo ait. Cæteraq;,quibus iuuandi,curandiq; corporis nostri gratia utimur:ea appellatione significantur. Instratum omne uestimentum continetur,quod iniiciatur Labeo ait. Neq; enim dubium est quin stragula uestis sit omne pallium peristroma: in uictum ergo uestem accipiemus. Sed poeta uictum posuit pro rebus ad esum pertinentibus. ¶ Defecerat illis: plebeis. ¶ Quem secum tulerant: cum ex urbe secesserat, & defecerat. ¶ Ceres:panis,cuius usum Ceres tradit. ¶ Apta usibus humanis:quæ cōuenit usui humanæ uitæ. ¶ Fuit quædam Anna orta:nata. ¶ Bouillis suburbanis:quę erant in suburbano.Nam duæ fuerunt Bouillæ.Alterum in Latio oppidum prope Lauinium:de quo hic agitur. Alterum in Campania prope Sinuessam. ¶ Pauper illa Anna. ¶ Sed anus multæ sedulitatis:diligentiæ,& industriæ. ¶ Illa:Anna Bouilla. ¶ Incincta capillos canos:leniles. ¶ Mitra leui: innexos habebat illa crines mitra Lydarum mulierum more. ¶ Fingebat: componebat. ¶ Manu tremula: senili & trementi. ¶ Liba rustica:qualia ruri fiunt.De libo primo libro diximus. ¶ Atq; ita solebat diuidere:ea liba. ¶ Per populum: per plebem ipsam. ¶ Fumantia mane:calida: & obid fumantia:cum e furno eximeret. ¶ Hæc copia: abundantia liborum: licet exigua esset. ¶ Fuit grata populo:plebi:cui libis uictum suggerebat.

Pars Themin, Inachiam pars putat esse bouē.
Inuenies qui te nymphen Atlantida dicant:
Teq; Ioui primos Anna dedisse cibos.
Hæc quoq;, quam referā, nōstras uenit ad aures
Fama:nec a ueri dissidet illa fide.
Plebs uetus, & nullis etiam nunc tuta tribunis
Fugit:& in sacri uertice montis erat.
Iam quoq;, quem secum tulerant, defecerat illis
Victus, & humanis usibus apta Ceres.
Orta suburbanis quædam fuit Anna Bouillis
Pauper, sed multæ sedulitatis anus.
Illa leui mitra canos incincta capillos
Fingebat tremula rustica liba manu.
Atq; ita per populū fumantia mane solebat
Diuidere:hæc populo copia grata fuit.

Liuiꝰ & Dionysius de monte sacro

Annæ statua erecta a populo Romão posti cōciliatos senatores cū plebe

Mitra gestamē Lydarū mulierū

ANT. FAN. Obscœna in festo Annæ canebant

¶Pace domi facta: oratione Menenii Agrippæ. Lege Liuium. ☞ Nunc mihi cur cantēt supereſt obſcœna puellæ
Dicere: canebantur a puellis iocosa quædam & obſcœna in festo Annæ: quod hæc Dea Martem intentum rebus Venereis eluſiſſet. ☞ Pendet ab officio ſpes mihi magna tuo: artificioſum exordium. Oſtendit enim ſupra qualis in Annam fuerit: ut beneuolam redderet: nunc cum ſuam ſpem ab ea pendere ſubiungit orare uidetur ſibi: ut auxilio ſit: & auget beneuolentiam. ☞ Conueniunt partes hæ tibi: tuſi eſt talia tractare, quæ anus es. ☞ Stultā ſpem: quia non erat ſperandum fore ut Pallas abiecta prudentia flecteretur ad Venerem. ☞ Sæpius inſtanti: urgenti Annam ut mandata pageret. ☞ Precibus uix dedit illa manus: bene uix ut res uerisimilis uideretur. Eſt autem metaphora.

PAV. MAR. Menenii oratio ad plebē cū fabula corpis & membrorum

¶Pace domi facta: ubi recōciliata eſt plebs patribus per Menenium Agrippam, de quo Liuius ita inquit: Placuit igitur oratorem ad plebem mitti: Menenium Agrippam facundum uirū. Et ꝙ inde oriſidus erat plebi charum, intromiſſus in caſtra: priſco illo dicendi & horrido modo nihil aliud, q̄ hoc narraſſe fertur: Tempore quo in homine: non ut nunc: omnia in unum conſentiebant: ſed ſingulis membris ſuum cuiq; conſilium: ſuus ſermo fuerat: indignatas reliquas partes ſua cura: ſuo labore: ac miniſterio uentri omnia quæri: uentrē in medio quietum nihil aliud q̄ datis uoluptatibus frui: conſpiraſſe inde ne manus ad os cibum ferrent: nec opus acciperet datum: nec dentes conficerent. Hac ita dum uentrem fame domare uellent: ipſa una membra, totumq; corpus ad extremam tabem uenisſe: inde apparuiſſe uentris quoq; haud ſegne miniſterium eſſe: nec magis aliquam alere eum reddētem in omnes corporis partes. Hunc quo uiuimus: uigemuſque diuiſum pariter in uenas maturum: confecto cibo: ſanguinem comparando hinc: quam inteſtina corporis ſeditio ſimilis eſſet iræ plebis in partes flexiſſe mentes hominum. Agi deinde de concordia cœptum: conceſſumque in conditiones: ut plebis ſui magiſtratus eſſent ſacroſancti: quibus auxilii Latio aduerſus conſules eſſet. Neue cui patrum capere eum magiſtratum liceret. Ita tribuni plebei creati duo: Caius Licinius & Lucius Albinus. Hi tres collegas ſibi creauerunt. In his Sicinium fuiſſe ſeditionis auctorem. De duobus qui fuerunt: minus conuenit. Sunt qui duos in ſacro monte creatos tribunos eſſe dicant: ibi ſacratam legem latam per ſeceſſionem plebis &c. Ergo ubi facta eſt pax. ☞ Poſuere ſignum Annæ perennæ: erexit populus illi ſtatuam. ☞ Quod illa ferebat ſibi opem: ſuccurrebat Libis in ea rerum penuria ipſis.

Bñficiū Annæ ꝓpter qđ ipſi erecta ē ſtatua a populo Romano

☞ Defectis: cum iam defeciſſent cibi, propter meritum illius populus gratus ſtatuam erexit. ☞ Nunc mihi: in his feſtis Annæ obſcœni quidam luſus referebantur: cum uerbis quoque obſcœnis: eam poeta cauſam aſſert: ꝙ ubi Anna relata eſt in Deos: Mars eius operam petiit ad Pallada conciliandam: cuius amore tenebatur: ꝙ illa ſe facturam promiſiſſet: retulit poſtea ſe illam tandem exoraſſe: & amatorem quodam ioco deluſit. de quo paulopoſt. ☞ Nunc ſupereſt: reſtat mihi dicere. ☞ Cur puellæ cantent obſcœna: turpia, quod eo turpius: cum puellæ canerent. ☞ Nam coeunt: ſimul ipſæ puellæ. ☞ Et canunt certa ꝓbra: uituperatione digna. ☞ Nup: pauloante. ☞ Erat facta Dea: erat Anna relata in Deos. ☞ Gradiuus: Mars de quo ſuperius. ☞ Venit: ad Annam. ☞ Et facit talia uerba: ita loquitur. ☞ Cum ſeducta: cum Anna ab aliis ſemota. ☞ Coleris meo menſe: quia celebratur tuum menſe Martio. ☞ Iunxi mea tempora tecum: quaſi feci menſem meum tibi eſſe commune. iunxi enim tecum tempora ut tuæ feriæ ſint eo menſe qui mihi ſacratus. & artificioſe arguit ab hac cōiunctione: ut uideatur illa debere id agere: ut illi opem præſtet iure neceſſitudinis. ☞ Magna ſpes mihi pendet ab officio tuo: quaſi plurimum ſpero in tua ſedulitate. ☞ Ego armiger: qui armis & bellis præſum. ☞ Vror correptus amore Mineruæ armigeræ: quaſi uehementer amo Pallada: quæ bellis præeſt: quemadmodum ego. ut in principio huius libri diximus: Ipſe uides manibus peragi fera bella Mineruæ. Sic nunc armiferam Mineruam uocat. ☞ Et hoc longo tempore alo uulnus. a Virgilio accepit: Vulnus alit uenis. & hoc ideo dictum: quod quanto magis in ea cura ſumus: magis augetur amor. ☞ Effice id: id effectum reddas. ☞ Vt Dii ſimiles ſtudio: quaſi qui in eodem officio uerſemur. ☞ Coeamus in unum: coniungamur. Cum enim par ſit noſtrum numen: quia ego armifer: illa armifera: conueniens eſt: ut ſimul quoque cōiungamur. ☞ O comis: o benigna anus. ☞ Hæ partes: hæc officia: quaſi dare operam ut ſimul coeamus. ☞ Conueniunt tibi: quia anus es & ſedula. tuum eſt id efficere. ☞ Dixerat, illa Deum: deludebat Anna Martem. At cum nimium urgeret: retulit ſe Palladis animum inflexiſſe: paratamque eſſe ad coniugium. Cumque ille pararet nuptias: deducitur ad eum Anna uelata luteo Flameo tanquam noua nupta: & cum ille eſſet eam oſculaturus: cognouit ſe ab illa deluſum. Hæc igitur erant: quæ in feſtis Annæ referebantur. ☞ Dixerat: ergo Mars. ☞ Illa: Anna. ☞ Ludit: deludit. ☞ Deum promiſſo inani: uacuo, ſine effectu: quia non ſeruabat promiſſa. ☞ Et trahit: protrahit. ☞ Vſq; ſemper. ☞ Spem ſtultam: ſtulti Martis. nam ſtultum erat illud ſperare de Pallade. ☞ Mora dubia: incerta. dicebat enim ſe obtemperaturam: ſed tempora protrahebat. ☞ Inquit inſtanti ſæpius: eſi ſæpius & uehementius ille inſtaret, dixit. ☞ Pergimus mandata: tua ſcilicet. ☞ Et uicta eſt precibus: tandem exoraui. ☞ Vix dedit illa manus: quaſi uix dedit fidem: ita prius repugnabat: ut uix uinci potuerit. Aut

Armifer Minerua ſicut Mars dicitur armifer Quomodo Mars fuit deluſus ab Anna

dedit

Pace domi facta, ſignum poſuere perenne:
Quod ſibi defectis illa ferebat opem.
Nūc mihi cur cantent ſupereſt obſcœna puellæ,
Dicere: nam coeunt, certaq; probra canunt.
Nuper erat Dea facta: uenit Gradiuus ad Annā:
Et cum ſeducta talia uerba refert.
Menſe meo coleris: iunxi mea tempora tecum:
Pendet ab officio ſpes mihi magna tuo.
Armiger armigeræ correptus amore Mineruæ
Vror: & hoc longo tempore uulnus alo.
Effice Dii ſtudio ſimiles coeamus in unum:
Conueniunt partes hæ tibi comis anus.
Dixerat: illa Deum promiſſo ludit inani:
Et ſtultam dubia ſpem trahit uſq; mora.
Sæpius inſtanti mandata peregimus inquit:
Euicta eſt: precibus uix dedit illa manus.
Credit amans: thalamoſq; parat: deducitur illuc

dedit uictas manus: per trãſlationem ab his qui in ipſo prælio capiuntur: qui uictas manus porrigũt. ☞ Amãs: Mars. ☞ Credit Pallada: ſcilicet uictam. ☞ Et parat thalamos: nuptias. Nam thalamus torus iugalis eſt: ut alias dictum. ☞ Deducitur illuc: ad Martem.

ANT. FAN. ☾ Tegens uultus: Flameo. Lucanus: Non timidum nuptæ leuiter tectura pudorem Lutea demiſſos uelarunt Flamea uultus. ☞ Veneri: quam Mars cognouit, ut Primus adulterium Veneris cum Marte putatur Hic uidiſſe Deus. ☞ Verba dediſſe: decipiſſe: nam uerba dare eſt decipere. ☞ Præteriturus eram gladios in principe fixos: Idibus Martiis Iulius Cæſar in Pompeii curia tribus & uiginti uulneribus confoſus eſt: teſtibus Suetonio & Plutarcho: licet & ſint qui tertio idus eũm interfectum dicant. Curiam in qua occiſus eſt obſtrui placuit: ut ſcribit idem Suetonius: iduſq; Martias parricidium nominari: quibus ferunt uatem prædixiſſe Cæſari: ut diſcrimen præcaueret: qui cum in Senatum iret uati dixiſſe traditur idus Martias adueniſſe: cui uates: Venere quidem ſed nondum præteriere reſpondit. Eundem cædis locum a Pompeio ante theatrum dedicatum accepimus: Cæſaremq; ad baſim imaginis Pompeii a cõſpiratoribus interfectum: quam eius cruor magna ex parte reſperſit: poſtea uero in Deorum numerum relatum: non ore modo decernentium: ſed opinione uulgi: ſi quidem ludis quos ei conſecratos hæres Auguſtus edebat: ſtella crinita per ſeptem dies cõtinuos fulſit: quam eſſe animam Cæſaris crediderunt. Lege Suetonium & Plutarchum in Cæſare. Item Appianum: quoniam (ut ſæpe dixi) nobis omnia referre nõ placet. Cæſar idus Martias ſibi ferales notauit Scorpionis occaſu.

PAV. MAR. ☾ Anna tegens uultus ſuos: Flameo ſcilicet. ☞ Vt noua nupta: ut moris eſt cum noua nupta ad uirum ducitur. de quo Lucanus in ſecundo Pharſaliæ: Non timidum nuptæ leuiter tectura pudorem Lutea demiſſos uelarunt Flamea uultus. Flameo enim (ut Pompeius inquit) amicitur nubens boni cauſa: q̃ eo aſſidue utebatur Flaminia: ideſt Flaminis uxor: cui non licebat facere diuortium. Et eodem modo tegebatur nupta Flameo: ut perpetuo cum uiro maneret. Attigit in hoc Romanum morem poeta. ☞ Mars ſumpturus oſcula: cum uellet eam oſculari. ☞ Subito aſpicit Annã: detecto enim uultu aſpicit & cognoſcit illam. ☞ Nunc pudor: nunc ira ſubit eluſum Deum: nunc pudebat illius ignominiæ: q̃ ab ea eſſet deluſus: nunc ira excandeſcebat. ☞ Noua Diua: quæ nuperrime facta es Dea. ☞ Ludis amatorem charæ Mineruæ: deludis Martem qui Mineruam amat. ☞ Nec ulla res fuit hac Veneri gratior: nihil potuit eſſe Veneri gratius, q̃ Martem: cum quo aliquando recubuit: ab Anna eſſe deluſum. ☞ Inde ioci ueteres: qui in campo Martio referuntur. ☞ Et canuntur dicta obſcœna: turpia. ☞ Et iuuat: delectat ſpectatores. ☞ Hanc: Annam. ☞ Dediſſe uerba: hoc eſt eluſiſſe: ſeu decepiſſe: nam dare uerba decipere eſt. ut apud Terentium: Cui dare uerba difficile eſt. ☞ Magno Deo: Marti. hæc in feſtis Annæ referebantur. ☞ Præteriturus eram: idibus Martiis: Caius Cæſar interfectus eſt: & ea quidem dies parricidium nominabatur: nec ſenatus unquam cogebatur in tantæ cædis mœſtitia. Erat hoc præteriturus poeta: ne ſorte refricaret lachrymas: monitus tamen a Veſta: cuius ſacerdos fuerat Cæſar: ne uereretur: nam & cælo receptus eſt Cæſar: & de coniuratis ſupplicium ſumptum. De eius morte in Epitomate Liui, libro. cxvi. ſic habetur: Cæſar ex Hiſpania quintum triumphum egit: & cum multi, q̃maximique honores ei a ſenatu decreti eſſent: inter quos ut pater patriæ appellaretur: & ſacroſanctus: ac dictator in perpetuum eſſet: inuidiæ cauſam aduerſus eum præſtiterunt: q̃ ſenatui deferente hos honores: cum ante ædem Veneris genitricis ſederet: minime aſſurrexit. Et q̃ Marco Antonio collega ſuo inter ſupercos currente: diadema capiti ſuo impoſitum in ſella reposuit. Et q̃ Epidio Marullo: & Cæſereo Flauo tribunis plebis inuidia: & tanquam regnum affectanti mentibus poteſtas abrogata eſt. Ex his cauſis conſpiratione in eũ facta: cuius capita fuerunt: Marcus Brutus, & Caius Trebonius, & Caſſius, & ex Cæſaris partibus Decius Brutus in curia Pompeii occiſus eſt uiginti tribus uulneribus: occupatumque ab interfectoribus eius Capitolium: obliuione deinde cædis eius a ſenatu decreta: obſidibus Antonii & Lepidi liberis acceptis: coniurati a Capitolio deſcenderunt. Teſtamẽto Cæſaris hæres ex parte dimidia inſtitutus eſt Caius Octauius ex ſorore nepos: & in nomen adoptatus. Cæſaris corpus cum in campũ Martium ferretur a plebe ante roſtra crematum eſt. Dictaturæ honos in perpetuum ſublatus eſt. Et Tranquillus cum de hoc eodem agit: & acceſſiſſe in ſenatum dicit ſic proſequitur: Aſſidentem conſpirati ſpecie officii circunſteterunt. Illicoque Cimber Tullius: qui primas partes ſuſceperat: quaſi aliquid rogaturus propius acceſſit. Renuentique: & geſtu in aliud tempus differenti: ab utroque humero togam apprehendit. Deinde clamantem: iſta quidem uis eſt: alter Caſſius aduerſum uulnerat paulum infra iugulum: Cæſar Caſſii brachium arrepto graphio traiecit: conatuſque proſilire alio uulnere tardatus eſt. Vtque animaduertit undique ſe ſtrictis pugionibus peti: toga caput obuoluit: ſimul ſiniſtra manu ſinum ad ima crura deduxit: quo honeſtius caderet: etiam inferiore corporis parte uelata. Atque ita tribus & uiginti plagis confoſſus eſt. Vno modo ad primum ictum gemitu ſine uoce edito. Et ſi tradiderunt quidam Marco Bruto irruenti dixiſſe: καὶ σὺ εἶ ἐκεῖ νῶν καὶ σὺ τέκνον. Exanimis diffugientibus cunctis aliquandiu iacuit: donec lecticæ impoſitum dependente brachio tres ſeruuli domum retulerunt. Hæc ille: qui plures quoque honores ei in morte collatos refert. Si quis hiſtoriam cumulatiorem cupit perlegat Plutarchum, & Appianum: cũ Appianus nominatim etiam referat cõiuratos omnes. Sed q̃ in Deorum numerum relatus ſit ita idem Tranquillus inquit: Periit ſexto & quinquageſimo ætatis anno: atque in Deorum numerum relatus eſt: non ore modo decernentium: ſed & perſuaſione uulgi: ſi quidem ludis quos primo conſecratos ei hæres Auguſtus edebat: ſtella crinita per ſeptem continuos dies fulſit: exoriens circa undecimam horam. Creditumque eſt animam eſſe Cæſaris in cælum recepti: & hac de cauſa ſimulachro eius in uertice additur ſtella. Curiam in

Anna tegens uultus ut noua nupta ſuos.
Oſcula ſumpturus ſubito Mars aſpicit Annam:
Nunc pudor eluſum, nunc ſubit ira Deum.
Ludis amatorem charæ noua Diua Mineruæ.
Nec res hac Veneri gratior ulla fuit.
Inde ioci ueteres, obſcœnaq; ũerba canuntur:
Et iuuat hanc magno uerba dediſſe Deo.
☾ Præteriturus eram gladios in principe fixos:
Cum ſic a caſtis Veſta loquuta focis.

Dare uerba eſt decipere

Cæſar i curia põpeiana trib⁹ & uiginti uulneribus ẽ cõfoſſus a Bruto & Caſſio

Flameũ uelamẽ

Cæſar i qnto ei⁹ triũphogeſto cũ eſſet dictatot trib⁹ & uiginti uulneribus cæſus ẽ ſexto & qnquageſimo ætatis anno

Nota hic oẽm hiſtoriã

Idus Martiæ parricidium dicitur

qua occisus est obstrui placuit:iduſque Martias parricidium nominari: Ac ne unquam eo die senatus cogeretur.Percussorum autem fere neque triennio quisquam amplius superuixit:neque ſua morte defunctus est. Damnati omnes alius alio casu periit:pars naufragio:pars prælio: nonnulli semet eodem illo pugione quo Cæsarem uiolauerant,interemerunt. Sed hæc hactenus.¶ Eram præteriturus: silentio scilicet:hoc est non relaturus. ¶ Gladios fixos in principe:in Cæsare: hoc est Cæsarem in curia trucidatum. ¶ Cuz Vesta locuta a castis focis: cum ita ex ara æterni ignis Vesta admonuit.

ANT. FAN.

¶ Meus fuit ille sacerdos: Pontifex maximus. Ipse alibi: Ne ue cæde sacerdotis flãmas extinguite Vestæ. ¶ Simulachraque nuda reliqui:uult coniuratis inumbram tantum Cæsaris ius fuisse: cum uerum Cæsarem Vesta rapuisset in cælum. ¶ Et tenet in magno templa dicata foro: Appianus:Populos cœpit interfectores.eius undique conquirere:funus etiam in medio foro edidit: temploq; constituto iuxta pyram ueluti Deo sacra exhibuit.Sane Augustus(auctore Plinio)Venerem exeũtem e mari nobilissimam Apellis picturam dicauit in æde Cæsaris patris.Legimus & plebem tanto fauore mortuum Cæsarem prosecutam esse: ut non solum ad Bruti & Cassii domum cum facibus tetenderit: sed solidam columnam .xx. pedum lapidis Numidici in foro statuerit:ad quam longo tempore sacrificare: uota suscipere: controuersiasq; interposito per Cæsarem iureiurando distrahere perseuerauit.Suetonius scribit pro rostris auratam ædem ad simulachrum Veneris genitricis collocatam.¶ Morte iacent merita: Cai Cæsaris Genius(ut scribit Plutarchus) terras & maria peragrans omnes eius percussores inuestigauit: quorum nemo(teste Suetonio)triennio amplius superuixit: nemo ſua morte defunctus est. Damnati omnes alius alio casu perierunt:pars naufragio:pars prælio.Nonnulli semet(inter quos Cassius)eodem pugione quo Cæsarem uiolauerant,interemerunt.¶ Testes estote Philippi:oppidi nomen est & camporum Thessaliæ: ubi uictus est Brutus. Vtrunq; enim eo nomine significari auctor est Porphyrio.nomen a Philippo rege deductum existimatur.Ibi Augustus Cæsar(ut scribit Plutarchus)a Bruto,contra quem instructus erat,profligatus castra quoq; amisit: uixq; manus hominum effugit: ut ipse in Commentariis scripsit:somnio cuiusdam familiarium admonitus.Cassium uero in alio cornu ab Antonio uictus cum ignoraret Brutum uicisse a Pindaro liberto uolens,mandanisq; occisus est. Deinde iterum pugnatum est paucis diebus interiectis: & in ea pugna uictus Brutus sibi mortem consciuit: cuius caput ab Augusto Romam missum est: ut statuæ Iulii Cæsaris summitteretur.¶ Ossibus albet humus:quia insepulti sunt. Hæc prima elementa fuerunt Cæsaris.Laudat Augustũ a pietate:qua factum est: ut extinxerit omnes Iulii Cæsaris percussores: auspicatusq; fuerit res postea a se gestas ultione paterna:unde Marti ultori templum dedica uit.¶ Scorpius a prima parte uidendus erit: secundum Chaldeos loquitur Libram & Scorpium unum signum accipiẽtes.De quo ait Macrobius:Scorpius totus i quo Libra est naturam Solis imaginatur:qui hyeme torpescit.Dicit enim Libram:quam faciunt Scorpionis chelæ .xvii.calẽ. Aprilis chronice orituram.Quod fieri necesse est noctis initio:cũ Sol hoc tempore propemodum in eo sit: ut Arietem ingrediatur.Sane Scorpius cum chelis.xix.stellis cõstare dicitur. Nec nos moueat quod diximus supra idib? Martiis occidere Scorpionem. Quis enim nesciat fieri posse: ut eodem die & chronice? Est autem Scorpius Martis domus.Vnde Horatius esi formidolosuz uocat.ut Seu Libra: seu me Scorpius aspicit formidolosus. Et Virgilius:Ardentem: Vt ipse tibi iam brachia contrahit ardens Scorpius.

Scorpiꝰ occidit. xvii.calen.Aprilis

Scorpiꝰ formidolosus

PAV. MAR.

¶ Ne dubita meminisse:nõ uerearis mentionem de eo facere.¶ Ille:Cæsar.¶ Fuit meus sacerdos:nam fuit pontifex maximus:de quo plura paulo superius diximus.¶ Manus sacrilegæ:sacrilegorum coniuratorum:nam ideo sacrilegi:quia sacra uiolarunt.nam sacrum pontificem maximum confoderunt. ¶ Petiere me telis: quasi me ipsam uulnerarunt.nã qui pontificem meum uiolarunt:in me ipsam manus iniecerunt.¶ Ipsa uirum rapui:eripui ego e manibus eorũ Cæsarem:& in cælum retuli.¶ Et reliqui simulachra nuda: quasi umbram sine corpore.¶ Vmbra Cæsaris fuit quæ cecidit ferro:non fuit Cæsar:sed eius umbra in quam armis sacrilegi sæuierunt.¶ Ille quidem positus cælo:locatus inter sidera.ut iam diximus. Et in Buc.Ecce Dionei processit Cæsaris astrum.¶ Vidit atria Iouis:quia in cælum,& Iouis regiam ascendit.¶ Et tenet templa dicata: consecrata.¶ In magno foro:in foro Romano.Et Suetonius inquit: Et pro rostris aurata ædes ad simulachrum Veneris genitricis collocata.¶ At quicsiq; ausi nefas: ausi indignum facinus.¶ Polluerant:fœdauerant:seu uiolauerant.¶ Caput pontificale:Cæsaris pontificis.¶ Prohibente numine Deorum:quasi contra Deorum uoluntatem.¶ Iacent morte merita:quam meruerunt.¶ Estote testes Philippi:campi ubi Brutus & Cassius principes coniuratorum: alter ſua:alter serui manu confecti sunt: & Cæsari Octauio ultori uictoria parata.Philippi ciuitas est(ut in Odis Horatii quoque diximus)in Macedoniæ finibus: quæ(ut Appius meminit) Datos olim dicebatur: Crenida ante Dati nomen appellata. Eum locum Philippus ut accommodatum metatus super Thraces uallo sepsit: & a se Philippos nuncupauit.¶ Et quorum: & illi sunt testes.¶ Quorum ossibus sparsis:diffusis.¶ Albet humus: nam omnes illi parricidæ mortui: & insepulti iacuere.Sic & ossibus inhumatis albescere uidebatur tellus. Hoc opus in laudem Octauii Cæsaris: qui paternam mortem ad internitionem inimicorum ultus est: & Marti ultori ædem consecrauit.Et Suetonius inquit: Aedem Marti pro ultione paterna bello Philippensi uouisse.Sed de hoc plura dicemus in.v.¶ Hoc fuit opus hæc pietas:filii in parentem.¶ Hæc fuerunt prima elementa

Astrum Cæsa. Dionei

Octauiani iam dicta ad internitionẽ cõtra percussores Cæsaris

Tẽplus Veneri auratũ a Cæsare cõstitutum

Philippi

Octauianꝰ uictus a Bruto i campis philippicis: & Cassiꝰ a Marco Antõio

Ne dubita meminisse: meus fuit ille sacerdos:
Sacrilegæ telis me petiere manus.
Ipsa uirum rapui: simulachraq; nuda reliqui:
Quæ cecidit ferro Cæsaris umbra fuit.
Ille quidem cælo positus Iouis atria uidit:
Et tenet in magno templa dicata foro.
At quicunq; nefas ausi prohibente Deorum
Numine,polluerant pontificale caput.
Morte iacent merita: testes estote Philippi:
Et quorum sparsis ossibus albet humus.
Hoc opus,hæc pietas,hæc prima elemẽta fuerũt
Cæsaris:ulcisci iusta per arma patrem.
Posterа cum teneras Aurora refecerit herbas:
Scorpius a prima parte uidendus erit.

elementa Cæla.Octauii:fuere magna & pia initia rerũ agendarum:quibus ad summũ imperium promotus est. ¶ Vlcisci patrem:Iuliũ Cęsarem.¶ Per iusta arma: iustũ enim erat ulcisci patris necem:illud Octauius rediens ex Epyro egit: ut opem contra percussores patris haberet: nec destitit quoad omnes extixit.¶ Postera cũ.xvii.calẽ. Aprilis:hoc est.xvi.die pria pars Scorpionis orit. Scorpius enim,cuius prior pars, quæ chelæ dicunt: ita ponitur ab ęquinoctiali circulo: ut eum substinere uideat.

¶Tertia post idus lux est celeberrima Baccho.
Bacche faue uati:dum tua festa cano.
Nec referam Semelen:ad quam nisi fulmina secũ

ipse autem pedibus Ophiulci subditus extrema cauda circulum hyemalem cõtingere uidetur,occidit autem inclinato capite:exoritur erectus a Chelis. Hic habet stellas in his quæ chelæ dicuntur,In unaquaq; earum binas: ex quibus ꝓximæ sunt clariores.Præterea habet in fronte stellas tres: quarum media est clarissima: inter scapulas tres:in uentre duas:in cauda quinq;:in acumine ipso, quo percutere existimatur,duas:omnino sunt stellæ decem & nouem.Scorpius ipse propter magnitudinẽ mẽbrorum in duo signa diuiditur: quorum priorem partem Libram dixerunt. Sed omnino totum signum hac de causa statutum assignatur:q; Orion cũ uenaretur: & in eo exercitassimum se esse confideret:dixisse & Dianæ & Latonæ se omnia quæ ex terra oriuntur occidere uelle:quare terram permotam Scorpionem eduxisse:qui eum interficere demonstratur.Iouem autem admiratũ Scorpionem inter astra collocasse:ut species eius hominibus documẽto esset:ne quis eorum aliquare sibi confideret.Dianam autem propter studium Orionis petisse a Ioue:ut illi idem beneficium daret petẽti:quod terræ ultro tribuisset:itaq; constitutum:ut cum Scorpio oriatur: Orion occidat.Hæc ex Higinio.Poeta inquit eo die uidendum esse Scorpium mane a prima parte:de cosmico eius ortu intelligere non possumus:nam est Arietis : qui illis diebus oriri incipit. Ego sic accipere uideri per ortũ heliacum:in occasu tamen ita:ut significet occidentẽ Libram.Sic Arietis ortus indicaretur:qui Libræ oppositus est.Sed de Ariete postea dicemus. Plinius tamen inquit Cæsarem idus Martias sibi ferales annotasse Scorpionis occasu.Nos uero in fine operis plura simul de omnibus dicemus.¶ Cum postera:sequens.¶ Aurora refecerit:rore madefecerit.¶ Herbas teneras:molles.¶ Scorpi⁹ erit uidẽdus a prima parte:aut post primam partem:hoc est post chelas:siue a prima parte sui signi eo modo:quo dictum est. ¶ Tertia:decimosexto calen. Apri.hoc est.xvi. die Martii festum erit Bacchi:qua die ad liba populus cõueniebat in eius honorem:& pueri relicta prætexta uirilem togam sumebant:profunditurq; in Bacchi laudes:& in Sileni fabulam : & in togæ liberæ rationem : quę omnia suis in locis explicabimus.

¶Tertia post idus lux est celeberrima Baccho.xv.calendas Apriles Baccho sacra fiunt:quæ cõstat(teste Seruio) Iulium Cæsarem primum Romã trãstulisse.ut Daphnin & Armenias curru subiungere tigres Instituit:Daphnis thyasos inducere Baccho.Dicuntur autem hæc festa Liberalia a Libero,i.Baccho:qui repertor uini.ideo Liber dicit(ut Festo placet)q; uino usi omnia libere loquãtur: quos ebrietas petulãtiores facit.Vnde illud est Neuii : Libera lingua loquemur ludis Liberalibus.licet alii a libatione Liberũ dictũ uelint:q; ipse libationẽ prębuerit.Alii q; ꝓ Bœotiæ libertate pugnauerit. Alii a liberãdo dictũ putent:cuius sacra(ut inquit Seruius)ad purgationẽ animæ pertinebant.Alii q; liber & uagus sit:nam secũdum Aristo.Apollo,& Liber pater unus atq; idem Deus est. de quo ait Neuius: Hac qua Sol uagus igneas habenas Immittit propius,iungitq; terræ. Hinc est q(ut scribit Macrobius)in sacris religiosi arcani obseruatio tenebat: ut Sol cum in supero hemisperio esset,Apollo uocaret: cum in infero,Dionysius:qui est Liber pater:quem Herodotus scribit: ubi editus est in lucem ab Ioue insutum femori: portatumque in Nysam:quæ est super Aegyptum in Aethiopia ubi educatus dicitur.Vnde a Ioue,cuius græcus genitiuus est Sios,& Nyia Dionysius dictus est:& eius sacra Dionysia:ut a Baccho Bacchanalia:a Libero Liberalia.Nã Orgia & Trieteria a nullo huius Dei nomine deducta sunt:quorum illa non solũ Liberi patris:sed Deorum omniũ sacra apud Græcos significabant.Hæc autem a potis trierias.i.a triẽnio dicta sunt: quo exacto(ut ait Lactantius Grãmaticus)mos fuit ea celebrari.Sane Bacchus(ut quidam tradunt)primus omnium subactis Indis uictoriã reportauit:apud quos Nysam urbem condidit:teste Iustino:ad quam cum Alexander Macedo ueniisset oppidanis nõ repugnantibus fidũcia religionis Liberi patris parci iussit:cũ secutum se non tãtum militiam:uerum etiam Dei uestigia lætaretur,Est & Nysa in Bœotia.de qua inquit Lucanus : Bacchumq; auertere Nysa.Item in Caria:in Lycia:& Ionia.Hic Deus emere & uendere instituit:inuenitq; diadema regum insigne:necnon & triumphum.ut Plinius & Macrobius meminerũt,Athenienses primi Liberales ludos instituerunt:ut quibusdam placet.Scythæ autem(ut scribit Herodotus) Græcis probro dederunt Bacchanalium consuetudinem negãtes esse credibile Deum inuenisse:quo homines ad dementiam adigerentur. Aegyptii Baccho porcum mactabant:alii hircum:ut diximus supra:eidem maiores nostri sacrima:idest mustum sacrificarunt pro uino uasis,ac uineis conseruandis : cui antiquissimi rustici (auctore Festo)confecta uindemia Dionysia faciebant. Canebantur autem hymni Libero patri apud Græcos græca:apud Latinos uoce latina:cũ hymni matris Deorum ubique græcam linguam requirerent:teste Seruio. Primus uero apud Corinthios Dithyrambici carminis genus cecinit Arion Methymneus: q; a Dithyrambo.i. Baccho id nomen accepit:sic dicto q; per duas portas uenerit:uentrem Semeles & Iouis femur : a quo Dithyrãbici poetæ nominati sunt:qui cum hymnos in Bacchum canerent:tripodẽ in præmium accipiebant.Erant autem Bacchi sacra non tacita : ut pleraq; alia : sed aperta:sicut & sacra matris Deorum:adhibebãtur enim Orgiis Bacchi pene omnium generum instrumenta.¶ Nec referam Semelen:Bacchi matrem,& Cadmi filiam. Nota est fabula.Hæc Thyone græce dicitur : a qua(ut placet Porphyrioni) Bacchus Thyoneus dicitur. Vnde Bacchæ Thyades dictæ.Est autem color occupatio.

¶Tertia lux:tertia dies post idus Martias: hoc est.xvi. dies mẽsis Martii.¶ Est celeberrima Baccho:Bacchi numine,nã celebratissimũ Bacchi festum.¶ Bacche faue nati:faue mihi.¶ Dũ cano:cantãdo scribo.¶ Tua festa:diẽ tuis sacris constitutã.¶ Nec referam:non agam nunc de matre tua Semele:quæ persuasa a Iunone:non aliter credẽs Ioui succũbere:nisi ea secum maiestate congrederet: qua cũ Iunone,exanimata est:q; nisi illud illa experiret:te Iouis filiũ nõ putabat.¶ Nec referam:nolim nũc referre. ¶ Semelen:matrẽ tuam:quæ(ut Diodorus inqt)ex Harmonia Veneris filia:& Cadmo nata ẽ.¶ Ad quã:Semelẽ.

Quomo scorpius est collocatus iter sidera

Die decimosexto Martii Liberalia festa

ANT. FAN. Bacchi sacra.xv calẽdas Apriles Liberalia Liber

Bacchꝰ insutus femori Iouis

Dionysius

Trieteria

Nysa urbs multis in locis Bacchi inuenta

Dithyrambici carmis auctor Bacchi gesta

Thyoneus Thyades

PAV. MAR.

ANT. FAN. ¶Paruus inermis eras:senſus eſt:Niſi Iuppiter fulmine armatus ueniſſet ad Semelen in infantia inermis fuiſſe: ac ſi dicat:Inter arma,hoc eſt fulmina natus es:ut conſtaret quantus imperator ac Deus futurus eſſet:qui armatus erat cū ederetur in lucē.¶ Sithonas:populos Thraciæ:in qua & ſtagnum Sithonium eſt dictum a rege Sithone: ut quibuſdaꝫ placet

Sithōes

Iuppiter afferret,paruus inermis eras.
Nec,puer ut poſſes maturo tempore naſci:
Expletum patrio corpore matris opus.
Sithonas & Scythicos longū eſt narrare triūphos:
Et domitas gentes thuris & Inde tuas.
Tu quoq; Thebanæ mala præda tacebere matris:
Inq; tuum furiis acte Lycurge genu.
Ecce libet ſubitos piſces,Tyrrhenaq; monſtra
Dicere:ſed non eſt carminis huius opus.
Carminis huius opus cauſas exponere:quare
Vilis anus populos ad ſua liba uocet.
Ante tuos ortus aræ ſine honore fuerunt
Liber:& in gelidis herba reperta focis.
Te memorant Gange,totoq; oriente ſubacto.
Primitias magno ſuppoſuiſſe Ioui.
Cinnama tu primus,captiuaq; thura dediſti:
Deq; triumphato uiſcera toſta boue.

partos. Etenim Dionyſius(nam & ipſe Bacchus totū orbem bellis & uictoriis peragrauit)ex Aſia in Europam trāſſretaturus:cum amicitiaꝫ iniſſet cum Lycurgo rege Thraciæ:& ab eodē inſidiæ in eum pararentur:ut refert Diodo. Tharope quodā rem referēte Lycurgū domuit: regnumq; Thraciæ Tharopi tradidit:cuius ſacra & ceri monias demonſtrauit.Ideo hic.¶ Longi eſt memorare Sithonas:quaſi quia longū eſſet:nolo nunc cōmemorare Thraces:qui Sithones dicuntur a Sithonio flu.cuius meminit Plinius.Inde apud Virgiliū: Sithoniaſq; niues. & i Heroid. Nec uehit Acteas Sithōis unda rates.¶ Et Scythicos triumphos:quos e Scythia retuliſti. Scythæ enim ſeptemtrionales ſunt: partim in Europa: partim trans Tanaim in Aſia. Hos etiā cum Indis Bacchus debellauit. Dionyſius enī primus omnium triumphauit elephanto Indico inuectus: ut refert Diodorus. ¶ Et domitas gentes thuris:quaſi non agam de Arabibus a te uictis: apud quos thus naſcitur:nā in Catthabania regione Arabiæ. Sed de his latius in prio libro diximus.¶ Et Inde tuas gentes:ſcilicet domitas.Indiā.n.(ut diximus)totam domuit. Indus fluuius Indiæ maximus:& Indos populos dicimus: ipſa quidem regio ſub oriēte Sole iacet:de qua alias.legitur in aliis codicibus ſic hoc carmē:Et domitas gētes Thurifer Inde tuas.¶ Tu quoq; Thebanæ:nec dicam nūc de Pentheo Thebano:& Lycurgo Thracio.Pentheū enī Thebis Bacchi ſacra ſpernentē:atq; prohibentē:Agaue mater interfecit:cuius fabula refert in tertio Metamorphoſeō. Et Diodorus inqt ſuſtuliſſe omnes impios: qui in orbe erant:ſed maxime Pentheū:ac Lycurgum.Quem etiam dicunt: dum Bacchi uites incideret: crus ſibi abſcidiſſe. ¶ Tu quoq;:o Pentheu.¶ Mala præda matris Thebanę;q ab Agaue matre tua Thebana diſcerptus es. ¶ Tacebere:a nobis:qa nō cōmemorabo.& tacebere tu.¶ Lycurge:rex Thraciæ.¶ Acte furiis:q a furiis impulſus es. ¶ In tuum genu:nā dum putabas uites icidere crus a genu abſcidiſti.¶ Ecce libet:uellē cōmemorare Tyrrhenos nautas:ſed nō pertinet ad præſens argumentū. Bacchus crediderat ſe Tyrrhenis nautis:ut eum Naxon defertēt: qui cū illi uim inferre putarēt in delphinos mutati ſunt: de hoc etiā in Met.¶ Ecce libet dicere piſces ſubitos:delphinos repente factos.¶ Et monſtra Tyrrhena: Tyrrhenos nautas in delphinos ſubito cōuerſos.¶ Sed non eſt opus huius carminis: nō pertinet ad hoc carmen. Ea enim in Meta.carmine Heroico ſcripſit: nūc in hoc Elego non ſunt repetenda:præterea nō conuenit huic argumento:quia nunc non agimus de his:ſed de libis:ad quæ uocatur ab anicula populus.¶ Opus huius carminis eſt: quaſi pertinet ad hoc carmē.¶ Exponere cauſas quare: qbus cauſis.¶ Vilis anus uocet populū ad ſua liba:uetula,quæ liba finxerit:ad ea populū uocat. Nam ab ea accipit populus infeſto Baccho:poeta rōnem aucupatur primis libationibus:quæ ab ipſo fuerunt inſtitutæ:præſertim cum

Quomō Bacchus totū orbē peragrauit in arte bellica

Lycurgus rex Thraciæ

¶Nec puer:de his plura ſupius egimus i querela Ariadnes. Extincta Semele fulmine:quæ arbortū fecit:in Iouis femur Bacchus receptus eſt: iō biq.¶ Nec referā:ſcilicet. ¶ Opus matris:officiū maternū.legit etiā onus.¶ Expletum corpore patrio: hoc eſt in Iouis femore. ¶ Vt puer poſſes naſci tpe maturo:ut naſcereris perfecto tpe ptus: hoc eſt decimo menſe.¶ Sithonas & Scythicos:nolo cōmemorare nunc uictorias tuas:& triumphos toto orbe

Bacchꝰ priuauit Lycurgū oculis & Thracia3 Thropi tradidit

Bacchꝰ maxime fuit ipſi contra Pētheū & Lycurgum

¶Niſi Iuppiter inermis:prius tamē inermis. ¶ Afferret fulmina:quæ poſtea ob iuratā fidem inuitus tulit.¶ Tu eras paruus:parui nominis:qa non creditus Iouis filius. ¶ Nec puer:de his plura ſupius egimus i querela Ariadnes. Extincta Semele fulmine:quæ arbortū fecit:in Iouis femur Bacchus receptus eſt: iō biq.¶ Nec referā:ſcilicet. ¶ Opus matris:officiū maternū.legit etiā onus.¶ Expletum corpore patrio: hoc eſt in Iouis femore. ¶ Vt puer poſſes naſci tpe maturo:ut naſcereris perfecto tpe ptus: hoc eſt decimo menſe.¶ Sithonas & Scythicos:nolo cōmemorare nunc uictorias tuas:& triumphos toto orbe

PAV. MAR.

Sithōes & Scythicos uictos a Bacho

Liba & libamina a Libero dicta

tim cum uictor rerum primitias magno Ioui offerret: sic in Libero patre liba & libamina dicta. ¶ O liber: o Dionysi: seu Bacche, cui Liber in primo diximus. ¶ Aræ fuerunt sine honore: sine sacrificio. ¶ Ante tuos ortus: antequã tu natus esses. ¶ Et herba fuit reperta in gelidis locis: in locis ubi post ortuꝫ Bacchi aræ sunt constitutæ herba erat: ideo loci gelidi: qa nulla fiebant sacrificia: nullus erat i ea usus ignis: nulla uictima torrebat: nulla thura cremabantur. ¶ Te memorãt: te dicũt o Liber. ¶ Sub acto Gange & toto oriẽte: postq̃ domuisti & subegisti populos totius orientis: Indos præsertim: p quos Gãges flu. vii. alueis fluit i oriẽte Solem. ¶ Suppositisse primitias magno Ioui: obtulisse Ioui primitias prædæ: & fructuũ partes. Primitiæ. n. fructuũ diis offerebãtur: de iis in. di. libr. diximus. legit in alio codice: Seppositisse.

Cynnama in Aethiopia

¶ Tu primus: o Bacche Liber pater. ¶ Dedisti: obtulisti Ioui. ¶ Cinnama: quæ quidem nascuntur in Aethiopia Trogotidis: teste Pli. At in Met. in Panchaia Arabiæ regione nasci dicunt: Sit dives amomo: Cynnamaq: costiq; suuꝫ: sudataq; ligno Thura ferat, floreisq; alios Panchaia tellus. ¶ Et thura captiua: captiuoruꝫ Arabũ: quos subegisti: tu primus ea Diis concremasti. ¶ Et uiscera tosta: cocta. ¶ De boue triumphato: de boue rapto ab hostibus: de quibus triumphasti.

ANT. FAN. Liba Libamina

¶ Nomine ab auctoris ducunt Libamina nomẽ: liba quidem (ut diximus secũdũ Varronem) a libãdo dicta sunt: q̃ libandi causa fiant. Libamina uero a Libero (ut Nasoni placet hoc loco) cuius festa idẽ Varro scribit: dicta Liberalia: q̃ per totum oppidum eo die sacerdotes liberi sederent hedera coronati cum libis, & foculo sacrificantes. Ea liba e farre & melle constabant apta sacris: ut inquit Seruius. ¶ Quod sacris pars datur inde focis: dictũ ingt Libum: q̃ eius particulæ focis sacris siue aris libentur. ¶ Hebro: fluuio Thraciæ: cuius prouinciæ mons est Rhodope: cui a regina Thracum Rhodope ibi sepulta nomẽ inditum putant. Ibi & Pangea sunt: quæ iungunt Macedoniæ. ut Video Pangea niuosis Cana iugis. Vnde auctor subiungit. ¶ Pangeaq̃ flumina: e Pangeo fluentia: quod Thraciæ promõtoriũ esse Bestis cõterminũ cõstat: ad cuius radices fluit amnis: quem Mœstum uocãt. ¶ Aera sequũtur apes: Vir. in quarto Geor. Curetum sonitus, crepitãtiaq; æra sequutæ. Gaudent apes (teste Pli.) plausu atq; tinnitu æris: eoq; cõuocantur: quo manifestũ est: ut idem putat: auditus sensum eis inesse: quãuis nonnulli aliter sentiãt: iisdem inimica est Echo resultanti sono: a quo pauidæ alterno ictu pulsantur: ut Aut ubi concaua pulsu Saxa sonant: uocisq; offensa resultat imago. ¶ In arbore claudit inani: nouimus apum aluearia interdũ fieri e cauis arborum truncis. ¶ Lenisq; se. Silenũ dicit. ¶ Dissimulatq; se. nemini rẽ aperit: ut solus melle au

Hebrus

Pangea

Apes gaudẽt tinnitu æris

Nomine ab auctoris ducunt Libamina nomen,
Libaq;: q̃ sacris pars datur inde focis.
Liba Deo fiunt: succis quia dulcibus idem
Gaudet: & a Baccho mella reperta ferunt.
Ibat arenoso Satyris comitatus ab Hebro.
Non habet ingratos fabula nostra iocos.
Iamq; erat ad Rhodopẽ, Pangeaq; flumina uẽtũ:
Aeriferæ comitum cum crepuere manus.
Ecce nouæ coeunt uolucres tinnitibus actæ:
Quosq; mouent sonitus æra, sequuntur apes.
Colligit errantes, & in arbore claudit inani
Liber: & inuenti præmia mellis habet.
Vt Satyri, lenisq; Senex tetigere saporem:
Quærebant flauos per nemus omne fauos.
Audit in exesa stridorem examinis ulmo:
Aspicit: & cælat, dissimulatq; Senex.
Vtq; piger pandi tergo residebat asselli:
Applicat hunc ulmo, corticibusq; canis.
Constitit ipse super ramoso stipite nixus:
Atq; auide trunco condita mella petit.
Millia Crabronum coeunt: & uertice nudo

Crabrones icti bus. xxvii. occidit hominem PAV. MAR.

Libũ fit ex pane & melle

Bacch? mel reperit

Pãgeus fluuius i Thracia

De apib? multa digna ex Virgilio

¶ Millia crabronũ coeunt: hæ uolucres ex eqs creant: dicũturq; interficere hoiez ictib?. xxvii. ¶ Libamina: libationes: quæcũq; in sacris libantur. ¶ Ducunt nomẽ a nomine auctoris: a Libero patre: q primus Ioui libauit: dicta sunt Libamina. ¶ Et liba: a libaminib?: seu libando ab ipso Libero. ¶ Quod pars: liborũ scilicet. ¶ Inde: a Libatiõib?. ¶ Datur sanctis focis: offert aris. ideo Varro ostendit liba dicta: q̃ libãdi causa fiunt. Fictores dicti a fingẽdis libis. & Saturnio in carmine: Libaq; fictores argeos: & tutulatos. Libuꝫ panis genus erat: & melle ifundebatur: sed plura diximus in prio libro. ¶ Liba: ita (ut diximꝰ) infusa melle. ¶ Fiunt Deo: hoc ẽ ipsi Baccho. ¶ Quia idem: Bacchus. ¶ Gaudet dulcibus succis: hac causa liba Baccho offeruntur: quia dulces succi & liquores illi grati sunt: ueluti mella: quç ipse adinuẽit. ideo hic. ¶ Et ferunt: dicũt. ¶ Mella reperta a Baccho: quasi mellis inuẽtionẽ. pri. libr. diximus. Id nunc poeta ipsi Deo ascribit: refertq; iocosam Sileni fabulã: cum auidus edendi mellis: crabronũ aculeis est infixus: & pro medela luto delinire uultum iussus est. ¶ Ibat: Bacchus. ¶ Comitatus Satyris: q sunt eius comites: ut in prio dixim?. ¶ Ab Hebro arenoso: Hebrus Thraciæ fluuius. prope Aenon urbem in mare Aegeum influit. ¶ Nostra fabula: quam nunc referemus. ¶ Non habet ingratos iocos: sed gratos. ¶ Iamq; erat uentum: nam uenerat ad. ¶ Rhodopen: Rhodope mons est Thraciæ: sic a Rhodope regina Thracum ibi sepulta cognominatus. ¶ Et ad Pangea flumina: ad fluuios e Pangeo scaturientes. Pangeum enim Thraciæ promontorium Bessis conterminum: & Macedoniæ iunctum Plinius inquit: ad cuius radices fluit amnis Mœstus. Et in Pangeo auri & argenti fodias esse testatur Herodotus. ¶ Manus comitum: Satyrorum, & Menadum, & cæterorũ: qui Bacchum comitantur. ¶ Aeriferæ: gestantes tam cymbalat q̃ærea instrumenta: quibus collisis tinnitus ederetur: ¶ Cõcrepuere: insonuere. ut est illud Horatii: Quis post uina grauem militiam: aut paupertem increpat. Qui locus in eam significationẽ a Nonio adducitur. ¶ Ecce uolucres nouæ: apes illis tunc ignotæ. ¶ Actæ tinnitibus: sonitibus qui fiunt ex æris uerberatione. ¶ Coeunt: congregãtur. ¶ Et apes sequunt æra: æris tinnitum. ¶ Quo mouent sonitus: quasi quo fient tinnitus æris eo sequũtur & apes. Et totus hic a Virgilio locus i. iiii. Geor. Nũc age naturas apibus quas Iuppiter ipse Addidit expediã: pro qua mercede canoros Curetum sonitus: crepitantia q̃ æra sequutæ Dictæo cæli regem pauere sub antro. & paulo ante: cum tradit quo pacto egressæ ex aluearibus apes reuocentur, sic inquit: Hinc ubi iam emissum caueis ad sidera cæli Nare per æstatem liquidam suspexeris agmen: Obscuramq; trahi uento mirabere nubẽ. Cõ-

templator aquas dulces & frondea semper Tecta petunt: huc tu iussos asperge sapores: Trita melissphylla: & cerinthæ nobile gramen: Tinnitusq; cie: & matris quare cymbala circũ Ipsæ confident medicatis sedibus: ipsæ Intima more suo sese in cunabula condent. Sic Ouidius hoc in loco sequutas tinnitus inquit: & cauo trunco conditas: cum id muneris Bacho uelit assignari. ℣ Liber: Bacchus. ℣ Colligit errantes: eas scilicet apes tinitus sequutas. ℣ Et claudit in arbore inani: uacua: hoc est in cauo arboris trunco: siue in ipso alueario. ℣ Et habẽt præmia mellis inuenti: habent laudem inuentionis mellis. nã ueræ laudes sunt uirtutis præmia. ℣ Vt Satyri: qui degustauerant mella: capti ea dulcedine: inquirebant per siluas: si ea in cauis arboribus inuenissent. Silenus putauit ea inuenisse: cum aduerteret faui similitudinem: eo tacitus accessit: Crabrones & uespæ infixere illi aculeos. ℣ Vt: postquã. ℣ Satyri: qui Liberum patrem comitantur. ℣ Et lenis senex: Silenus de quo plura in primo. ℣ Tetigere saporem: gustauere saporem mellis. ℣ Quærebant sauos flauos: flauentia mella. ℣ Per omne nemus: per omnes siluas. ℣ Senex: Silenus. ℣ Audit stridorem examinis: hoc est apes stridentes: uel quas ipse apes putauit: cum essent Crabrones & uespæ. ℣ In ulmo exesa: caua, quam uetustas exederat. ℣ Aspicit & ceras: nam & uespæ componunt inanescentes ad similitudinem saui. ℣ Et dissimulat: quia uidebatur non uidisse: ne alii quoque aduerterent. ℣ Et ut piger: quia senex. ℣ Residebat tergo asselli pandi: recurui: sedebat in curuo tergo asselli. ℣ Applicat hunc: asellum. ℣ Vlmo & cauis corticibus: non enim descèndit ex asello: sed cum eo ad ulmum accessit: & arborem ipsam ascendit. ℣ Ipse nixus: innixus arboris trunco. ℣ Constitit super ramoso stipite: super ipso trunco. ℣ Atq; auide: cũ auiditate. ℣ Petit mella condita: quæ ipse illic esse existimabat. ℣ Trunco: ipsius ulmi. ℣ Coeunt Crabronum millia: quasi innumeri Crabrones cõueniunt. ℣ Et defigunt: deorsum infigunt.

℄ Spicula: aculeos: quibus affixis excitatur dolor & tumor. ℣ Limumque inducere monstrat: ut intuentes Sileni faciem luto oblitam mouerentur ad risum: persuasit Sileno ut ad tollendum dolorem: tumoremq; ori & capiti limum induceret: quamuis legi apud scriptores ac medicos probatissimos luti genus mederi eiusmodi morsibus & haustum cum uino: & illitum cũ aceto. ℣ Splendida mella: electa & pura qualia sacris adhiberi oportet. ℣ Fœmina cur præstet: si quæris cur in festo Bacchi fœmina potius q̃ uir populo liba suppeditet, ratio in prõptu est: quia fœminarum ac Menadum greges Bacchum sequebantur: quas thyrsos gerentes Deus concitabat. Constat enim Bacchum (teste Diodoro) peragrantem orbem duxisse exercitum non uirorum tantum: sed etiam mulierum. Vnde in multis Greciæ ciuitatibus cum Trieteria aduenissent mulieres in unum conueniebant: & uirgines thyrsos gerentes Liberum patrem hymnis & canibus uenerabantur. ℣ Cur anus hoc faciat quæris: quia

Spicula defigunt: oraq; prima notant.
Ille cadit præceps: & calce feritur asselli:
Inclamat socios: auxiliumq; rogat.
Concurrunt Satyri: turgentiaq; ora parentis
Rident: percusso claudicat ille genu.
Ridet & ipse Deus: limumq; inducere monstrat:
Hic paret monitis: & linit ora luto.
Melle pater fruitur: liboq; infusa calenti
Iure repertori splendida mella damus.
Fœmina cur præstet, non est rationis opertæ:
Fœmineos thyrso concitat illa choros.
Cur anus hoc faciat quæris? uinosior ætas
Hæc erat: & grauidæ munera uitis amat.

uino senectus & gaudet & indiget: ut lacte infantia: dicitur q; uinum lac senis.
℄ Spicula: aculeos. ℣ Vertice nudo: nudato & detecto Sileni capite. ℣ Et notant: signant aculeis: quem subitus tumor sequitur. ℣ Prima ora: uultum ipsum in superficie. Crabrones ex mulis: Vespæ ex asinis: Fuci ex equis: Apes ex bubus nascũtur: & de his quoq; in primo. ℣ Ille: Silenus. ℣ Cadit præceps: decidit ex arbore cum capite deorsum. ℣ Et feritur calce asselli: asellus Sileni casu exterritus illius genu calce percussit. ℣ Inclamat socios: ut ei ferant opẽ. ℣ Et auxilium rogat: rogãdo petit: ut ipsi succurrantur: qa tollere se humo non poterat. ℣ Satyri concurrunt: ad clamorem Sileni. ℣ Et rident ora turgentia: uultum iam tumefactum Crabronum spiculis infixis. ℣ Parentis: ipsius Sileni senioris. ℣ Ille: Silen⁹. ℣ Claudicat genu percusso: quod calce percusserat asellus. ℣ Ridet & ipse Deus: Bacchus. Non sine artificio fabellas huiusmodi immiscet poeta: quoniam (ut in primo diximus) sacra & festa Bacchi ioco & risu absoluebantur: seruat & ipse morem in sacrorum descriptione: fabellas immiscet: quæ risum mouent. ℣ Et monstrat: Bacchus. ℣ Inducere limum: lutum: hoc est superponere ori tumenti lutum. ℣ Hic: Silenus. ℣ Paret monitis: facit quod Ille monuerat: & linit ora luto: ut augeret risum delinit ille uultum luto. ℣ Pater: Liber ipse. ℣ Fruitur melle: redit ad propositum: q; mella Baccho libantur: nam eius est inuentum. ideo fruitur: hoc est uescitur melle: cuius usum adinuenit. ℣ Iure: merito igitur. ℣ Damus: offerimus. ℣ Mella splendida: nitẽtia. ℣ Infusa libo: de quo agebamus. ℣ Calenti: nam tunc plus mellis haurit. ℣ Repertori: Baccho, merito liba calentia melle infusa Libero patri offeruntur: cui mellis inuentio assignatur: & a quo Libamina ipsa dicuntur. ℣ Fœmina: cur fœmina potius q̃ mares huic liborum muneri præposita sit. Eamque rationem affert: q; secum Bacchus puellas comites ducat thyrsum ferentes: & in Græcia in festis Trietericis: & in Orgiis mulieres conueniunt cum Thyrsis: & in Choreis bacchantes. ℣ Non est opertæ: sed apertæ, non occultæ, sed manifestæ rationis. ℣ Cur præsit fœmina: cur fœmina sit: quæ ad liba populum uocet. ℣ Ille: Bacchus. ℣ Concitat: commouet. ℣ Thyrso: quæ est hasta pãpinis inuoluta. ℣ Choros fœmineos: quos secum ducit: nam ducebat Menadas, ut Diodo. ingt. ℣ Cur anus: nũc illuc quærit cur potius uetula: q̃ adulescentula id faciat: ratio est: q; anus plus appetit & plus uini haurit: quam adulescentulæ, ilal enim senilis ætas cum sit effœta: & parum sanguinis habeat: & obid frigeat: uino alitur: calet: & uires suscipit, unde in prouerbio est: Vinum esse lac senum. ℣ Tu quæris cur anus: uetula. ℣ Faciat hoc idest præsit libis. ℣ Hæc ętas: senilis scilicet. ℣ Erat ui. magis hauriens uini: & sic magis ebria. ℣ Et. a. mu. ui. gra. amat uina & uuas: quæ e grauida uite leguntur: unde uinum exprimitur. ℣ Vitis grauidæ: per transllationem a prægnantibus: quia quoq; fœtum uitis parit.

℄ Cur hedera

PAV. MAR.

Sylen⁹ Bacchi comes i asello pando

ANT. FAN.

Quare fœmina potius q̃ uiri celebrant festa Bacchi

Miraculũ Bacchi quo mõ libe rauit Sileni ab aculeis Crabronum

ANT. FAN. Hedera Baccho gratissima

¶Cur hedera hæc cincta est:oportebat eandē anum cinctam hedera liba populo ministrare.℣ Hedera est gratissima Baccho:Ouidius in primo Tristium: Deme meis hederas Bacchica serta comis.Hac Alexander coronato exercitu ex India rediit exemplo Liberi patris:ut scribit Plinius:cuius Dei thyrsos,galeas,& scuta Thraces hedera ornabāt in solēnibus sacris:quam miruꝫ est(ut idē inquit)ullo in honore habitam esse:cum serpētium frigori sit gratissima & inimica omnibus fatis:hinc est ꝙ eam Plutar.tradit hominibus inutilem esse,sterilēq;: ac non temere in ædibus ali,innasciq; permissam. Scendum apud Lacedæmonios simulachrum Liberi patris coli solitum hasta insigne non thyrso: cuius mucro hedera tegebatur: ut scribit Macrobius: quod ostendebat impetus belli uinculo quodam patientiæ obligandos: habet enim hedera uinciendi, obligandique naturam. Ea in tutela Liberi esse putabatur: auctore Festo:quia ut ille iuuenis,semper ita hæc uiret: uel quia ita omnia sicut ille mentes hominum alligat. Dicta est autem hedera ꝙ hæreat: uel ꝙ edita petat:uel quod id cui adhæserit edat.Bacchi simulachrum cornua gestabat: ut diximus: uel ut proteruitas significaretur & contumacia:uel ꝙ(ut Diodorus scribit)ferunt Hammonez Bacchi patrem usum in bello galea: cuius insigne fuit Arietis caput.Vnde & Bacchæ cornua sumebant:& cerato-phori dicebantur.℣ Puerum quærente nouerca, Hanc frondem cunis &c.Iunone Bacchum infantem quærente ut perderet: ferunt Iouem eum dedisse Mercurio deferēdum ad antrum Nysæ urbis Arabiæ:cuius supra meminimus: ubi a nymphis summo studio educatus est: quas auctor hic fabulatur oppositisse Iunoni frondē hederæ cunis infantis,ac arbore circumseptis.

Hedera unde appellatur Bacchi simulachrū ,cū cornib⁹

Cur hedera hæc cicta est?hedera ē gratissima Bac
Hoc quoq; cur ita sit,dicere nulla mora ē.(cho.
Nysiades nymphas, puerum quærente nouerca,
Hanc frondem cunis oppositisse ferunt.

PAV. MAR.

¶Cur hedera cincta est: quærit hederæ causam: nam anus illa hedera cīgitur: & Menades,& quæcunq; Bacho sacrificantes hedera utebantur: poeta originez moris aucupatur ab incunabulis Bacchi:quoniam nymphę quæ educabant,tegebant cunas hedera:ne puer a Iunone uideretur.Verum pro corona Liber pater est usus hedera: ad cuius exemplum(ut inquit Plinius)Alexander hedera exercitu coronato uictor ex India rediit:sed(ut Plutarchus ostendit)Flaminem Dialem committere piaculum si hederam attigisset: nec iter inde facere posse: ubi umbraculum aut arbustum desuper promineret:& subdit rationes. An hoc simile ei est quod dicitur:De curru non esse:chœnici non insidere: scopam non transcendere:non ꝙ hæc Pythagorici uitant:sed ꝙ p hæc ab aliis deterreant.Nam ꝙ sub uitem ingredi prohibent: ad uinum referebant:ꝙ sacerdoti ebrium fieri nefas esset.Temulentis enim uinum supra caput est: & deprimuntur omnes ebrii:& humiles fiunt: cum hanc ipsam uoluptatem uincere oporteat: non ab ea uinci. Hederam uero tanq̄ sterilem: hominibus inutilem: & propter fragilitatem adminiculo alterius semper egentem:umbra solum ac uiriditate oculos capientem: non temere in ædibus ali atq; innasci permiserunt.Quippe quæ plantas cōplexa maxime noceret: nec solo extirpari facile possit: quo fit:ut cælestium templis penitus amoueatur.Nec in æde Palladis Athenis: ac Thebis quisq̄ facile hederā uideat.Nocturnis uero sacris:& Bacchanalibus adest. An & hoc quoq; misticum quoddam signū erat:ut a Thyrsis,ac reliquis Bacchanationibus abstinerent. Nam quę Bacchicis furoribus mulieres correptæ fuerint:ad hederam statim feruntur: & abreptam manibus diuellunt:dētibus lacerant: ut non omnino incredibilia dicere uideātur:qui asserunt hederam:ꝙ spiritum habeat:quo mentes in furorem concitet:& loco moueat.Ebrietatem absq; uino inducere:& hylares eos reddere:qui in furorem ꝓcliues fuerint &c.℣ Cur anus ipsa est cincta hedera: cur eo die se hedera cingit: & coronam fert ex hedera: rationem mox subiungit. ℣ Hædera est Bac.gra.sed ārē gratissima.℣ Nulla mora est dicere:nō retardabor in dicendo hoc quoque cur ita sit:cur longe gratior cæteris frondibus.℣ Ferūt:dicunt.℣ Nymphas Nysiades: a Nysa urbe Arabiæ:quibus ab Ioue nutriēdus est datus puer.℣ Oppositisse hanc frondem cunis:quasi texisse cunas ubi puer iacebat hedera.℣ Quærente nouerca:dum quæreret priuignum Iuno: quæ eum perdere uolebat. ℣ Restat ut inueniam: secunda pars propositi.Eo Bacchi festo mense Martio: adulescentes nobilium filii relicta prætexta uirilem togam sumebant:causas eas affert: uel ꝙ adulescens Bacchus figuretur: uel ꝙ pater dicatur:iure a patribus illi filios commendari: uel quia liber est:in eius festo libera accipienda toga:uti & illis liberior uita permittitur:uel ꝙ tum maxime dabatur:cum rei rustice ueteres incumbentes urbem in festo Bacchi repetebant: quo adessent:& eo die pueris toga daretur. Verū (ut rem altius repetamus)prætexta & bulla erant illustrium puerorum uestes:quarum altera magistratuum: altera triumphātium erat.De quo Vectius apud Theodosium hæc inquit: Tarquinius Priscus:quem Lucumonem uocitatum ferunt:rex tertius ab Hostilio:Quintus a Romulo:de Sabinis egit triumphum.Quo bello filiuz suum:annos quatuordecim natum:ꝙ hostem manu percusserat:& pro concione laudauit:& bulla aurea,prętexta; donauit:insigniens puerum ultra annos fortem:prę miis uirilitatis,& honoris.Nam sicut prætexta magistratuum: ita bulla gestamen erat triumphantium:quam in triumpho præ se gerebant:inclusis intra eam remediis: quæ crederent aduersus inuidiam ualentissima.Hinc deductus mos ut prætexta,& bulla in usum puerorum nobilium usurparentur ad omen ac uota conciliandæ uirtutis ei similis: cui primis in annis munera ista cessarunt. Alii putant eundem Priscum:cum is statum ciuium: solertia prouidi principis ordinaret: cultum quoq; ingenuorum puerorum inter præcipua duxisse: instituisseq;: ut patricii bulla aurea cum toga:cui purpura prætexitur:uterentur dumtaxat illi quorum patres curulem gesserant magistratum.Cæteris autem ut prætexta tantum uterentur indultum:sed usq; ad eos: quorum parētes equis stipendia iusta meruissent.Libertinis uero nullo iure uti prætextis licebat.Ac multo minus peregrinis: quibus nulla esset cuz Romanis necessitudo.Sed postea libertinorum quoq; filiis prætexta concessa est: ex causa tali:quam M.Lælius augur refert:qui bello Punico secūdo duum uiros dicit ex senatusconsulto: propter multa prodigia libros Sibyllinos adisse:& inspectis his nuncial se in Capitolio supplicandum: lectisterniumq; ex collata stirpe faciendum ita:ut libertinæ quoque:quæ longa uestę uterentur:in eam rem pecuniam sumministrarent. Acta igitur obsecratio est pueris ingenuis: itemque libertinis: & uirginibus patrimis:matrimisq; pronunciātibus carmen.Ex quo concessum:ut libertinorum quo-

Vectius apud Theodosiū de bullæ cō suetudine

Bulla aurea cū toga

Marcus Lælius augur īstituit de bulla nobilium & Libertinorū differentiam

q; filii:q ex iusta dōtaxat mfefamilias nati fuissent:& to-
tam prætextam:& lorum in collo pro bullæ decore ge-
starent. Verrius Flaccus ait cum populus Romanus pe
stilentia laboraret:esseteq; resp̄sum id accidere:quod Dii
despicerēt: anxiam urbem fuisse:quia non intelligeretur
Oraculum. Euenisseteq; ut Circensium die puer de cœna
culo pompam superne de-
spiceret: & patri referret:
quo ordine secreta sacrorū
in arca pilenti composita ui
disset: qui cum rem gestam
senatui nunciasset:placuisse
uelari loca ea: qua pompa
veheretur. Atque peste se-
data:puerum qui ambigui
tatem sortis absoluerat:to-
gæ & prætextæ usum mu-
nus impetrauisse. Vetusta-
tis peritissimi referunt in ra
ptu Sabinarum:unam mu-
lierem nomine Hersyliam:dum adhæreret filiæ simul ra
ptam: quam cum Romulus Hosto cuidam ex agro La
tino: qui in Asylum eius confugerat: uirtute conspicuo
uxorem dedisset: nam natum ex ea puerum: anteq; alia
ulla Sabinarum partum ederet:eumq; quod primus el-
set in hostico procreatus Hostum Hostilium a matre uo
citatum: & eundem a Ro. bulla aurea: ac prætextæ insi
gnibus honoratum. Is enim cum raptas ad consolandu;
uocasset: spopondisse fertur: se eius infanti: quæ prima
sibi ciuem Romanum esset nixa:illustre munus daturū.
Nonnulli credunt ingenuis pueris attributum: ut cor-
dis figuram in bulla ante pectus annecterent: quam in
spicientes: ita demum se homines cogitarēt:si corde præ
darent. Togamq; prętextam his additam:ut ex purpure
rubore igenuitatis pudore regerēt. De bulla aūt Plutar.
Plutarchi opinionem de bulla nota ēt ſm Varronem
Prob. Ci. Cur pueros monilibus, q̄ uocāt bullas, exornāt.
An honoris raptarū cā:ut alia multa:sic & hoc cōstitutū
esse uoluerūt:his quos eis suscepissent. An Tarquii uirtu
tē honorādā putarūt. Ferunt. n. Tarquiū cū puer adhuc
eēt in p̄lio aduersus Latinos, & Hetruscos: hostes impe
tū fecisse:cūq; ex equo defluxisset: excepto hostiū īpetu:
Romanos cōfirmasse:hostibus i fugā cōuersis. Cū plusq̄
sexaginta millia hostiū eo prælio cecidissent:hoc a patre,
& rege decoris insigne accepisse. An apud maiores nr̄os
speciosum seruū donare turpe non existimabatur: quē-
admodum nunc quoque Comœdiæ testimonio sunt.
Pueris autem liberis uehementius abstinebant: ac si for
te accideret: ut in pueros nudos inciderent: ne ambi-
gerent: hoc insigne liberi ferre consueuerunt. An uel
ad molestiam conseruandam: hoc etiam pertinet & in-
temperantiæ:ac flagitii frenum est cum uirum agere eos
pudeat antequam pueritiæ insignia deponant. Nam
quod Varro scribit uerisimile non est: cum Aeoles bul
lam bollam proferant. Hoc consulis insigne pueros in-
dui solere. Sed uide ne hoc quoque propter Lunam fe-
rant: nam Lunæ figura: cum plenilunium est, non glo-
bosa est: sed lentis formam ostendit:& quemadmodum
opinatur Empedocles illud etiam: quod subiectum est:
non modo qđ apparet. Hæc diximus de bulla & prætex
ta:qua ratione pueris datæ:ut intelligeretur. In adulesce
tia uero relicta prætexta:uirilē togam sumebant:ea erat
liberior uestis pro liberiore ætate. Inde in Tristibus: Li-
berior fratri sumpta:mihiq; toga. Ea scilicet ratione: q̄
puerilia omnia deponerent:& uirilia induerent:essentq;
uitæ liberioris:sed ad poetam redeamus.

¶ Quare toga libera detur, Lucegeris pueris candide Bacche tua: mos fuit apud Romanos:ut nobiles adule-
scentes in festo Liberi patris: cum ætas postularet: de-
posita prætexta uirilem togam induerent:quod genus
uestis a tegendo dictum: ut auctor est Varro: ueteres
ad calceos usque demittebant: sicut Græci pallium:
teste Quintiliano:qui mira
tur scripsisse Plinii secun-
dum Ciceronem id facere
solitum uelandarum uari-
cum gratia. Fuit autem iu-
sta togæ mensura sex ulna-
rum: ut ait Porphy. quam
uestem induit Virgilius (au
ctore Seruio) cum esset an
norū. xvii. & Augustus Cæ
sar (ut ait Suetonius) libris
senatorum protinus permi
sit induere:ut celerius reip.
assuescerēt. Sed utebantur
pueri antequam uirilem sumerent togam:alii prætexta
tantum:quæ olim regum & magistratuum fuit:ut Dio-
medes grāmaticus scribit. Alii toga prætexta patricii dā-
taxat:atq; hi quorum patres curulem magistratum ges
sissent:ut ait Macrobius. Id autem amictus genus: cui
purpura prætexebatur:ut ex eius rubore pueri ingenui
tatis pudore regerētur:ab A. Gel. toga dicitur. Virilis ue
ro toga ideo libera dicitur:unde est illud Propertii: An-
te Deos libera sumpta toga es:q̄ qui eam induissent li-
berius uiuerent. Statius in Siluis: Quem non corrumpit
pubes effrena:nouæq; Libertas properata togæ. Postea
uero toga in usum uenit pauperum tantum:ut quibus-
dam placet: quos interdum Martialis togatos uocat:
& fœminæ adulterii conuictæ cogebantur togatæ in pu
blicum procedere:ut scribit Porphyrio. Sumebant au-
tem pueri togam uirilem in festo Liberi patris ob æta-
tis conuenientiam:quæ pueris est iam maturis togæ su
mendæ:cum hoc Deo:cuius ętas media dicitur inter pue
ritiam & iuuentam: uel ut commendarentur a paren-
tibus Libero: quem Romani patrem uocant: ut quos
pædagogi cura destituit: numinis tutela susciperet:uel
q̄ dicere uidebatur in festo Liberi patris sumi ab his li-
beram togam:qua liberioris uitæ iter ingrederentur:uel
ut adulescentium frequentia ludis liberalibus non dees
set:cum ad eos multi non religione sed togæ sumendæ
studio cōuenirent. De p̄texta, toga, & bulla puerorū lege
Macro. Cōstat aliq̄ togā āno. xxiiii. sumi solitā. ☞ Media
ætas: adulescētia media iter pueritiā & iuuētā. ☞ Seu qa
tu pater es: Romani (auctore Macro.) Martē ac Liberū
unū, eundemq; Deū esse uoluerunt:& utrunq; patris ap
pellatione uenerati sunt: ut diximus supra. Vnde illud
est: Huc pater o Lenæe ueni. Seruius: Pater, inquit, li-
cet generale sit omnium Deorum: proprie tamen Libe
ro semper cohæret:nam Liber pater uocatur.
¶ Restat: supereſt. ☞ Vt inueniam quare detur toga li-
bera: qua ratione liberior uestis detur. ☞ Pueris: adule-
scentibus: non enim in puerili ætate: sed in adulescen-
tia dabatur. ☞ O candide Bacche tuis lucegeris: tuis fe-
stis. ☞ Siue quod ipse puer: uel q̄ semper tu uideris adu
lescēs. ☞ Semp iuuenis: ex his duab⁹ ætatibus: hoc ē pue
ro & iuuene: erit adulescēs: qa nec penitus puer: nec oio
iuuenis. Ideo subdit. ☞ Et media ætas est tibi inter utrū-
q̄: inter pueritiam & iuuentam: sic erit adulescentia: er-
go quia adulescens Bacchus fingitur: in eius festo adule
scenti toga datur. ☞ Seu quia tu pater es: uel quia Liber

ANT. FAN. Virilem togā in-
duebāt in festo Bacchi

Togæ mensu-
ra

Prætex
ta

Toga li
bera

Mulie-
res im-
pudicę
cū toga
incede
bant

Pater ē
nomen
genera-
le ad
plures
Deos
PAV.
MAR.

pater

pater diceris. ¶ Patres commendant sua pignora: natos: hoc est ipsos filios. ¶ Curæ & numinibus tuis: tuo numini: & tutelæ filii commendantur: iure eo quo pater diceris. ¶ Siue quo es liber: quia a libertate tu liber diceris: & sub tuo patrocinio sunt urbes & populi: qbus tu auctor es libertatis. ¶ Vestis quoque libera: toga ipsa liberior.

In festo Bacchi sumebatur toga libera

¶ Sumitur per te: hoc ē per libertatem tuam: cui tu quidem præes: & sumitur iter uitæ liberioris. nam tum primum illa ætas succumbere pędagogo desinit: & paternā quoq; renuit disciplinā. ¶ An quia cum prisci: uetares ipsi. ¶ Colerēt agros studiosius: maiore diligētia & cura rem rusticā exercerēt.

ANT. FAN.

¶ Senator: senatores quorum manibus olim agri colebantur: sed & consules, imperatoresq; idem faciebant gaudēte terra (ut inqt Pli.) uomere laureato. ¶ Diis nō studiis: religioni ac Deorum cultui: non cupiditati & uoluptati. ¶ Vuæ commētor: comminisci a con & mente dictum putatur: cum ea finguntur in mente quæ non sunt. Hinc est q̄ cum cōminiscentes noua excogitemus & inueniamus. Cōmētor hic pro inuētore ponitur. ¶ Quos cum tædifera nūc habet ille Dea: Cerere, cuius sacerdotes cum facibus discurrebant: sicuti & Dea fecerat ad filiam indagandā. Papinius Tuq; actæa Ceres cursu cui semper anhelo Votiuam taciti lassamus lampada mystæ. Huius Deæ sacra Romanos liberalibus coniunxisse aperte quidē auctor ostendit hoc loco. sed & Virgilius haud occulte quāuis non intellectus a Seruio in primo Geor. ut Cūcta tibi Cererē pubes agrestis adoret: Cui in lacte fauos & miti dilue Baccho. Et latenter Claudianus, qui Bacchū ex adytis Cereris ingredientē inducit. Bacchi nomina diuersa sunt a Grę cis ac Latinis deducta uocabulis: quorum rationem ab aliis hoc tempore nō male traditam silētio præterimus.

Commi nisci

Cōmentor pro inuētore hic

Sacra Cereris liberalibus coniuncta

Et faceret patrio rure senator opus:
Et caperet fasces a curuo consul aratro:
Nec crimen duras esset habere manus.
Rusticus ad ludos populus ueniebat in urbem.
Sed Diis, non studiis ille dabatur honos.
Luce sua ludos uuæ commentor habebat:
Quos cum tædifera nunc habet ille Dea.
Ergo ut tironum celebrare frequentia posset:
Visa dies dandæ non aliena togæ.
Mite caput pater huc, placataq; cornua uertas:
Et des ingenio uela secunda meo.
¶ Itur ad Argeos, qui sunt sua pagina dicet:
Hac, sicut memini, præteritaq; die.

Tiro

Argeos

¶ Tironum: adulescētium: quāuis tiro est nouus miles. ¶ Itur ad Argeos: Numa Pompilius multa loca (ut Liuius scribit) sacris faciēdis dedicauit: quæ Argeos pōtifices uocabant: quos Varro dictos putat a principibus: q cum Hercule Argiuo uenerūt Romam: & in Saturnia subsederūt: de quibus suo loco plura dicemus. Ad eos Flaminica Dialis cum iret nec capillo depexo: ut apud A. Gel. legimus in his locis &. xvi. &. xvii. calendas Apriles Romani rem diuinam faciebant.

PAV. MAR.

¶ Et senator ipsi senatores. ¶ Faceret opus: proscinderet terram: effoderet, sereret: & quod in primo libro dixerat: Pascebatq; suas ipse senator oues. & Pli. inquit: Et ipsoq; tunc manibus imperatorum colebant agri. ¶ Rure patrio: agello paterno. ¶ Et cum cōsul caperet fasces: insignia magistratus. ¶ A curuo aratro: dum proscinderet agrum. ut est illud Plinii: Serentem inuenerūt dati honores: Seranum unde cognomen. Arāti quatuor iugera in Vaticano: quæ prata Quintia appellātur: Cincinnato uiator attulit dictaturam: sed plura in primo libro in eo uersu: Iura dabat populo posito modo consul aratro. ¶ Nec esset crimen: quasi non haberet turpe. ¶ Habere manus duras: duratas assiduo labore agriculatiōis. ¶ Populus rusticus: qui ruri erat. ¶ Veniebat in urbē ad ludos: diebus festis urbem repetebat ex agris: ut ludis interesset. ¶ Sed ille honor: ludorum scilicet & solemnis celebritatis. ¶ Dabatur Diis non studiis: quasi celebrabant diem festum in honorem Deorum immortalium: nō ad explenda desideria illorum: qui tunc in urbem redibant: & si ueniebant: ut ludos illos uiderent: tamen non Deorum causa: sed Deorum immortalium exhibebantur.

Festa Bacchi agebant cū Festo Cereris

¶ Commentor uuæ: Bacchus: qui ex uuis uinum exprimere: & seruare in usum docuit. nam commentū dicimus fictū: ut in Metamor. Commētaq; funera narrat: id est ficta. & commentum aliquem in aliquid dicimus: cum multa fingit & componit: quæ pertineant ad illud aperiēdum: & dilucidandū. Sic commētotem uuæ Bachum dicemus: qui occultū in ea fructum aperuit: & rationē ostēdit. ¶ Habebat ludos sua lu. suo die festo exhibebant sibi ludi. ¶ Quos nunc ipse habet cum tædifera Dea: qui hoc tempore sibi & Cereri simul edūtur. Prius enim soli Baccho fiebant: posteritas illos cum Cerealibus iunxit: nec abre: cō Dionysius secundus Cereris filius creditus sit: ipsaq; Ceres tædifera dicitur: quod tæda accēsa: filiam Proserpinam quærebat. Sacerdotesq; eius tæda quoque sacra celebrabant: unde appellati sunt λαδουχοι a λαδα λαδος: quod est tæda: χω habeo. ¶ Ergo ut frequentia tironum: ut multitudo adulescētium frequens ex agris in urbem redeūtium. ¶ Posset celebrare: celebrem reddere diem. ¶ Dies: hæc scilicet, qua festi Bacchi celebratur. ¶ Non est uisa aliena: sed conueniens. ¶ Dandæ togæ: qua toga adulescenti daretur. Tironum dixit per transtationem a nouis militibus: nam tiro nouus miles: sic eos adulescentes tirones uocat. ¶ Mite caput: Bacchum precatur: ut faueat: quo fauente eius noie cœptū opus ꝓsequatur. ¶ O pater: o Liber: o Bacche. ¶ Vertas huc: ad me. ¶ Caput mite: lene, & benignum. ¶ Et cornua placata: non tumida: non irata: sed quieta, & lenia. ¶ Et des uela secunda ingenio meo: transtatio a nauigantibus: hoc est aspirato meo ingenio: quo prospero cursu prosequar: & ad finem deducā inchoatuꝫ opus. ¶ Itur ad Argeos: eodem die: quo Bacchi sacra solemnia fiūt: & die qui præcessit: itur cum pompa ad templum Castoris & Pollucis: de quo templo diximus circa finem primi libri. ¶ Itur cum pompa: scilicet. ¶ Ad Argeos: ad Argeorum: hoc est Laconicorum Deorum templa. Verum (& Varrone, & Pompeio teste) Argeos uocabant scyrpeas effigies: quæ per uirgines Vestales iaciebantur singulis annis in Tybrim: de quo dicemus in quinto libro, & Argea (ut Pompeius asserit) loca Romæ appellantur: q̄ in his sepulti essent quidam Argiuorum illustres uiri: hoc autem in loco poeta de Castore & Polluce intelligit: uel ab Argis: seu ab ipsis Argeis. nam (ut arbitror) ipsa loca ubi postea cōsecratum fuit sacellum horum numinum apud aquam Iuturnam appellata fuere Argea. Nam ad radices Palantii. ¶ Qui sunt: Argei scilicet. ¶ Dicet sua pagina: ubi inscripta sunt festa fasta. Nam in uetustissimis monumētis inscriptio huius diei est: Pompa ad templum Ca-

Tiro dicit nouus miles ꝓprie

Agei ad radices montis Pallantii

storis & Pollucis duobus continuis diebus. Sic dicet sua pagina ubi est ea inscriptio:& inferius quoq; repetet ipsorum Deorum nomina.¶ Itur hac die & præterita: qa decimoseptimo,& sextodcimo calendas Aprilis.¶ Sicut memini:hoc dixit:quia erat in Ponto:& diu non interfuerat his festis: ideo sicut memoria repeto.

ANT. FAN. Miluius orit. xv. cal. Apr.

¶Stella Lycaonia3 uergit decliuis ad Arcton Miluius: hæc stella.xv. calen. Aprilis ostenditur Italiæ: teste Plinio:quam qdam dicunt hoc tempore cum Libra in ortũ chronicum tolli.Miluius autem auis(ut idẽ auctor scribit)e genere accipitrum est: quæ quamuis rapacissima sit:ac semper famelica:nihil tamen esculenti unquam rapuit ex funerũ ferculis: nec Olympiæ ex ara.Eadem flexibus caudę uidetur docuisse gubernandi artem in mari:quæ in cælum trãslata(ut auctor hic fabulatur) uergit ad septentrionem, & in ortum fertur:ut Ouid. tradit hoc loco. xv. calendas Aprilis.¶ Iratus: Saturnus infestus Ioui:qui eu3 regno deiecerat.¶ Validos Titanas:gigantes. Hos(ut ait Seruius) irata terra aduersus Deos creasse dicitur in ultionem.Vnde & Titanes dicti apotis tiseos.i.ab ultione.Alii aliter fabulantur.¶ Tentat opem:ut immoletur taurus monstrosus terræ filius: cuius mactator poterat uincere Deos immortales.Lege fatorum si adoleret eius monstri uiscera.¶ Immolat hũc Briareus facta ex adamante securi:Briareus q & ipse mõstrum est:monstrosum animal domuit:terræ filius. Sæpe enim euenit:ut monstrum monstri opera:& impii manibus occidant impiorum.Briareus secundum fabulas cẽtimanus fuit:& ipse est Aegeon.Est autem inenarrabilis adamantis duritia:ut ait Plinius:quod eius gemmæ nomen ostendit:dictæ ab a particula priuatiua:& samazo: quod est domo:cuius uis cum ferrum,ignemq; contemnat hircino rumpitur sanguine calido,& recenti.¶ Iuppiter alitibus rapere imperat: recte dicimus impero tibi certare:& impero te certare.

Milui? q sua cauda docuit gubernaculu3 in naui

Titanes

Briare?

Adamãtis duritia

PAV. MAR.

¶Stella Lycaoniam:ea nocte quæ sequitur oritur Miluius.& Plinius inquit:Miluium Italiæ ostendi. xv. calẽ. April.Sic a poeta non discrepat. Stella est in septentrionali parte cæli:cuius fabula hæc refertur.Saturno ab Ioue pulso:Titanes Ioui bellum intulerũt. Pepereratq; terra horrẽdum monstrum anteriore parte taurum,posteriore anguẽ.Quod ita monentibus parcis:stygiis est aqs intercluſum.Cumque fatum esset:qui beluæ adoleuisset exta Deorum imperio potiturum, Briareus mactauit. At Miluius exta Ioui retulit:pro quo beneficio Iuppiter inter astra collocauit.¶ Miluius stella:quem in stellã mutauit Iuppiter.¶ Vergit decliuis:prona sese iflectit.¶ Ad Arcton Lycaoniam:ad ursam Lycaonis filiam:de qua in secundo.¶ Hæc:stella.¶ Venit uidenda illa nocte: quæ diem pompæ sequitur:ea quidem nocte se ostendit.¶ Si uis cognoscere:scire cupis.¶ Quis dederit cælum uolucri:quis Miluium inter astra collocauit.¶ Saturnus erat pulsus regnis a Ioue:Iuppiter filius patrem regno deiecit.inde est apud Virgilium:Arma Iouis fugiẽs: & regnis exul ademptis.¶ Iratus:Saturnus.¶ Concitat in arma: in bella contra Iouem.¶ Validos Titanas: fratres suos. sed poeta intelligit de gigantibus, in subsequenti libro de Titãibus agemus.¶ Et tentat opem:auxiliũ.¶ Quæ fuit debita fatis:quę fatali necessitudine debebat:illi maxime qui monstri illius exta adoleuisset. Tentauit ergo eam opẽ immolationis beluæ.¶ Fuit fatus matre terra taurus parte sui: belua q̃ anteriore parte erat taurus nata est ex terra per appositionem.¶ Monstrum mirabile:hoc est mõstrosa belua admiratione prosequenda.¶ Posteriore: parte scilicet fuit.¶ Serpens:incipiebat a tauro: & desinebat in anguem.¶ Styx:iferna palus.¶ Violenta:propterea q̃ est irremeabilis unda.¶ Inclusserat in atris lucis:in obscuris siluis.¶ Hunc: taurum & anguem.¶ Triplici muro:triplici murorum ambitu.a Marone locum accepit: Mœnia lata uidet triplici circũdata muro.¶ Monitu trium parcarum:ita parcis iubentibus:quæ tres sunt,Cloto,Lachesis, Atropos. Hæ quæ dispensant mortalia fila sorores.¶ Erat fors:erat responsum.unde est:Hinc Lyciæ sortes.¶ Qui dedisset uiscera tauri adolenda flammis:qui taurum illum mactasset:& intestina cremasset.nam adolere interdum cremare est.ut Verbenaq; adole pĩgues,Et mascula thura.¶ Posse uincere Deos ęternos:supare Deos bello:& potiri eorum imperio.¶ Briareus:de quo Virgilius:Et centũ geminus Briareus. & Horatius:Cẽtimanus gigas:unus ex terræ filiis.¶ Immolat hũc:taurũ.s.¶ Securi facta ex adamante:ex lapillis inuiolabilibus:quorum(ut inquit Plinius)duritia inenarrabilis est:simulq; igniũ uictrix natura:& nunquã incalescens.Vnde & nomen interpretatione græca indomita uis accepit.& paulopost subdit: Sigdem illa inuicta uis duarum uiolẽtissimarum naturæ rerum:ferri,ignisq; contemptrix:hircino rumpitur sanguine:ac ne aliter:q̃ recenti,calidoq; macerata:& sic quoque multis ictibus.Tunc etiam præterquam eximias incudes,malleosq; ferreos frãgens:cuius hoc ingenio quoue casu repertũ:aut q̃ fuit coniectura experiendi rem immẽsi secreti:& in fœdissimo animaliũ omniũ: profecto muneris talis inuentio hominis est.Nec q̃renda in ulla parte naturæ ratio:sed uoluntas:ut cum feliciter rumpere contingit:in tam paruas frangitur crustas: ut uix cerni possint.Expetuntur hæc a sculptoribus: ferroq; includũtur: nullam non duritiam ex facili cauantes.Hæc diximus:ut credatur fieri posse securim immixto adamante. Tali igitur securi Briareus beluam immolauit.¶ Et iam erat daturus exta flammis: quasi tunc tunc cremare uolebat exta.¶ Iuppiter imperat alitibus:auibus.¶ Rapere:imperat ut diripiant exta antequam adoleant ab illo.¶ Attulit: exta scilicet.¶ Illi: Ioui.¶ Miluius, & uenit in astra suis meritis:quia eo beneficio Iuppiter astris intulit. Dicimus Miluium & Miluum: quem inter accipitrum genera refert Plinius: & illud de eo inquit: Notatum in his

Saturn? pulsus regno cęli a Ioue filio

Cloto Lachesis Atropos

Adamas lapis duritia inenarrabilis: ut ait Pli.

¶Stella Lycaoniam uergit decliuis ad Arcton
Miluius:hæc illa nocte uidenda uenit.
Quid dederit uolucri si uis cognoscere cælum:
Saturnus regnis a Ioue pulsus erat:
Concitat iratus ualidos Titanas in arma:
Quæq; fuit fatis debita,tentat opem.
Matre satus terra,monstrum mirabile,taurus
Parte sui serpens posteriore fuit.
Hunc triplici muro lucis incluserat atris
Parcarum monitu styx uiolenta trium.
Viscera qui tauri flammis adolenda dedisset:
Sors erat æternos uincere posse Deos.
Immolat hunc Briareus facta ex adamáte securi:
Et iamiam flammis exta daturus erat.
Iuppiter alitibus rapere imperat:attulit illi
Miluius:& meritis uenit in astra suis.

in his rapacissimam ac famelicã semper alitem nihil esculenti rapere unquam e funerum ferculis: nec olympię ex ara: ac ne ferentium quidem manibus: nisi lugubri municipiorum immolantium ostento: & reliqua. Ob id quidẽ fabulæ locus datus est: eripuisse exta ab ostentosa Briarei immolatione. Milui & ipsi hybernis mensibus latent: non tamen ante hirundines abeuntes.

ANT. FAN. Quiquatria Mineruæ xiiii. cal. Aprilis

CVna dies media est: & fiunt sacra Mineruæ. xiiii. calẽdas Aprilis Quinquatria Mineruæ celebrantur: dictę (auctore Festo) q̃ post diẽ quintum iduum celebrent: ut Triatrus, Sexatrus, & similia. Primus. n. dies Quinquatruũ quintus post idus inuenitur. Quintum autem dicimus exclusis idibus non comprehensis: ut sæpe fieri consueuit. Sic Ouidius supra: Tertia post idus lux est celeberrima Baccho. Vbi nisi, xviii. diem mensis acceperis primum Quinquatruum diem: nõ quintum ab atro: sed quartum inuenies. Quinque autem diebus mos fuit Quinquatrus celebrari: quorum primus erat quidẽ expers sanguinis: q̃ eo die Mineruam natam existimarent: reliquis uero in harẽa gladiatores nudis ensibus pugnabant, ut Hæc est armiferæ festis de quinque Mineruæ: Quæ fieri pugna prima cruenta solet. Quo tempore (ut inquit Porphyrio) pueri ludis insatiabiliter utebãtur. Et quidam: teste Plinio putandas generosarum uitium pergulas tradiderunt. Sunt autẽ qui a quinq; & atro Quinquatrus uolunt nomen accepisse: quod primum quinq; festorum Mineruæ quintuꝫ ab atro die sit: qui post idus inuenitur. Sed his A. Gel. auctoritas reluctatur: qui docet: Quinquatrus dictas: q̃ quinq; ab idibus dierum numerus sit: atrus uero nihil significare: & esse nominis supplementum. Alii a quinq; dierũ numero Quinquatrus: quod Pallas a Romanis hoc tempore non uno tantum die celebratur: sed quinq; coniunctis: quod nõ placet. Scire aũt debemus nõ modo Quinquatrus dici genere fœminino. Vnde ẽ illud Festi: Minusculæ Quinquatrus appellabantur idus Iuniæ. Et illud Ciceroñis ad M. Cælium: Ita tumultuosæ conciones: ita molestæ Quinquatrus asserebantur: sed & Quinquatria neutro Cornelius Tacitus: Vtq; Quinquatria quibus aperte eẽnt insidiæ ludis annuis celebrarentur: & Quinquatres Quinquatrium uirili genere: teste Prisciano. ☞ Nominaque iunctis quinque diebus habent: cauendum ne putemus hoc loco errare Nasonem: & a doctissimorum scriptorum traditiõe dissentire. Non enim dicis Quinquatria a quinq; dierum numero appellata: q̃ Mineruæ sacra diebus quinq; celebrentur: sed docet Quinquatrus nomine: nõ solum hũc diem uocari: qui primus quinque dierum est, & quintus post idus: sed quatuor dies adiunctos. Vnde illud est Iuuena. Et totis Quinquatrubus optat. Sensus ergo est: Sacra fiunt Mineruæ: quæ habent Quinquatruum nomina quinq; diebus adiunctis. Non errauit hic quidam Iuuenalis interpres: cuius Deus omnipotẽs misereatur: nuper enim excessit e uita. Eius uerba hæc sunt: Quinquatria dies sacri Mineruæ qui diebus quinq; celebrabãtur: ut Ouidius docet: ita appellata: quoniam quinq; diebus post idus fiebant. Varro quãtũ ex eius loco, quamuis mutilatio colligitur: a Festo, atq; A. Gel. non dissentit. Errore enim factum uult: ut Quinquatrus dictæ credãtur: q̃ quinq; dies sint. Sed (ut idem inquit) quemadmodũ Sexatrus, & Septimatrus nomen acceperunt: non quod sex, septemue dies sint: sed q̃ Sexatrus post diem sextũ idus, Septimatrus post septimũ sint: ita Quinquatrus appellata est dies: quæ post diem quintum erat. ☞ Altera tresq; super strata celebrantur harena: sternebatur harena in theatris ubi gladiatores pugnabant: necnõ & alibi. Vnde per harenam theatrum accipimus: uel alia loca ubi eiusmodi spectacula exhibebantur. ☞ Ensibus exertis bellica læta Dea est: expeditis & euaginatis ensib⁹. Est autẽ exertis participium a passiuo eius uerbi: quod est exero.

Sexatr⁹ Septimatrus ꝙa post quintũ sextũ septimũ idus incipiãt ſm Varronẽ & Festũ & A. G. Harẽa ꝙ theatro

CVna dies media, xiiii. calẽ. Apriles: hoc est decimonono die Martii: incipiunt Quinquatria Mineruæ: quinq; diebus continuis celebrantur: qua quidem ratione multi putarunt a quinario dierum numero Quinquatria dicta. Alii a Quinquatro die: de quo Pom. Quinquatrus festiuus dies dictus: q̃ post diẽ quintum iduum celebraretur: ut Triatrus: & Sexatrus: & Septimatrus: & Decimatrus: uel Decumatrus. Et Varro ait: Quinquatrus hic dies unus: ab nominis errore obseruatur: proinde ut sint quinq; dictus, ut ab Tusculanis post diem sextum iduũ similiter uocatur Sexatrus: & post diem septimum Septimatrus: sic hic qd erat post diem quintum Quinquatrus. Hæc Varro. At ille fuit error cum numeretur ab idibus: quando quidem numerari debuit ab atro: hoc est ab iduum postridiano. Verum hæc Quinquatria festa poeta ita dicta ostendit a quinq; diebus iunctis, primo enim die fiebãt sacrificia: tribus sequentibus gladiatores in theatro certabant: quinto die erat lustratio tubarum sonitu: & sacrificia quoq; fiebant. Secundus Quinquatruum dies & primus gladiatoriæ pugnæ clarus est ortu ipsius Nasonis. Eo enim die natus est: nam (ut in quarto Tristium inquit) de natali suo: & fratris intelligẽs: Lucifer amborum natalibus affuit idẽ: Vna celebrata est per duo liba dies. Hæc est armiferæ festis de quinq; Mineruæ: Quæ fieri pugna prima cruenta solet. ☞ Vna est dies media: inter ortum Milui & primuꝫ diem Quinquatr. una interponitur dies: & sic significat decimum nonum diem mensis. ☞ Et fiunt sacra Mineruæ: sacrificia Palladi. ☞ Et habet nomina quinq; diebus a iunctis: nam Quinquatria dicta ab iplo quinario dierum numero. ☞ Prima dies uacat sanguine: non effunditur primo die sanguis: quia abstinent eo die a pugna gladiatores. ☞ Nec fas: non licet. ☞ Concurrere: congredi, & confligere. ☞ Ferro: armis. ☞ Causa: quare non concurritur. ☞ Quod Minerua est nata illa die: putabant eo die e Iouis uertice natam Mineruam. ☞ Altera, tresq; super: quatuor sequentes dies. ☞ Celebrant: a gladiatoribus ipsis. ☞ Harena strata: harena theatri: quæ sterneba tur cum digladiãdum erat: & aliis quoq; spectaculis. Vñ apud Iuue. Et latum media sulcũ deducit harena. ☞ Dea bellica: Pallas q̃ bellis præest. ☞ Est læta ensibus exertis: experimento & exercitatiõe ensium in theatro. ☞ Pallada nũc: hortatur unũquẽq; uel literis: uel aliis quibuscũq; artibus deditũ: ut festa celebrẽt: & placent Pallada pueri quo literarꝫ studio ꝓficiant, puellæ quo lanificio: & sic in cæteris. ☞ O pueri & teneræ puellæ ornate: colite: & celebrate. legitur etiam orate. ☞ Pallada: Palladis numen.

PAV. MAR. Decimo nono die Martii incipiunt Quinquatria

Sexatr⁹ a Tusculanis dr̃

Lustratio tubarum

Bellona dr̃ Pallas q̃ bellis præest

Quiquatria

Quinquatres

Palladis festum

Quinquatrus

ANT. FAN.

¶Qui bene placarit Pallada, doctus erit: quia Pallas & bello præest ut Mars: ac Bellona dicitur: & est artium Dea: poterit & rei bellicæ scientiam præstare: & artium quibus in pace utimur. ℣ Lanam mollire puellæ Discāt: conciliata Dea lanificii, artiumque omnium, & prudentiæ: quam Metapontini (teste Iustino) pannificiis aliquando iratam placarunt. Dicitur autem Minerua & bellorum Dea, & prudentiæ: quia uires sine prudentia (ut inquit Porphyrio) non tantum uanæ sunt: uerum etiam sibi aduersariæ. Eadē arcibus pręesse dicitur: quia fertur nata e Iouis capite. ℣ Stantes radio percurrere telas: radius instrumentum est: quo sub tegmen stamini a textoribus interponitur: est & uirga qua geometræ interdum lineas ducūt. Stātes autem dicit: quia stamē a stando nomen accepit: ut auctor est Varro: qui etiam scribit subtegmen dictum: ꝙ subit stamini. Id & tramam uocant: quamuis idē Varro uestimenti genus tramam esse doceat: dicti ꝙ id frigus tranet: densumque a dentibus pectinis nominati ostendat quib⁹ feritur. ℣ Qui maculas læsis de uestibus aufers: fullonem dicit: qui a Græcis Snaphys uocatur. Artem fulloniam Nicias Megarēsis inuenit: teste Plinio. ℣ Velleribus quisquis ahena paras: suadet his: qui lanas tingere consueuerunt: ut Palladē collant. ℣ Vincula plātæ: calceos a quibus pedes uinciūtur. Eorum sutores nō sunt proprie Cerdones dicēdi. Cerdo enim generale nomen eorum est: qui artificio lucrum quæritant: ut uocabulum ostendit: accipiturque interdum pro humili ac plebeio. Iuuena. Postquā Cerdonibus eē Timendus cœperat. ℣ Sit Tytio doctior ille licet: Tytium quidā existimant fuisse Ouidii temporibus præclarum artificē calceorum. Nobis placet Tychio legi: qui ab Homero nobilitatus est in septimo Iliados. Is Cerdo excellētissimus multa fabricauit & præcipue scutum Aiacis. ℣ Antiquo manibus collatus Epeo: hic dicitur inuenisse ad Troiam equum: qui in muralibus machinis aries uocatur: fuitq; fabricator Epeus: ꝙ Metapontini testantur: qui in templo Mineruæ ferramenta: quibus is equum Troianum fabricauit ostentāt: ut scribit Iustinus. Legimus enim in uita Sertorii Troiam ter captam esse. Primū ab Hercule ob Laomedontis equos. Deinde per ligneum equum ab Agamēnone. Tertio a Charidemo duce ꝓpter equū: qui in porta consistens Ilienſibus eam claudē uolentibus, impedimento fuit. ℣ Vos quoq; Phœbea morbos q pellitis arte: medicos dicit: quorum artis inuentorem alii Apollinem fuisse dicūt. ut Inuentum medicina meū. Alii Arabum Babylōis & Apollinis filium. Aegyptii eā apud ipsos repertā uolunt. ut Plinius scribit. ℣ Munera de nostris pauca: sensus est: Offerte Mineruæ munus aliquod ex his quæ a nobis accipitis. ℣ Sensu fraudata magistri: quia sæpe discipuli non recte intelligunt quæ magister sentit & docet.

PAV. MAR.

¶Qui bene placarit Pallada: qui sacrificiis placauerit: &

Minerua Dea bellorū & prudentiæ

Radius

Stamen

Subtegmen.

Cerdo

Tychi⁹

Epeus

Troia ter capta

Medicinę inuētor

Officia Palladis

Tytius

Epeus eq Troiani fabricator

Apollo artis medicæ repertor

Qui bene placarit Pallada: doctus erit.
Pallade placata lanam mollire puellæ
Discant: & plenas exonerare colos.
Illa etiam stantes radio percurrere telas
Erudit: & rarum pectine densat opus.
Hanc cole, qui maculas læsis de uestibus aufers:
Hanc cole, uelleribus quisquis ahena paras.
Nec quisq̄ inuita faciet bene uincula plantæ
Pallade: sit Tychio doctior ille licet.
Et licet antiquo manibus collatus Epeo
Sit prior: irata Pallade, mancus erit.
Vos quoq;, Phœbea morbos qui pellitis arte:
Munera de uestris pauca referte Deæ.
Nec uos turba feri sensu fraudata magistri
Spernite: discipulos attrahit illa nouos.

propitium sibi fecerit Palladis numē. ℣ Erit doctus: quācunq; scilicet uoluerit artem. ℣ Puellæ discant mollire lanam: quasi exercere lanificium. ℣ Pallade placata: sacrificio scilicet & donis & precibus. nam ea est lanificii Dea. ℣ Et exornare plenas colos: nere lanam. Tunc enim exornantur coli: cum filantur pensa. ℣ Illa etiam erudit: instruit, & docet. ℣ Percurrere telas stantes: firmæ manētes. ℣ Radio: quasi docet texere pannum: cum tenta in longum fila pcurruntur radio: qui cum alio filo interlicitur. Deinde pectine pendēti ad coniungenda: densandaque fila ipsa uerberātur. Ideo hic. ℣ Et densat: densare docet. ℣ Opus: ipsum pānum: nam quod rarum est spissuꝫ facit inculcādo. ℣ Pectine: pectinis percussione. ℣ Cole hāc: Pallada. ℣ Qui aufers: auferre uoles, aut soles. ℣ Maculas de uestib⁹ læsis: infectis, i. Colite eā fullones: quæstes & pānos ab oī macula expurgatis. ℣ Cole hanc: Pallada. ℣ Quisquis paras ahena: uasa ærea. Virgilius: Littore ahena locant. ℣ Velleribus: quiscunque pro tingendis, aut pretiolo liquore inficiendis pānis uasa paras: sacrificiis placato Pallada. Verum (ut Plinius inquit) qui ex Italia infecere lanas Sardi: textilia fusum in lanificio Clestor filius Arachnes inuenit. linum & retia Arachne. Fulloniam artem Nitias Megarensis. ℣ Nec quisquam faciet bene uincula plātæ: nemo poterit bene facere calceos: ea enim sunt plantarum uincula a uinciendo dicta: quia pedes uinciunt. ℣ Inuita Pallade: quasi nisi Pallas fauerit. Nam si illa aduersa repugnat frustra laborauerit Cerdo. ℣ Sit licet ille doctior Tytio: etiam si esset in ea arte Cerdonum omnium præstantissimus. Aliqui legunt: Sit Batio doctior: ex eo quod Plinius dicat Batium inuenisse Sutrinam. Alii legunt Pythio: quod qua ratione dicant nescio. nisi referant ad Apollinem Sandalarium. Ego autem legi, & qui me sequuti sunt, idem fecere: sit Tytio. Propterea quod apud Porphyrium legimus: Tytium quendam fuisse optimum calceorum magistrum. Ergo si sit ille Tytio doctior: inuita Pallade calceos non bene consuet. ℣ Et licet antiquo: si quis fabrili arte: aut architectura præstans Epeum architectū equi Troiani superaret: si Pallas irata sit: execcere artem non poterit. ℣ Et collatus: qui conferretur. ℣ Antiquo Epeo sit licet prior: quamuis esset superior in peritia architecturæ. Epeus enim fuit fabricator equi Troiani. Virgilius: Et Menelaus, & ipse doli fabricator Epeus. & Cicero quoque asserit. Plinius uero inquit: Epeum inuenisse equum ad Troiam: qui nunc Aries appellatur in muralibus machinis. ℣ Erit mancus: quasi manuū opē carens: aut imminutus: aut exercere suum munus nequeat. ℣ Irata Pallade: si illa irata sit: ergo id agendum ut placata fit. ℣ Vos quoque Phœbea: uos etiam medici libate Palladi: ut medendi arte præstare possitis. ℣ Qui pellitis: ægrotos: & ab his morbos auertitis. ℣ Arte Phœbea: arte Apollinea. Nam Apollo medicæ artis repertor

pertor traditur:sed de hoc in primo dictum. ¶ Referte pauca munera Deæ:libate & offerte dona Palladi. ¶ De uestris:muneribus scilicet. ¶ Nec uos turba: scolasticorũ scilicet. Pro his enim dictum est: qui sub feris magistris nihil profecerunt. ¶ Fraudata:decepta. ¶ Sensu:sentẽtia & peruersa rerum intelligẽtia. ¶ Magistri ferita feris minime differentis.indocti & inculti: sine ullis moribus. aut feri crudelis:qui nimiũ discipulos cædat:cp alienus debet esse a liberis & bonæ indolis. ¶ Spernite: nolite uos aspernari: & contemnere numen Palladis. ¶ Attrahit:ad se trahit illa. ¶ Uouos discipulos: quia præest studiis literarum: & ingeniis fauet.

Magistri ferociti

ANT. FAN. ¶ Quicp cælum: & astrologum accipere possumus & sculptorem. Sed magis placet astrologum accipi:quoniã auctor subiũgit. ¶ Qui que facis docta mollia saxa manu: mollia saxa:sic Vir.i vi.Aen. Excudent alii spirantia mollius æra. Facit enim sculptor egregius:ut æra & saxa mollissima uideantur. Horatius: Et molles imitabitur ære capillos. ¶ Cælius ex alto qua mons descẽdit in æquum:ædes Mineruæ captæ fuit ad radices montis Cælii:sic dictæ:uel ob eius ingenium quod capitale:idest solers creditur. uel cp uictis Phalisci imago eius captiua Romam trãslata est: uel cp ex hac æde quicunqp deprehẽdebat furto aliquid ãbstulisse:capitis pœnas pendere lege cogebatur. uel cp de capite Iouis nata dicitur:tempore quo Pindarus ex fabula auro inquit pluisse in insulam Rhodon. Licet quidã uoluerint(teste Herodoto)Mineruam esse Neptuni ac Paludiæ Tritonidis filiam:unde Tritogenia siue Tritonia dicta est:auctore Lactantio grammatico. Alii tamẽ Tritoniam dictam putant:quia cum sit Dea sapientiæ i partes tres diuiditur:Intelligentiam præsentium, Prouidentiam futurorum,ac Memoriam præteritorũ. Festus Tritogeniam dictam tradit a ripa Tritonis fluminis: cp ibi primitus uisa sit. Diodorus uero Cretæ fluuium inquit esse Tritonẽ ubi Minerua orta est: quã Deam & Alalcomeniã dixerunt:ut ait Strabo: ab Alalcomenis oppido: ubi quidam eam natam uoluerunt. Fingitur autem nata de Iouis capite:uel quia naturæ ratione prudẽtia omnis in capite est:uel quia uirtus:solis humanis mentibus prudentiam subministrans:quam per Mineruam accipimus:ut scribit Porphyrio (teste Macrobio) edita est de summa ætheris parte:ac nulla rerum corporearum admixtiõe ab ipso Ioue:idest a Deo intellectum accipimus. Cicero auctor est quinqp Mineruas fuisse: quaruz tertiã e Ioue tantum genitam refert:qui cum in Iunonem uxorem suam sterilem intueretur:concusso capite Mineruã dicitur edidisse. ¶ Natali suo:primo qnquatruũ die:quo Deam natam uolunt. ¶ Cum clypeo suo: ut intelligas Palladem etiaz bellis præesse. Hora. Proximos illi Tamẽ occupauit Pallas honores Prælii audax. significat autẽ Aegida:quamuis & sit Aegis eius pectoris munimentũ.

Mollia laxa

Minerue capte Aedes

Tritõia

Tritogenia

Alalcomenia

Vñ nata ẽ Pallas et unde sint qnquatria

PAV. MAR. ¶ Quicp moues cælum:alii ita dicunt:Nec spernas Pallada tu astrologe:qui cæli motus perscrutaris. Alii quoniã subsequenter de pictoribus agit:pro sculptoribus dictũ putant,præsertim cum cælum sculptorum instrumentũ sit:ut illud:Cælo fabricata Myronis. Verum quia subdit postea de statuariis:ad astrologos referrẽ. ¶ Et qui uris tabulam coloribus:hoc est qui ustis coloribus tabulã pingis:nã magna pars colorũ ex adusta materia fit. de quo late disputat Plinius libro trigesimoquinto. ¶ Et qui facis saxa mollia docta manu: uos statuarii:qui dura saxa in quancunqp uultis formã uertitis: iõ mollia dixit: qd ad summũ artificium refertur:præsertim cum & minima quæqp liniamenta:& tenuia in maioribus referant. Ad id enim respexit:cum & Maro dixit:Excudẽt alii spirantia mollius æra. & Mar. Molles laudentur honores. Ergo uos omnes colite Palladã:& illi offerte munera. ¶ Mille Dea ẽ opeꝝ:præst multis artibus,& officiis,& opib?. ¶ Certe illa ẽ Dea carminis: quasi ꝑest & illa poetis scribẽtibus carmina. ¶ Si mereor adsit amica studiis meis: faueat mihi & studio meo si dignus uideor:cui illa faueat. ¶ Cælius ex alto: in Cælio monte apud radices templum erat Palladis captę: quod illi consecratum est suo natali: hoc primo quinquatr. die. Eo enim nata est: ut diximus. Sed cur capta dicatur: aucupatur quatuor caulas: uel quia Dea ingeniorum est:& ingenium est in capite. Vel cp e capite Iouis exilierit:& a capite capta dicatur. Aut quia eius simulachrum e captis Phalisci Romam aduectum est. Aut quia capite plectatur:qui ex eius templo quid surripiat. Ego autem nisi a detractatoribus læsæ maiestatis arguerer:dicerem captam Mineruam:cp illi eo die:eo in loco legitime constituto auctoritate senatus a pontificibus consecrato:potissimum sacrificetur. Nam (Pompeio Festo teste) captum locum dicimus ad sacrificandum legitime constitutum. ¶ Licet:quamuis. ¶ Uidras parua delubra: templa. ¶ Mineruæ captæ: sub appellatione captæ Palladis consecrata. ¶ Qua mons Cælius:de quo superius diximus in hoc libro. ¶ Descendit ex alto in æquum:quasi uergit ex summitate in planũ. ¶ Hic ubi uia non est plana: non est omnino plana: sed in ipso montis cliuo. ¶ Sed prope: quasi. ¶ Plana: & locum indicat prope radices. ¶ Quæ: templa. ¶ Dea: Pallas. ¶ Cœpit habere suo natali:non ab initio:ex quo nata est:sed ea die mensis Mar.qua olim nata est:hoc est ipso die Quinquatr. ut Paulo superius: Causa cp est illa nata Minerua die. ¶ Causa nominis est in dubio: licet tu uideas templa:tamen causa cur capta Minerua dicatur dubia est. ¶ Uocamus capitale ingenium solers: diligens ingenium capitale dicitur: cp in capite sedem habeat:ubi est ipsa mens & memoria. ¶ Ingeniosa Dea est:nam & ingenio ualet: & ingeniis præst. ideo a capitali ingenio capta Minerua dici potuit. ¶ Aut quia fertur:dicitur. ¶ Prosiliisse:saltu prodiisse. ¶ E uertice paterni capitis:e cerebro Iouis: quod in summo capite est. ¶ Sine matre: sine usu matris. ¶ Cum clypeo suo: cum Aegide sua. Nam Aegis pro scuto accipi potest: ea ratiõe:cp scuta caprino corio decocto tegebãtur: & Aegea capra dicit. Uerz(ut fertur)Amaltheæ capræ mortuç

Quiq; moues cælum, tabulasq; coloribus uris:
Quiq; facis docta mollia saxa manu.
Mille Dea est operũ:certe Dea carminis illa est:
Si mereor, studiis adsit amica meis.
Cælius ex alto qua mons descendit in æquum:
Hic ubi non plana est, sed prope plana uia est:
Parua licet uideas captæ delubra Mineruæ:
Quæ Dea natali cœpit habere suo.
Nominis in dubio causa est:capitale uocamus
Ingenium solers:ingeniosa Dea est.
An, quia de capitis fertur sine matre paterni
Vertice cum clypeo prosiluisse suo.

Statuarii ẽt colũt Palladem

Imago Palladis aduecta est Romã captis Phaliscis

Solers i genio dr capitale proprie

Iuppiter corium detraxit: Minerueq; custodiendum dedit: quo illa scutum texit. Inde dicunt fuisse Aegidis appellationem. Sed Honoratus inquit: Aegida munimentum pectoris esse: habens in medio Gorgonis caput. Romæ tamen est simulachrum Palladis tam in pectore, q̃ in scuto caput Gorgonis habens. Et Higinius testatur caput illud in pectore habere. At quia cum clypeo prosiliit e capite capta dicta.

Clypeus: scutum a τλυφω deductum: quod est sculpo. nam ibi imagines sculpebantur. Vnde Plinius: Scutis enī qualibus caput Troiam pugnatum est: continebantur imagines: unde nomen habuerūt clypeorum: non ut peruersa grammaticorum subtilitas uoluit a cluendo deduci. cluere enim pugnare est. ℣ Aut quia perdomitis: uel qa simulachrum eius subactis Romano imperio Phalliscis: tanquam captiuum mancipium aduectum est: & inde capta Minerua dicta.

Clype? a uerbo τλυφω .i. sculpo nō a κλεπτω .i. occulto dicitur

ANT. FAN. ℂ Signo: nota. C. litera quæ in principio est & captiuę & capite. ℣ Furta: figurate furta pro furibus ac sacrilegis ponit. ℣ Tubam lustrare canoram: sunt qui legant Tuba lustrare canora: existimantes consueuisse Romanos hoc tempore tubarum cantu lustrare uniuersam ciuitatem ultimo uidelicet Quinquatruum die: quod quidam non indocti olim nobis pueris tradiderunt. Nos autem legendum esse non dubitamus: Tubam lustrare canoram: quamuis enim lustrarentur & aliis temporibus tubæ: ut e uerbis Festi & Pompeii colligitur, qui ait: Tubilustria dies uocari in quibus agna tubas lustrabāt: ubi si de ultimo Quinquatruum die loqueretur: nō dies, sed diem diceret: tamen & hoc tempore sacrorum tubæ in atrio Iutorio lustrabantur. Lege Varronem: quem uidebis Quinquatrui tubilustrium sine medio coniunxisse. Nouimus autem mortuos ad tubam deduci consueuisse: auctore Seruio: cum iuberet religio (teste Lactantio grammatico) ut maioribus tuba: minoribus tibia caneretur. Quare tubarum lustratio necessaria uidebatur. Sunt & qui putent Armilustrium hic accipi oportere: quod non placet: idest festum: quo res diuinas armati faciebant: dum sacrificarent tubis canentes. Sane tubæ interdum cornua uocantur: quia quæ nunc ex ære sunt fiebant ex cornu bubulo. Virgil. Rauco strepuerūt cornua cantu. ℣ Hic here Phrixeæ uellera pressit ouis: heri & here idem est. Iuuenalis: Res hodie minor est here q̃ fuit. Donatus auctor est non dubitasse antiquos propter cognationem e & i literarum here & heri, item mane & mani, uespere & uesperi dicere. Tu autem lector caue ne heri aduerbium hoc loco te fallat: & ducat in deuia. Non enim accipere debemus diem: qui tubilustrium antecedit: hoc est penultimum Quinquatruum diem: qui est decimo calendas Apriles: sed qui est ante ipsas Quinquatrus: hoc est diem. xix. huius mensis. Si enim putares fieri posse: ut penultimo Quinquatruum die. i. x. calendas Apriles Arietem trāsitum faceret: quem supra legimus. xiiii. calendas Martias isse Piscium signum. proculdubio fateris Solem quinque ac triginta dies fere in Piscibus ablumpsisse: quod si esset solstitialis annus constaret diebus pene uiginti supra. cccc. cum & reliquis signis zodiaci nullum non tantumdem sibi temporis uendicaret. Dicendum igitur est. xiii. calendas Aprilis Solem transire in Arietis signum: quæ pars zodiaci ad naturam Solis refertur: ut Macrobius scribit. Aries enim qui a grę cis Crios dicitur: per sex menses hybernales sinistro incubat lateri ab æquinoctio uerno super dextrū latus: sicut & Sol ab eodem tempore dextrū hemisperium: reliquo ambit sinistrū. Constat autem hoc signum decem & septem stellis: quod una cum Sagittario Cleostratus primum intellexisse dicitur: qui percepit & cætera signa zodiaci primus omnium auctore Plinio. Fabulantur nonnulli Arietem qui traiecit Phrixum hūc esse: qui inter signa primum obtinet locum. Alii transtatum in cælum uolunt Arietem: qui Baccho exercitum ducenti per exusta Libyæ fontem monstrauit. Est sane Aries calidus & humidus: qui cum Solē recepit: incipit fieri generatio. Vnde inter signa zodiaci meruit principatum.

Sol i orientē. xii. calend' Aprilis

Arietis signum

An, quia perdomitis ad nos captiua Phaliscis
Venit: & hoc signo littera prima docet.
An, cp habet legem, capitis quæ pendere, poenas
Ex illo iubeat furta reperta loco.
A quacunq; trahas ratione uocabula Pallas:
Pro ducibus nostris Aegida semper habe.
℣ Summa dies e quinq; tubam lustrare canorā
Admonet: & forti sacrificare Deæ.
Nunc potes ad Solem sublato dicere uultu,
Hic here Phrixeæ uellera pressit ouis.

Aries priceps signoꝝ

Nota causam

ℂ Aut quia uenit ad nos: in urbem. ℣ Captiua: imago tanquam captiua delata. ℣ Perdomitis Phaliscis: cum uicti, subactique essent Phalisci: de quibus primo libro diximus. ℣ Et hoc signo: hac nota captiuæ scilicet. ℣ Docet prima litera: nam .c. inde capta a captiua dicta: aut a captis Phaliscis. ℣ An cp habet: ultima causa cp capite luitur furtum in eius templo commissum: seu receptum ex eodem. inde est & capital facinus: ut Pompeius inquit: cp capitis pœna luitur, & (eodem teste) Capitalis lucus: ubi si quid uiolatum est: caput uiolatoris expiatur. ℣ An capta: scilicet Minerua dicitur. ℣ Quod habet legem capitis: quæ capite plectat. ℣ Quæ: lex. ℣ Iubet furta recepta ex illo: fures qui inde aliqd receperint: uel furripuerint. ℣ Pendere pœ. dare pœnas sacrilegii: & sic capite plecti. Furtum (ut iur. con. placet) est contrectatio rei alienæ inuito domino. ℣ O Pallas a qua. ra. a quacunque causa. ℣ Trahis uoca. diceris Minerua capta. ℣ Habe Aegida: habeas & paratum teneas clypeum tuum. ℣ Pro duci. no. pro salute ducum nostrorum, Tiberii & Germanici: quasi protegas semper eos. ℣ Summa dies: ultima dies. ut in Heroid. Hæc tibi prima dies: hæc tibi summa fuit: idest ultima. ℣ E quinque: diebus. s. ℣ Admonet lu. circuere, & expurgare populū. ℣ Tuba ca. resonanti. ℣ Et sacri. Deæ for. Palladi armorum præsidi. ℣ Nunc potes ad Solem. xi. calen. Apri. Sol relictis Piscibus init Arietem: qui quidem aureus uellus habuisse dicit. Eo Phrixus in Colchos delatus est. Athamas enim Thebanus Phrixum & Hellē genuit ex Nephele coniuge: qua sublata Ino Cadmi filia uxor adducta est: quæ cum nouercali odio priuignos infectaretur: tosta semina (ne nascerētur) agricolis dabat. Sequuta est annonæ caritas. Missum est Delphos ad oraculum: ad petendam opē: qui accesserat corruptus: retulit Phrixū & Hellem immolari debere. ℂ Cīq; ad arā mactādi uelati cōstiti ssent: a Nephele matre supinducta nube rapti sunt. Datus Aries quo fugerēt: Helle in mare decidit: & ab ea Hellespontus dictus: sed a Neptuno cōprehensa pœna procreasse

PAV. MAR.

Noia Palladis

Ino filia Cadmi dabat semina tosta agricolis pp Phrixū & Hellē occidendos

procreasse fertur. Nonnulli Oedonum dixerunt: Phrixum præterea incolumem ad Aeetem peruenisse uoluntiq; & Arietem Ioui immolasse: pellem in templo fixisse: & Arietis ipsius effigiem ab Ioue inter sidera constitutam. Eratosthenes ait Arietem ipsum sibi pellem auream detraxisse: & Phrixo memoriæ causa dedisse: & ipsum ad sidera peruenisse, alii aliter dicunt: quorum opiniones ab Higinio referuntur. Hermippus ait Liberū oppugnantem Africam deuenisse in eum locum: qui a puluere Hammodes dictus est: cum in discrimine esset: & aquarum penuria: & ob id defectione militum. Aries quidam errans ad milites peruenit: quos cum uidisset, cœpit fugere. Milites prædam petentes sequi cœperunt usq; ad eum locum: qui postea constituto templo: Iouis Hammonis est appellatus: ibi Arietem nusquam inuenerunt: sed (quod magis erat optandum) aquæ magnam copiā nacti sunt: corporibusque recuperatis: Libero statim nunciauerūt: qui gauisus eo exercitum deduxit. Iouis Hammonis tēplum cum Arietis cornibus simulachro facto constituit. Arietem inter sidera figurauit. Ita ut cum Sol in eius foret signo: omnia nascentia recrearentur. Hac de causa q̄ illius fuga Liber recreauit exercitum: duodecimque signorum principem esse uoluit. Adducitur & alia fabula de Hammone quodam: qui pecorum multitudinem ad Liberum adduxerit: & ob id illi dedisse agrum contra Thebas Aegyptias: & Hammonis simulachra instituta capite cornuto: ut homines memoria teneant: eum primum Pœnis ostendisse. Arietem memoriæ causa inter sidera fixum dicunt: qui quidem in æquinoctiali circulo consistens: caput ad exortum habens uersus occidēs primis pedibus: & exoriens caput infra triangulum: quod deltoton uocant: tenens collocatum: pedibus prope contingens caput Pistricis. Poeta nōc fabulam ipsam refert: quam aperte loco retulimus. Inus: scilicet nouercæ Phrixi: quæ cum aperte fabula uideatur: Princeps tamen astrologorum Ioānes Germanus familiarissimus noster: omnia ad effectus ipsius Arietis refert: id facit in omnibus signis: ut non sine causa a poetis ficta esse uideantur: quæcunque de his fabulosa referuntur. ☞ Nunc: in hoc ultimo die Quinquatruum. ☞ Potes: tu o Germanice. ☞ Sublato: eleuato. ☞ Vultu: ad Solē dicere. ☞ Hic: Sol. ☞ Here: pro heri. ut apud Iuuenalem: Res hodie minor est here q̄ fuit. ☞ Pressit: premere incipit. ☞ Vellera ouis Phrixeæ: uellera Arietis: qui Phrixū in Colchos tulit: nō enim fuit ouis: sed aries. Ergo cum heri dicat: & meminerit ultimæ diei Quinquatruū: debemus intelligere penultimum diem ipsorum festorum: sic erit. xi. calendas Aprilis: hoc est. xxii. die Martii. ☞ Herba sustulerat nullas comas: quasi nulla herba ex frumenti semine eruperat e terra. ☞ Vt solet: surgere scilicet ex omni semine.

Hermippus

Aries Hāmodes dictus princeps ignorū

Fabula Phrixi & Helles

ANT. FAN. Phrixi & Helles fabula

¶ Seminibus tostis &c. Ino Cadmi filia (ut diximus supra) & uxor Athamātis regis Thebarum priuignis exitium parans egit cum matronis: ut frumenta ferēda torrerent. Eadem Liberi patris nutrix fuisse dicitur: ut meminit Statius in siluis: qui Deus cum Phrixo & Helle infaniam obiecisset: & illi in silua errarent: exhibitus eis est a matre Nephele (quæ Nepheli a Græcis dicitur) Aries aureo uellere insignis: quem cum ascendissent: Aries eos in pelagus detulit. Helle lapsa nomē ponto dedit: quem dicimus Hellespontum. Phrixus in Colchos ad regem Aeetem transit: ibique Arietem (ut mater præceperat) immolauit: pellemque auream Martis templo dicauit: quam Iason cum Argonautis petisse dicitur. Quamuis nonnulli scribant eam esse in Orchemeno: quod oppidum est Bœotiæ: ex quo Mynios familia in Thessaliā commigrauit: a quibus Argonautæ Myniæ sunt appellati. Orpheus auctor est Argonautas fuisse quatuor & quadriginta: quos alii quinquaginta fuisse dicunt: alii .lx. Multa hoc loco ex fabulis referre possumus: quæ cum sint pene omnibus nota libet silentio præterire.

Myniæ

Seminibus tostis sceleratæ fraude nouercæ
Sustulerat nullas, ut solet, herba comas.
Mittitur ad Tripodas certa qui sorte reportet,
Quam sterili terræ Delphicus edat opem.
Hic quoq; corruptus cum semine nuntiat Helles,
Et iuuenis Phrixi funera sorte peti.
Vsq; recusantem ciues, & tempus, & Ino
Compulerant regem iussa nefanda pati:

☞ Ad Tripodas: quod Græci tripis dicunt: nos dicimus tripos: quæ mensa præmium uirorum fortium fuit: ut quibusdam placet propter tertii pedis adminiculum: quasi illi non bipedes: sed tripedes fuerint: quod nobis compertum non est. Erant autem Tripodes (auctore Seruio) mensæ in tēplo Apollinis Delphici: quibus superpositæ Phœbades uaticinabantur. ☞ Corruptus cum semine: a nouerca Phrixi & Helles corruptus: quemadmodum & ipsa per matronas frumenta serenda corruperat. ☞ Ciues: Thebani: quibus fames tantum præstabat audaciæ ut regem contemnerent: Quia nescit plebs ieiuna timere. ☞ Compulerāt regem iussa nefanda pati: cogebatur rex Athamas filios immolare: q̄ ita iussisse putabatur oraculum.

Tripos

PAV. MAR.

¶ Tostis seminibus: propter tosta: hoc est decocta semina. ☞ Fraude sceleratæ nouercæ: dolo Inus uxoris Athamantis nouercæ Phrixi & Helles. ☞ Mittitur ad Tripodas: ad oraculum Apollinis Delphici. nam Tripodes mēsæ fuere in templo Apollinis: quibus superpositæ Phœbades uaticinabantur. unde apud Lucanum in quinto: Sensit Tripodas cessare furens Appius: & postea tandem conterrita uirgo Confugit ad Tripodas. & paulo post: Custodes Tripodes fatorum: arcanaque mundi: Tuque potens ueri Pæan. & paulo post: Et ad Phœbi Tripodas redire futura. ☞ Qui reportet certa sorte: certo Oraculo seu responso. ut paulo superius dictum in eo uersu: Sors erat æternos uincere posse Deos. ☞ Quam opem: quod auxilium. ☞ Delphicus: Apollo Delphis: qui sunt ad australes latus Parnasi. ☞ Edat: dicat. ☞ Sterili terræ: ut sterilitati terræ remedium adhibeatur: non tamen erat terra sterilis: sed femina decocta erant causa sterilitatis: qui fructum non proferebant. ☞ Hic quoque: qui missus ad oraculum fuerat. ☞ Corruptus: ab ipsa nouerca. ☞ Nuntiat: petit sorte ab ipso oraculo. ☞ Funera Phrixi iuuenis: mortem Phrixi. ☞ Cum sanguine Helles: cum morte etiam sororis. Aliqui legunt: Hic quoque corruptus cum semine: tunc intelligas corruptum nuntium a nouerca uti & corrupta dabat agricolis semina: nunciasseque peti & mortem Helles & Phrixi iuuenis. ☞ Ciues: Thebani scilicet: propter annonæ caritatem. ☞ Et tempus: ipsa sterilitas tēporis: cum uideretur prouenire ex aeris intemperie. ☞ Et Ino: nouerca. ☞ Compulerant: quasi iam coegerant. ☞ Regem: Athamantem. ☞ Vsque: semper. ☞ Recusantem iussa nefanda pati: pati filiorum immolationē: quam ab oraculo iussam arguebant: licet ille semper recusasset: tandem pati coactus est.

De Phrixo & Helle

ANT. FAN. Nephele mater Phrixi & Helles a Neptuno cõpressa

¶Vt forte pependerat æthere mater: quia Nephele ipsa est nebula: nam & Nephos nubes: & Nephili (ut diximus) nebula est. ☞ Draconigenã urbem: Thebas ob draconem a Cadmo interfectum: e cuius dentibus nati: opẽ tulerunt Cadmo urbi ædificandæ, ut Hos habuit comites operis Sidonius hospes: Cum posuit iussam Phœbeis sortibus urbem. ☞ Nimbis comitantibus: quia nimbi siue imbres a nubibus fiũt: recte Nephelen comitantur. ☞ Per freta longa Hellespontum: ut Longi Deus Hellesponti. Eius longitudo est a Tenedo in Propontidem. ☞ Gemini periclí: immolationis, & transitus Hellesponti. ☞ Cęruleo Deo: Neptuno: cuius Helle nympha est. Lege Higinĩ: qui eã fabulatur a Neptuno fuisse cõpressam. ☞ Peruenit in Colchas aurea lana domos: ad Aeetam regẽ Colchorum: qui in Scythia sunt: qua labit Phasis. Ferunt Arietem sibi pellẽ auream detraxisse: ac dedisse Phrixo causa memoriæ: eũque ad sidera peruenisse. ☞ Treis ubi Luciferos ueniens præmiserit Eos: Tempora nocturnis æqua diurna feres: leptio calẽdas Aprilis erit æquinoctium uernum: quod ſm Macrobium, Plinium, & Columellam est ad octauum calendas Aprilis: quem diem Phryges Hilaria appellabant: celebrantes lætitiæ exordium: cum sperarent diem nocte longiorẽ. Romani (auctore Festo) utrunq; æquinoctium æquidiale dixerũt: cum nox diei potius, q̃ dies nocti annumerari debeat: quæ tempora raro non aliquos tempestatũ significatus habent: teste Plinio. Treis autem Luciferos accipe: non a principio: sed a Quinquatruum fine tubilustrio in eo numero comprehenso. Sane Eos Aurora est, quæ a Græcis Ios dicitur. Vnde nos i in e longam uertẽtes Eos dicimus: & accipimus aliquando a parte totum: hoc est ab Aurora diem: quod & Græci faciunt: ut

Et soror, & Phrixus uelati tempora uittis
Stant simul ante aras: iunctaq; fata gemunt.
Aspicit hos ut forte pependerat æthere mater:
Et ferit attonita pectora nuda manu:
Inq; draconigenam nimbis comitantibus urbem
Desilit: & natos eripit inde suos:
Vtq; fugam capiant, Aries nitidissimus auro
Traditur: ille uehit per freta longa duos.
Dicitur infirma cornu tenuisse sinistra
Fœmina: cum de se nomina fecit aquæ.
Pene simul periit, dum uult succurrere lapsæ
Frater: & extentas porrigit usq; manus.
Flebat, ut amissa gemini consorte pericli,
Cæruleo iunctam nescius esse Deo.
Littoribus tactis Aries fit sidus: & huius
Peruenit in Colchas aurea lana domos.
¶Treis ubi Luciferos ueniens præmiserit Eos:
Tempora nocturnis æqua diurna feret:

Cadmꝰ i draconẽ uersus tandem

Helespõtus a nomine Helles ibi submerſq

Aeqnoctiũ uernũ. vii. calẽdas Apriles ægdiale

Eos

Quod nos uerbum uerbo nõ reddentes sic latinũ fecimus: Multum uenturi spes credula uendicat æui: Multa sed extremus truncat amice dies.

PAV. MAR. ¶Et soror & Phrixus uelati tempora uittis Stant simul: Helle misera cum Phrixo fratre habentes frontem suam uittis uelatam: ut moris est in sacrificiis talibus: ut est apud Virgilium: Vittæque Deum: quas hostia gessi. ☞ Stant simul ante aras: ubi erant immolandi. ☞ Et gemunt facta iuncta: iunctam & eandem mortem: quia simul mactabãtur. ☞ Mater: Nephele mr Phrixi & Helles. ☞ Aspicit hos: Phrixũ & Hellẽ. ☞ Vt: sicut. ☞ Forte pepẽderat ęthere: & recte pepẽderat aere: ga cõuersa ĩ nebulã in aere pẽdet: & νεφελη nebula est. ☞ Et ferit pectora nu. pulsat nuda pectora. ☞ Manu attonita: nã ipsa attonita filiorũ casu. ☞ Et desilit: descendit. ☞ In urbem draconigesumus. ☞ Dum frater: Phrix. ☞ Vult succurrere lapsæ: ferre opem sorori, quæ ceciderat in aquas. ☞ Et dum usque porrigit extentas manus: dum extẽdebat illi manus: ut eam iuuaret. ☞ Pene: quasi. ☞ Periit simul: cum illa, nam & ipse in periculum fuit decidendi in aquas. ☞ Flebat: Phrixus. ☞ Vt amissa consorte: sorore: quæ in eadem sorte fuerat. ☞ Gemini periclí: quia in eodem ambo periculo fuerant. ☞ Nescius: ipse Phrixus. ☞ Iunctam: fororem esse coniunctam. ☞ Deo cæruleo: Neptuno cærulei maris Deo, nam decidens illa ab eo cõprehensa: & in nympham mutata, unde in Argonauticis: Vittataque constitit Helle: Iam Panopes Tethydisque soror. ☞ Tactis littoribus: postquam appulit littori Phrixus. ☞ Aries fit sidus: quia detracta sibi pelle: cælo locatus est: & inter sidera relatus. ☞ Et aurea lana huius: aureum ipsius Arietis uellus. ☞ Peruenit in Colchas domos: ad Aeetem regẽ Colchorum. Colchi in Scythia accolæ Phasidis finitimi Eniochis: unde Iason postea uellus eripuit. ☞ Treis ubi Luciferos: septimo calẽdas Aprilis: hoc est uigesimosexto die Martii: est æquinoctium uernum. Verum Florentinus princeps inquit uernum æquinoctium esse octauo calendas Aprilis. Autumnale octauo calendas Octobris: exigua tamen differentia ex unius solum diei. ☞ Vbi: postquam. ☞ Veniens Eos: ueniens Aurora, nam ευς Aurora est. ☞ Præmiserit: antemiserit. ☞ Treis Luciferos: tres dies ab ipso Lucifero: sic numerato triduũ ab ultimo die Quinquatruum: hoc est a uigesimotertio die Martii erit uigesimusquintus dies: deinde sequentem ostẽdit: sic uigesimosexto die erit æquinoctium. ☞ Feret: ipsa Aurora. ☞ Tempora diurna æqua nocturnis: hoc est diem adæquabit nocti: sic erit æquinoctium.

Aeeta rex Colchoꝝ in Scythia

¶Inde

ANT. FAN. Iano Cō cordiæ Salutiac Paci res diuina fit. iii. calē. Apri.

¶Inde quater pastor laturos ubi clauserat hędos: tertio calendas Aprilis Iano, Concordiæ, Saluti, ac Pacirem diuinam faciebant: quæ numina aptissime conectuntur. Prudētia enim quam Iano tribunnt, Cōcordiam facit: Concordia Salutem & Pacem. Multæ autē ædes Concordiæ Romæ a multis dicatæ sunt, Lege Suetonium, Liuium, Plutarchum, & Appianum. Ab æde Salutis dicta est porta Salutaris: quæ ei fuit ꝓxima. Romanam autem Salutem uocat ꝙ pro incolumitate populus Romanus ei sacra faceret. ℣ Auentino Luna colenda iugo: pridie calē das Aprilis Dianæ in Auentino res diuina fieri cōsueuit: quo in monte Seruius Tullus Latinis populis persuasit: ut exemplo eorum: qui Dianæ Ephesiæ ædem fecissent: & ipsi ædem Dianæ ædificarent: quod fecerunt. Vnde illud est: Quæq; Auentinum tenet: algidūq; quindecim Diana preces uirorū caret. Et illud: Phyllis Auentinæ quædam est uicina Dianæ. Hanc Deam Auentinam nonnulli uolunt Lucinam dictam: cū Dianam siue Lunam Palatinam noctilucam uocarent: ꝙ in palatio (ut auctor est Varro) eius templum noctu luceret. Suspendebātur in hac æde bouum cornua nō ceruorū: ꝙ ibi Seruius rex decepto quodam Antrone Coratio bouem insigni specie: ac pulchritudine dicit̄ īmolasse: & eius cornua templo affixisse: ut Iuba suis monumentis mandauit. Dianæ Auentinæ simulachꝝ (ut scribit Strabo) Romani eodem modo disponentes apud Massilienses collocarunt: qui aliquando summa felicitate ex Romani populi amicitia floruerunt. Fuit Romæ templum Dianæ in angiportu: qui patricius dicebatur: cuius ingressu uiri abstinebant: ut Plutarchus in quæstionibus tradit.

¶Inde quater pastor saturos ubi clauserit hædos:
Canuerint herbæ rore recente quater:
Ianus adorandus: cum quo Concordia mitis,
Et Romana Salus, araq; Pacis erit.
¶Luna regit menses: huius quoq; tempora mēsis
Finit Auentino Luna colenda iugo.

Lunę festū pridie calē. Diana Auētina Dianę tēplū i angiportu PAV. MAR. Cōcordia & Salus & Pax

¶Inde quater: quarto die post: non tū numerata die æquinoctii: sed quatuor sequentibus diebus erit festū Iani, Cōcordiæ, Salutis, & Pacis. quoniā his eo die sacrificatur. De Iano, Concordia, & Pace dictū est in primo libro. Salutis aūt ædes erat apud portam Salutarē de qua Pompeius Festus: Salutaris inqt porta appellata est ab æde Salutis: quæ ei proxima fuit. & Varro inquit: Collis salutaris quatriceps os aduersum est Pylonoris ædem Salutis. & Trāq̄llus inquit de Augusto loquens: Nonnulla etiam ex antiquis cerimoniis paulatim aboleta restituit: ut Salutis auguriū: Diale Flaminū &c. ℣ Inde ubi: postq̄. ℣ Pastor quater clauserit hædos saturos: uespi quater reduxerit e pascuis: & incluserit capellas. ℣ Et herbæ quater canuerint: albescēt. ℣ Rore recente: gelido. Hac periphrasi a reductione capellarꝝ & rore: uespertinū & matutinū ipſ significat quater sic quatuor ortus & occasus. ergo post quatriduum: hoc est. xxx. die Martii. ℣ Ianus erit adorādus: sacrificandū erit Iano. ℣ Cum quo: Iano. ℣ Erit mitis Cōcordia: adoranda. f. & illi est immolandum. ℣ Et Salus Romana: nā in æde Salutis pro salute populi erecta litādū. ℣ Et ara Pacis: ubi etiā peragenda eo die sacrificia. ℣ Luna regit mēses: pridie calē. Apri. hoc est ultimo die Martii: festū est Dianę: cui in Auētino sacrificat̄. Seruius enim Tullus sextus Rex Latinorꝝ populis persuasit uti exēplo eorꝝ: q Dianæ Ephesiæ ædem fecissent: & ipsi ædē Dianæ in Auētino ædificarent. Quo effecto bos quædā Sabino mīræ magnitudinis nata est: responsum datū ei populum summā imperii habiturum: cuius ciuis bouem illā immolasset: Sabinus bouē in Auentinum egit: & causam sacerdoti Romano exposuit. Ille callidus dixit: prius eum uiuo flumine manus abluere debere. Sabinus dū ad Tyberim descendit: sacerdos Romanus bouē immolauit. Ita imperium ciuibus: sibi gloriam facto, cōsilioq; quæsiuit &c. ℣ Luna regit mēses: de hoc a principio diximus: ꝙ menses a Luna computantur: & principia mensium illi sunt consecrata: cum eandem Iunonem & Lunam esse putarent. ℣ Huius quoque: mensis Martii. ℣ Finit tempora: nam ultimus dies est illi sacer. ℣ Luna: hoc est ipſa Diana. ℣ Est colenda iugo Auentino: in monte Auentino: ubi est illi templum a Romanis pariter & Sabinis erectum: est igitur eo die Dianæ sacrificandum.

Tēplū Lunę in monte Auentino

Finis Tertii Libri.

¶Aduerte in folio. 87. a tergo: ubi ē illud. NOTA. quia sic est legēdum: si Pli. xi. calen. Septēbris exoriri dicat. Tu autem sic accipias: Ouidiū intelligere de ortu uespertino: ꝙ oriatur cosmice post occasum Solis. & Pli. &c.

PRAEFATIO IN QVARTVM LIBRVM FASTORVM CVM DECLAMATIONE ORBITATIS MORTE FRATRVM. PAVLVS MARSVS PISCINAS PO. CL. GEORGIO CORNELIO .M. COR. EQVITIS. F. SALVTEM.

DEstinatum tibi Corneli opus maturãtem: & e medio cursu iam in portum ac celerãtem: Acerbissimæ calamitatis meæ nuntius, paulum ab instituto reuocauit: & huic honestissimo labori nostro moram: & miserabiles quoq; lachrymas adiecit. Namq; illud attuli: quod ad summam mihi infelicitatem deesse uidebatur. Quicquid enim reliqui nobis fortuna prius fecerat, ademit: ut ad extremam lugubremq; orbitatẽ redigeremur. Quam quidẽ miserrimam miseriarum omnium multi putauere. Præsertim cum & soboles: & propagandæ deinceps sobolis spes sublata sit: & fouendę quoq; in posterũ senectę. Quod si ea ætas a propinquis interdum contẽni soleat: Quid erit orbata liberis: & rebus quibuscunque charissimis: atque omni solamine: & adiumento destituta. Quam misera illa sit: omnes apertissime norunt. Quæ si ea ratione infelix dici poterit: cum in quo conquiescere possit: omnino careat. iure esse dicemus orbitatem infeliciſſimam: unde ea nobis miseria redundabit: sic & ego infelicissimus dici potero tot charissimis fratribus: tam numerosa Marsorum familia orbatus. Quatuordecim enim infelix: nam adhuc superstes: mater enixa filios: Decem sub ea ipsa ætate: quæ parentibus plurimum uoluptatis affert: dulci & iucunda pueritia fatum extinxit. Quatuor eramus reliqui. Tres hoc mihi quatriennium sustulit. Primum ex his Angelum quidem uocatum: biennio mihi natu maiorem. Ab incunabulis religioni minorum a matre destinatum: suapte natura mitem: pium atq; mansuetum: & qui me semper habuit longe sibi uita charioré. Iam grauem: omni morum laude: & uitæ sanctitate probatum: quatragesimo ætatis anno mors immatura confecit. Duos deinde funestissima hæc Italiæ bella rapuerunt. Alterum Antonium nomine: quatuor ante me annis natum: Hetruscũ ademit. alterum itidem ut superior: Angelum nuncupatum: quem ego ipse educaueram: & bonis moribus instituerat: & in quo spem omnem futuræ senectæ: si ad eam me numina euexerint: tuẽdæ collocaueram: & cui sociam nuper thalami deram: ut ex eo mihi esset illa sobolem paritura: O me miserum: O me infelicem: Latinum sustulit. Romanam enim militiam sequutus: in Tusculano in præsidiis erat: Iuuenis quidem: & corporis robore & animi fortitudine insignis. Dum pedes in turcum equitem: agrum populantem irruit: & a fronte congreditur: uulnerat insesto telo: & seminecem ex equo diicit. Alter eum a tergo & eques & turcus tacite adortus: nihil sibi inde causẽtem obtrũcat. Itaq; fortissimus ille iuuenis crudeli fato uitam exhalauit. Aberam ego miser nec aliquid rescire poteram. Nemo enim erat: qui tam luctuosam: grauissimam, acerbissimamq; calamitatem per literas ab urbe nunciaret. Compulsus tãdem meis literis: ut aliquid de fratre scriberet Cephalios meus rem omnem aperuit. Quo quidem accepto nuntio: quid acerbius: quid infelicius: qd calamitosum: & lugubre magis afferri potuisset? Hinc igitur ingenti: atq; incomparabili dolore concepto: & animi consternatione: & lachrymis sine fine profusis factum est ut inchoatũ tibi opus ad finem non deduxerimus. Nunc uero lachrymas & querelas minime repetens: nã ut de se poeta inquit: Non tibi sunt mœsta sacra canenda lyra. Ad intermissum modo laborem animum referemus: & prosequemur inceptũ. Sequebat. n. quartus liber: ubi ratio mẽsis Aprilis & festa recinunt: in quo qdem multa sunt: & tibi suauissime Corneli: & cæteris omnibus multũ uoluptatis: & utilitatis allatura.

ANT. FAN.

Quid si gnificat Venerẽ natã ex spuma maris

Aprilis

Aphron Aphrodite

Quare Matrõę sacrificabant Veneri

ANTONII FANEN. ET PAVLI MAR. IN QVARTVM PV. OVI. NASO. FASTORVM LIBRVM ENARRATIONES.

ANT. FAN.

ALma faue dixi geminorũ mater Amorũ. Non recte sensit Eratosthenes: q poemata ad mentẽ & intelligẽtiã indicãdam non censuit: perinde ac poetæ oẽs nõ docẽdi, sed oblectãdi gratia scripserint. Cũ cõtra sapientissimi uiri primũ q̃dã philosophiã poeticã esse dixerint, & Homeri poema nihil esse aliud q̃ studium sapientiæ. Vñ poetarũ figmenta non sunt semp accipiẽda simpliciter: sed altius ispiciẽda, q̃ qdaꝫ opinent: ut ecce quod ad hũc locũ attinet: igneũ semẽ e cælo cecidisse i mare poetæ finxerunt: & Venerẽ nataꝫ e spumis: quo nihil aliud significarũt q̃ ignẽ & aquaꝫ duplicem cãm esse nascẽdi: unde Aries calidus & humidus (ut dictũ est) inter signa zodiaci obtinuit pricipatũ: quẽ tñ multi calidũ esse atq; aridũ tradunt. Eam ob cãm maiores nr̃i Aprilẽ mensem quo nitẽt arua segetib⁹, prata herbis, arbores foliis, & ex cõiunctione ignis & humoris oia pcreant, Veneri dicauerũt. Eũq; mẽsem Fuluius, & Iunius Gracch⁹: teste Varrone: aliiq; nonnulli: quasi Aprilẽ noiatum existimarunt a spuma: quã græci Aphron uocant: unde Aphrodite Venus a Græcis dicit: quã nostri Cæligenã uocarũt: ut idẽ Varro auctor est: q̃uis Plutar. in Numa: Ideo Aprilẽ a Venere dixerint noiatũ: q; eo mẽse & Deæ sacrificãt: & ad calẽdas mulieres lauãt myrto coronatæ. Cingius aũt in libro quẽ de Fastis reliquit (ut scribit Macro.) ait imperite quosdam opinari antiquos hunc mẽsem a Venere noiasse: cũ nullus dies festus, nulliusq; sacrificiũ insigne Veneri p hũc mẽsem fuerit constitutũ: cui Cingio Varro cõsentit: affirmans Veneris nomẽ, ne sub regibus qdem apud Romanos, Latinũ uel Græcũ fuisse. ideoq; nõ potuisse Aprilẽ a Venere noiari: sed ab aperiẽdo dici magis putandũ: quasi Aperilem: q; uerna tẽperie arridẽte (ut ait Plutar.) plantaꝫ germina aperiant: cæteraq; quæ cõtinet terra. Sciẽdũ tñ nõ negare Valeriũ Flacchũ: teste Macro, postea cõstitutũ eẽ: ut hoc mẽse mr̃onæ Veneri sacrũ facerẽt: q̃ Dea & mas & fœmina putabat. Vñ legimus Aristophanẽ eã Aphroditon appellasse: q̃uis cut scribit Ser.) nõnulli dicãt non solũ Venerẽ: sed & alia numina utriusq; sexus participationẽ habere. Sunt q putãt Romulũ altiore prudẽtia ita prios ordinasse mẽses: ut cũ pcedẽs Marti esset dicatus Deo plerũq; hominũ necatori, secũdus Veneri dicaret: q̃ uim eius q̃si bñficia leniret: nã cũ i. xii. signis zodiaci primum signũ Aries Marti assignatus sit: sequẽs. i. Taurus Venerem accepit. Lege Macro. Dicit aũt Venus geminoꝝ Cupidinum mr̃: sed scripserũt qdã plures esse Veneres: pluresq; Cupidies: ut Cicero qui duas Veneres tradit, & tres Cupidies. Primũ ex Mercurio & Diana genitum. Secũdum ex Mercurio & secũda Venere. Tertiũ quẽ Anteron dicũt. Alii hãc Venerẽ: quã ex testibus Cæli & maris spuma genitã Aphroditem uocãt: geminoꝝ Cupidinũ mr̃em dicũt. ut Diua non miti generata põto: Quam uocãt matrem geminus Cupido. Hinc illud ẽ Sillii: Cũ sic suspirãs roseo Ven⁹ ore decoros Alloquit natos. Horꝝ alter uoluptatis ẽ: quẽ Dioges dicere solebat uacantiũ occupationẽ, alter pietatis. Ille enim turpis ẽ de quo ait Vir. i Buc. Nũc insanus amor duri me Martis i armis Tela iter media: atq; aduersos detiet hostes. Ille pi⁹ de quo i. i. Aen. Neq; n. prius cõsistere mẽtẽ Passus amor. Plato duplicẽ amorẽ eẽ dixit: Alterũ terrestrẽ atq; uulgarẽ. Alterꝝ cælestẽ: singularẽ: ac plane diuinũ: & hũc qdẽ esse oi studio ac diligẽtia expetẽdũ: illũ uitãdũ tanq̃ humano generi pnitiosũ. idẽq; hũc cælestẽ amorẽ fauorẽ ẽt uocat: sed sanctũ ac diuino quodã iu stictu pueniẽtẽ. Sagittaꝝ Cupidinis alterã iõ auratã fingi arbitramur: q; pulchritudo sæpissime amorẽ facit: uel q; auꝝ ẽ calidũ & humectũ: nã q; auro amor cõciliari soleat. ut Aurea nũc uere sũt sęcula plurim⁹ auro Venit honos: auro cõciliat amor. Licet ueꝝ sit ut ad id figmẽtũ attineat nõ putarim. Altera uero q̃ fugari amorẽ fabulant: iõ plũbũ hẽ mea sn̄ia: q; cõstat ad alligatis lũboꝝ & renũptibus plũbi laminis ob ei⁹ frigiditatẽ ipetus Veneris ihiberi: auctore Pli. Sane alma Venus ab alẽdo sic dr̃: ut Alma Ceres: alm⁹ ager. Alunt. n. p Venerẽ aialia hoc est ppagãt & seruãt spẽs: q̃uis pereãt idiuidua. Sed almus iterdũ & pulchꝝ significat: auctore Festo: quo nullũ epithetõ magis Venerẽ decet. Sciendũ placuisse qbusdam amores tres esse. Aliis qnq;. Aliis plures. Vñ illud est Propertii: Hos uetuit me numerare timor.

Cupidines tres

Amor duplex

Sagitta cupidinis aurata

Sagitta cupidinis plũbum habens

Almum

ALma faue dixi geminoꝝ mr̃ Amoꝝ. Rõnes huius mẽsis: quẽ nũc q̃rto loco numeramus:

PAV. MAR.

Quid significat Venerẽ natã ex spuma maris

Aprilis

Aphron Aphrodite

Quare Matrõe sacrificabant Veneri



P. OVIDII NASONIS FASTORVM LIBER QVARTVS.



ALma faue dixi geminoꝝ mater Amoꝝ:
Ad uatẽ uultus rettulit illa suos.
Quid tibi ait mecum? certe modo festa canebas:
Num uetus in molli pectore uulnus habes?

cum secũdo loco a Romulo eẽt institutus:a Vectio Macrobiano mutuabimur. Secũdũ,inqt,mẽsem nominauit Aprilem:ut qdam putant cũ aspiratione:quasi Aphrilẽ: a spuma:quã græci αφρον uocant:unde orta Venus creditur. Et hanc Romuli asserũt fuisse rõnem: ut primum quidem mẽsem a patre suo Marte. Pm ab Aeneæ matre Venere noiaret: ut hic potissimũ anni principia seruarent:a quibus esset Romani nominis origo: cum hodie quoq; in sacris Martem patrem:Venerem genitricẽ uocemus. Alii putant Romulum:uel altiore prudentia:uel creti nominis prouidentia:ita primos ordinasse mẽses:ut precedens Marti esset dicatus. Deo plerunq; hominum necatori:ut Homerus naturæ conscius ait: αρες αρες βροτολοιμε μιαιφονε τειχεαλητα. Secundus Veneri dicaret:quæ ut in eius quasi beneficia leniret. Nam & in duodecim signis zodiaci:quorũ cũcta certorum numinũ domicilia creduntur:cum primum signum Aries Marti assignatus sit:sequẽs mox Venerẽ:id est Taurus accepit:& rursus regione Scorpius ita diuisus est:ut Deo esset utriq; cõmunis. Nec existimat rõne cęlesti carere ipsa diuisio:si quidẽ aculeio uel potẽtissimo telo:pars armata posterior:domicilio Martis est. Priorẽ uero partem:cui ξυλοσ apud Gręcos nomen est:nos libram uocamus:Venus accepit:quæ uelut iugo cõcordi iungit matrimonia:amicitiasq; componit. Sed Cingius in eo libro: quẽ de Fastis reliquit:ait imperite quoidã opinari Aprilem mensem antiquos a Venere dixisse:cum nullus dies festus:nullumq; sacrificium insigne Veneri p hunc mensem a maioribus institutũ sit:sed ne in carminibus qdem Saliorum:Veneris ulla,ut cæterorũ cælestiũ:laus celebratur. Cingio etiã Varro cõsentit:affirmans nomẽ Veneris:nec sub regibus quidem apud Romanos:uel Latinũ: uel Græcum fuisse. Et ideo non potuisse mensem a Venere nominari:sed cũ fere ante æquinoctiũ uernum triste sit cælum:& niuibus obductum:sed & mare nauigãtibus clausum. Terræ etiã ipsæ aut aqua:aut pruina:aut niuibus cõtegant. Eaq; omnia uerno:id est hoc mẽse aperiãtur. Arbores quoq;:nec minus cætera quæ cõtinet terra:aperire seu in germen incipiãt:ab his omnibus mensem Aprilẽ dici merito credẽdum est:quasi Aperilẽ:sicut apud Atheniẽses ανθεστηριον idẽ mensis uocat:ab eo q hoc tẽpore cuncta floresçant. Valerius autẽ Flaccus non negat hoc die postea cõstitutum:ut matronæ Veneri sacrum facerẽt. Plutarchus uero in uita Numæ:Aprilẽ inquit:quod Aphroditis idest Veneris habeat cognomentum. Quo mense & Deæ sacrificanti:& ad calendas mulieres myrto coronatæ lauãt. Quidã uero nõ ab Aphroditi Aprilem nominatũ dicũt:sed quẽadmodum simplex le nomen habet Aprilẽ mensem uocatũ:quoniã uerna tẽperie arridente:plantarũ aperiant germina &c. Sed hæc hactenus. Poeta Veneris mẽsem scripturus: Venerem inuocat primo uersu. Affuit deinde illa:& rogat an amet: cum eam uocet qd uelit. ☞ O mater alma:o Venus mater. ☞ Geminorq; Amorq; fauc:mihi festa canẽti. Alma Veneri adiungit. Virg. Alma parẽs confessa Deam. & Alma Venus Phrygii genuit Symoentis ad undam:ab alendo q oĩa alat:unde & Cice. Venerẽ dictam putat: q ad res omnes ueniat. ☞ Geminorq; Amorũ:hoc est ioci & cupidinis:quia ambo filii Veneris tradũtur. Hora.in primo Car. Siue tu mauis Erycina ridẽs:Quã uolat circũ locus & cupido. & Seneca in Tu. Diua nõ miti generata ponto:Q uã uocat matrem geminus Cupido:pro ioco & cupidine dictum. Alter enim est qui allicit:alter qui cõiũgit. ☞ Illa:Venus. ☞ Rettulit suos uultus ad uatem:uertit se ad me. ☞ Ait quid tibi mecum,i.est: cur me nunc uocas. ☞ Certe modo:paulo ante:hoc est heri. ☞ Canebas:cantãdo scribebas. ☞ Festa:dies festos. ☞ Num:an. ☞ Habes uetus uulnus: amoris scilicet. ☞ In molliũ lasciuo. ☞ Pectore:amas ne nunc: sicut prius amabas. ☞ Respondi:ego.

Quare Venus dicit a Græcis αφροδιτη

Aries Marti assignatus

Plutarchus de sacris Veneri dicatis mense Aprili

Scis Dea respondi de uulnere:risit:& aer
Protinus ex illa parte serenus erat.
Saucius,aut sanus,nunq; tua signa reliqui:
Tu mihi propositum:tu mihi semper onus.
Quæ decuit primis sine crimine lusimus annis:
Nunc teritur nostris area maior equis.

ANT. FAN. Myrtus Myrtea corona

Cluere unde Cluacia Venus

PAV. MAR.

Causa pro origine & rõne

ANT. FAN. ☾ Scis de uulnere:nosti Ouidium nunq; esse amoris expertem:qui uel sanus amare cõsueuit. ☞ Nunq; tua castra reliqui: tractũ a militibus:qui non modo nõ sunt transfugæ:sed & incolumes & sauci uexilla non deserunt. ☞ Sine crimine lusimus: ipse in.ii. Tristium:Crede mihi distãt mores a carmie nostro:Vita uerecunda est:musa iocosa mea. Quam sententiam imitatus Martialis ait:Lasciua est nobis pagina uita proba. Potuit hoc dicere ut relegatum se credere uideretur ob Artẽ,quam scripsisset. ☞ Area maior: Metaphora est. Florentinus iurisconsultus:Locum inquit sine ædificio in urbe aream:rure agrũ appellari. Varro Aream esse inquit ubi frumenta secta teruntur,& arescunt:a cuius similitudine loca in urbe pura puta areas dici: quæ (ut inquit Festus) q uacua sint:quasi exaruerint:& quicq; generare non possint id nomen acceperunt. Bene autem meminit auctor areæ in rebus sacris: quæ ad ædes Deorum esse consueuit. Vnde ait Vir. Aut ante ora Deũ pingues spatiatur ad aras. Sensus autem est:In grauiore materia meum uersatur ingenium.

Cõparatio ab equis terẽtibus in Area

PAV. MAR. ☾ Scis tu Dea de uulnere:tu ipsa Venus nosti an amem: uel nõ amẽ. ☞ Risit: ipsa. ☞ Et aer protinus erat serenus ex illa parte: quasi ridente illa aer ea ex parte serenus redditus est. Altiusq; tendit sententia q̃ uerba. nam hoc liquido apparet quoties aspectus Veneris: hoc est ipsius sideris exorientis lætus: hoc est purus & lucidus uidetur. Serenitatem aeris indicat: secus in turbibus. ☞ Saucius aut sanus: uel ardenter amauerim:uel nõ ita uehementer. Nunquã tamen penitus ab amore discessi. & in libris de Remedio: Sæpe tepent alii iuuenes: ego semper amaui: Et si quid faciam,nunc quoque quæris, amo. ☞ Saucius: hoc est cum uulnere. ☞ Aut sanus:sine uulnere. ☞ Nunquam reliqui tua signa:translatio a militia. Nunquã discessi a castris tuis:nam semper sub te militaui: nec discessi a signis: quia non uerti terga hostibus. ☞ Tu mihi propositum: de qua semper dicere proposueram. ☞ Tu mihi semper onus: qui sim in rebus tuis semper occupatus. Quidam legunt opus. ☞ Lusimus:ludẽdo scripsimus. ☞ Primis annis:i iuuẽta. ☞ Quæ decuit: quæ decorum fuit iuuenem scribere. ☞ Sine crimine:& hoc alio tendit:q̃ scribatur. Nam cum ab Augusto damnatus sit: uelata tamen uera causa ob Artem, quam scripserat. Nunc etiam ut se apud Germanicũ excusaret: dicit se ea scripsisse: quæ iuuenem decebat,& sine crimine:quasi dicat per quod dãnari non meruissem. & in Tristibus ad Aug. Nullum legisses crimen in Arte mea.& illud:prius tamen dictum:sed q illud adducit:In quæ meo nullũ carmine crimen erit. ☞ Nunc maior area teritur nostris equis:maior nunc mihi ad agendum materia sumpta est. Et est hoc in loco trãslatio a tritura frugum sumpta. nam ubi maior spicarum copia: ibi maiore area opus est: sic ipse maiorem materiam maioribus annis accepit,nam post iuuentam.

Excusatio Ouidii tacita de libro amandi

☾ Mea tempora

ANT. FAN. Myrtus Myrtea corona

¶ Mea tempora myrto Cõtigit: quia hæc arbuscula Veneris est: ut ait Plutarchus. Gaudet enim littoribus: teste Seruio: & apta est plurimis necessitatibus mulierum. Vnde imperatores (teste A. Gel.) corona myrtea utebantur: qui ouantes urbem introibant: quibusq; incruenta victoria obuenerat: cui facilitati aptam esse frondem Veneris crediderunt: q̃ nõ Martius, sed quasi Venereus quidaꝫ triumphus ouãtium foret: a quib⁹ corona myrtea oualis dicitur: auctore Festo. Introibant autem urbẽ ouantes: uel cum bella indicta nõ erant: uel cum sine sanguine confecta fuerãt. Ferunt Romanos, Sabinosq; cum propter raptas uirgines dimicare uoluissent: myrtea uerbena depositis armis pacem firmasse in loco, qui postea signa habuit Veneris Cluacinæ. Cluere enim antiqui pugnare dicebãt: teste Plinio: qui arborem myrtum ideo tunc electam dicit: quia cõiunctioni & myrto Venus præest. Huius arboris uirgæ gestatæ uiatori prodesse dicũtur in loco itinere impediti.

Cluere unde Cluacia Venus

PAV. MAR. ¶ Tempora cũ causis: hoc fuit nostri ꝓpositi: ut tempora scriberemus: cũ ortu & occasu signoꝝ. Venimus iam ad Aprilem tuũ o Venus mensem: faueas igitur tuo uati: tua nunc quoq; tempora canẽti. ☞ Cano: cantãdo scribo. ☞ Tempora: annum, menses, dies festos, & ꝓfestos, festa stata, & non stata. ☞ Cum causis: cũ rationibus: ut in principio quoq; diximus. Seu cũ originibus: hoc est cum fabulis: siue historiis: unde q̃d originem habuerit. Et quoniam cũ originibus dixerim: nescio qui interpretem fidelissimũ uirum piumq; & ab omni maledicẽtia penitus abhorrẽtem nupertime fuerint inuecti: quasi fuerit in eo uerbo maiestas naturæ læsa. Carpãt licet in puerilibus ludis, & in nomen meum passim allatrent: nõ tamẽ efficiẽt: ut ab instituto diuellar. Illud enim mihi tam a natura datum: q̃uitæ institutione seruatum: ne quem q̃ uerbis prouocent: ne maledicendo cuiuspiam aures offendam. Frustra quidẽ lacessunt: nõdum enim maledicere didici. Nec si quid fieri põt: sine ulla maledicentiæ nota respõdebo. Turpissimum enim esset duci cum quouis milite certamen. Sed hoc tãtum dicere liceat: quod apud Lucanum Cæsar uanam spẽ mortis honestæ Concipis: haud iquit iugulo se polluet isto Nostra Metello manus: dignum te Cæsaris ira Nullus honor faciet. Sed satis sit. Quãuis & illud Tragicum adduci queat: Domi lyciſſam Quid pauisse profuit: ut illa rostro Sanguinẽ hauriret truci: sed redeamus ad rẽ. ☞ Cum causis: cum originibus: seu cum rõnibus: ut ab initio diximus. Nam toto opere poeta cãm: aut ꝓ rõne: aut pro origine ponit. Et enim plerũq; refert: qua rõne quid fuerit institutum: & unde originẽ habuerit: ut in primo libro cum agit: cur Priapo mactet asellus: Causa pudẽda q̃dem, sed tamen apta Deo, refertq; unde asinorum imolatio habuerit originem. Et postea in Carmentalibus: Vnde petam causas horũ, moremq; sacrorũ: quo pacto intelligemus hoc in loco causas: pro meritione: an pro origine & rõne? Sed ne nimiũ imoretur: quia frequẽtes loci sunt huiusmodi: ubi cãm pro origine ponit: nam mox subiicit unde principium res ipsa habuerit. Et quia non credit: euoluamus dilucidiores locos in secũdo libro ubi de lupercalibus agit: Dicite Pierides sacrorũ quæ sit origo: Attigerit Latias unde petita domos: Quę sit origo dixit: & originem luperaliũ græcam refert: iam negari nõ potest. & in eisdem sacris: cum latinam originẽ referre uult inquit: Adde peregrinis causas mea musa latinas. Vides ne q̃ apertissime causas pro originib⁹ posuerit. Eodem enim tendit utrunq; nam cum primum precatur musas: ut dicant originem & græca relata est. Postea precatur ut latina causa referatur: quis est tam pertinax: qui pro origine dictuꝫ neget: cum originem sacrorũ apertissime referat quod creberrimum est apud poetam: cũ causam aut pro origine: aut pro ratione ponit. Quod ut constet cum cãm non ponit: ponit originẽ, ut in Palilibus: Expositus mos est: moris mihi restat origo, & i Storalibus: Dic Dea respondi ludorum que sit origo. In Lemuralibus: Dicta sit unde dies quæ nominis extat origo: Me fugit ex aliquo est inueniẽda Deo. Originem hoc in loco dicit. Sed q̃d ꝓsequit ut uideamus qua rõne positum: Pleade Natemone uirga uenerãde potẽti Sæpe tibi stygii regia uila Iouis. Venit adoratus Caduci fer alpice causaꝫ Nominis ex ipso est cognita causa Deo. Quis negat causam pro origine positã: cum prius dicat: Quæ nois erat origo: & postea subdit: ipso Deo cognitã esse causaꝫ: & refert unde originẽ habuerint Lemuraliꝫ. & in principio sexti: Hic quoq; mẽsis habet dubias in nomine causas. Et post: Hic ego quęrebam cœpti quæ mensis origo Esset: & in cura nominis huius erã. causas & originẽ indifferẽter dicit. & postea: At decus omne mihi contingit origine mensis. Constat igitur tandẽ ex poeta ipso causam pro origine poni. His argumẽtis cum referat rerum, de q̃bus agit, originem: & cũ interdum ubi cãm nõ ponit, originẽ ponit. Vel cum conuertat: ut cãm pro origine, & originẽ pro causa ponat. Arguamus nunc a diffinitiõe uocabuli. Fabius Victorinus sic diffinit: Causa est animi impulsus ad aliquid agendum. Quicquid enim fit ex aliquo animi ipulsu fit. Et quoniã ita forte arguitur: Romulus causa fuit cõdendæ urbis: propter ipsius animi ipulsum: nõ tamẽ fuit origo. nã hæc refertur ad principiũ ipsius ædificationis: cum essent oĩa quę ad rem facerent parata. Euoluatis Ciceronẽ inuenietis duplicem causam: ipulsiuã & ratiocinatiuã. Impulsiua est in ipso prĩo motu. Ratiocinatiua est in rõne & consilio. Primo enim loco est animi ipulsus: deinde est ipsa ratiocinatio. A prima q̃dem origine pẽdẽs. Et ipse ipulsus est origo rei. Frustra. n. adhiberet ratio: immo adhiberi non põt: nisi fit ille animi ipulsus: nam ut ab initio diximus: ex causa est ipsa rõ: quæ quidem est rerũ gerendarũ ordo ex causa uenientium. ut q̃d quo loco faciasꝫ ac dicas, intelligas. Rõ sine causa esse non põt: causa uero sine rõne põt. Hoc idẽ Fabius inquit. Sed iam pueris notum esse arbitror: impulsum illũ animi originẽ esse rerum agẽdarum. Sed q̃ multis persuasum est contrariũ: & adeo tenellis mẽtibus infixum: ut auelli nõ possit si nobis nõ creditur, non Fabio, non poetæ nostro, non rationibus: credatur tandem Aristoteli, & Ciceroni. Aristoteles enim ostendit causam esse negociorũ originem. Cice. in lib. de natura Deo. Causam hoc est principium inquit. Quod si hi errant: cum his errare malo: q̃ cum cæteris recte sentire. Arbitror etiam dicturos eos Aristotelem & Ciceronẽ errasse. Sed iam finis sit. Neq; uolebam tam longe progredi: Deus enim testis est: me nõ fuisse maledictis respõsurũ: sed q̃ locus exigebat: ut de causis agerẽ: uolui ostẽdere: ut oportuit cuꝫ

Tempora cum causis annalibus eruta priscis,
Lapsaq; sub terras, ortaq; signa cano.
Venimus ad quartũ, quo tu celeberrima, mẽsem:
Et uatem, & mensem, scis Venus esse tuos.
Mota Cytherea est: leuiter mea tempora myrto
Contigit: & cœptum perfice dixit opus.
Sensimus: & causæ subito patuere dierum:
Dum licet: & spirant flamina: nauis eat.
Si qua tamen pars te de Fastis tangere debet

Causa pro origine & rõne

Inuocatio ad musas

Quare Romulus fuit causa cõdendæ urbis

De origine urbis Romæ ſm Aristotelẽ & Ciceronẽ

cauſis:hoc eſt cū originibus recte dictum:nō ut quēq; carperē:ſed ut mea dicta defenderē. Sed proſequemur iter inſtitutū. ¶ Eruta ānalibus priſcis:quæ ego magna cura & diligētia ex uetery ānalibus excerpſi. ¶ Et cano ſigna lapſa ſub terras & orta:ortū & occaſū ſignoꝝ:ut ab initio dictū eſt. ¶ Venimus ad quartū mēlem:ad Aprilem:q quartū āni locum obtinet.

Cæſar:in Aprili quod tuearis,habes.
Hic ad te magna deſcendit origine menſis:
Et fit adoptiua nobilitate tuus.
Hoc pater Iliades,cum longum ſcriberet annum:
Vidit:& auctores rettulit ille ſuos.
Vtq; fero Marti primam dedit ordine ſortem:
Quod ſibi naſcenti proxima cauſa fuit:
Sic Venerem gradibus multis in gente receptam
Alterius uoluit menſis habere locum.
Principiumq; ſui generis,reuolutaq; quærens
Sæcula,cognatos uenit ad uſq; Deos.
Dardanon Electra quis neſcit Atlantide natum?
Scilicet Electram concubuiſſe Ioui?

¶ Quo:mēle. ¶ Tu celeberrima:cultiſſima & celebratiſſima es. ¶ Et tu Venus ſcis uatē:me ipſum q cano tpa. ¶ Et mēlem eſſe tuos:nā & ego tui iuris ſum:& menſis tibi dicat?:& a tuo noie nūcupatus.faueas ergo dū ea canimus:q̄ ad te ipſam pertinēt. ¶ Mota Cytherea:Venus mota eſt uerbis meis. ¶ Cōtigit leuiter mea tēpora myrto: ut ſpiraret mihi mentē quā petierē ea q̄ cupiebā.Myrtus.n.Veneri ſacra.de ea paulo iferi?. ¶ Et dixit pfice cœptū opus: qđ incepiſti ꝓſequere,& pfice. ¶ Sēſimus:cōtigere.ſ.illa tēpora & mētē inſpiraſſe. ¶ Et cauſæ dieꝝ:origines & mēſis Aprilis,& feſtoꝝ ipſius mēſis. ¶ Subito patuere:fauētē iā numine. ¶ Dū licet:ſcribere.ſ.hæc. ¶ Et ſpirāt flamina:dū flant ſecūdi uenti. ¶ Eat nauis:nauigemus ꝑ trāſlationē a nautis:qui ſecūdo uēto utunt:hoc dicit:Nūc cum Venus ipſa faueat,ꝓſequemur incœptū. ¶ Si qua tamē pars te:o Germanice:ſi qđ eſt in Faſtoꝝ:quod ad te pertineat:præcipuus ē hic mēſis:qm̄ Veneri dicatus ē:a qua qdem ꝓgenita eſt Iulea domus: in quā tu adoptatus es. Domeſticus hic ergo uobis mēſis:cum Iulioꝝ progenitricis ſit. ¶ Tamen o Cæſar:Germanice, ¶ Si qua pars de Faſtis:de Faſtorum libris & mēſibus ipſis. ¶ Debet te tangere:te mouere:quod ad te pertineat.

Aprilis eſt mēſis gētis Iuliæ

ANT. FAN. ¶ In Aprili qđ tuearis habes:quoniā hic menſis a Venere nomē accepit:a qua Cæſares deſcēderūt.Vnde auctor ſubiūgit. ¶ Et fit adoptiua nobilitate tuus:nā Iulius Cæſar a Venere ꝑ Iuliū Aeneæ filiū originē ducens adoptauit Auguſtū:Auguſtus Tiberiū Neronē: Tiberius Germanicū:cui Naſo(ut diximus)hoc opus īſcripſit. Vīi nos lampridē apertiētes amico cuidā noſtro qd de inſcriptiōe huius operis ſentiremus:poſt multa illud ſcripſim?:Noluit immerito Faſtos ſcripſiſſe Neroni:Natus habet tituli præmia qui meruit. ¶ Pater Iliades:Romulus Iliæ filius. ¶ Longū cū ſcriberet annū:Lunaris cōparatione lōgū dicit:nā breuis eſt:ſi Solſtitiali cōpareť:qui.xii,menſibus cōſtat. ¶ Auctores rettulit ille ſuos:Martē & Venerē ut Hæc generis princeps ipſius ille pater. ¶ Q đ ſibi naſcēti ꝓxima cā fuit:qa Mars Romulo pater fuit: eū cām ꝓximā uocat.Nā Venus Romuli mater dī:ſed alia rōne: multis uidelicet gradib? interiectis.Quidā legūt naſcēdi. ¶ Cognatos Deos:ſouē ac Venerē.Hāc Aeneæ parentē: illū Dardani. ¶ Dardanon Electra qs neſcit Atlātide natū?Vir.in.viii.Aene.Dardanus Iliacq primus pī urbis,& auctor Electra:ut Graii phibēt Atlātide cretus Aduehit Teucros:Electrā maxim? Atlas Edidit ærhereos humero q ſuſtinet orbes.Scire aūt debemus tres fuiſſe Atlantes:ut inqt Serui?.Vnū regē Arcadiæ:q pī eſt Maiæ.Aliū Maurū,q maxim? dī.Tertiū Italū prem Electræ:ex qua & Ioue natus ē Dardan?:q Dardanū cōdidit:ut Homer. ſcribit in.xx.Iliados.Licet qdā Dardanū non ex Ioue:ſed ex Coryto rege Thuſciæ natū dicāt:q Electrā uxorē habuit.Ex ea & Ioue Iaſiū quoq; genitū tradūt:ut Hic Dardan? ortus Iaſiuſq; pī.Referť iane hoc loco Romani ſanguinis nobilitas a Dardano Iouis Cretenſis filio ad Romulū.Q đ Ouid.facit nō ſolū ut oſtendat quare Aprilis a Venere nomē acceperit:ſed Cæſaribus blādiať:qb? placere ſtudet.Ferūt Dardanū Coryto ulta functo: a quo oppidū Thuſciç Corytí nomē accepit:cuꝰ de regno ab Iaſio diſſentiret:eo interfecto ſe in Samothraciam:poſteaq; in Phrygiā cōtuliſſe. Sed de his uaria leguńt:qa (ut inqt Virgilius)fama eſt obſcurior annis.

Dardanus Coryti rex Iaſius Coryti oppidū

Quare Venus dicitur mť Romuli

Atlantes tres

¶ Habes quod tuearis:qđ in tuo iure defendas. ¶ In Aprili:ī hoc mēſe. ¶ Hic mēſis deſcēdit ad te ipſum magna origine:magnis cauſis: ſeu rerū principiis.Nam illi numini dicatus ē:a quo Cæſareuꝰ genus originē ducit. ¶ Et fit tuus:tui iuris:aut tibi domeſticus.Adoptiua nobilitate:ea nobilitate Iulea.in quā tu adoptatus es.Iulius enim Cæſar ex Iulio Aſcanii filio ꝓgenitus eſt.Is Octauiuꝰ adoptauit in filiū:Octauius Tiberiū ea lege:ut ipſe Germanicū fratris filiū adoptaret:ſic ꝑ adoptionē a Venere quoq; originē ducit. ¶ Hoc pater Iliades:Romulus quoq; cū uideret ſe a Venere ꝓgenitum:& patrē habuiſſe Martē.iūgit mēſes ipſos.nā primo loco mēſem a ſe ipſo Marti,Secūdo Veneri dicatū numerauit. ¶ Pater Iliades: Romulus Iliæ filius & urbis cōditor. ¶ Vidit hoc,ſ.ſe eē a Venere ꝓgenitum. ¶ Cū ſcriberet:cōſtitueret. ¶ Annū longū:annū ciuilem:quem decē mēſium numerauit.Lōgum ad differētiaꝰ āni Lunaris. ¶ Et rettulit ille ſuos auctores:Venerē,unde eſſet ſui generis origo:& Martem, quo natus erat. ¶ Et ut dedit primam ſortē ordine fero Marti:ut primū locū anni a ſe cōſtituti Marti aſſignauit. ¶ Q đ fuit ꝓxima cā ſibi naſcēti:qđ ipſius fuerit auctor & origo ꝓpiquior.Nā pater,q eum genuit. ¶ Sic uoluit Venerē receptā in gente:in familia.Quidā legūt repertā. ¶ Multis gradibus:lōga ꝑ gradus cognatiōe.nā ꝑ ſucceſſionis ordines ab Aenea ad Iliā matrē. ¶ Habere locū alterius menſis:ſecūdi:ut ſecūdi anni locum obtineret ipſa Venus. ¶ Et quęrēs : inquirens ipſe Romulus. ¶ Principium ſui generis:unde originē habuiſſet. ¶ Et ſæcula reuoluta:ætates iam exactas,& reuolutas longa annorū ſerie. ¶ Venit uſq; ad cognatos Deos:ideſt uſq; ad Iouem & Venerē.Nā alter auctor Troiani generis:altera Aeneæ mater:a quo ipſe ꝓgenitus eſt. ¶ Dardanō Electra: explicat nūc poeta Romani generis uetuſtatem.Ipſamq; genealogiam a Dardano Iouis filio : uſq; ad Romulum ipſum.Quæ quidem generationis ſeries a multis:uariiſq; ſcriptoribus explicata a nobis ex fideliſſimis hiſtoriographis:tam græcis q̄ latinis excerpta.Inque breue cōpēdiolum ſuperioribus annis:natali qdem Romano redacta eſt.Expoſita quoad fieri potuit breuiſſime re ipſa ab ultima Troianoꝝ origine: uſq; ad ſummū Romanæ urbis īperiū.Quod cū locus exigere uideaťut ipſa quoq; ſeries nunc exponēda ſit.Non abre uiſum eſt ea,quæ ad Romuleum genus pertinent: ab initio ad Romulū his noſtris quoq; Cōmētariolis īſererе:ut nō carmine uera nunc hiſtoria cognoſcatur. Sic enim exorſi ſumus.

PAV. MAR.

Annus dicit ſolaris ad differentiā anni lunaris

¶ Roma

ROma Genethliacã tibi nũc libatur ad aram.
Candida lux orta eſt:qua primũ facta parẽti
Fundamẽta tibi:totum paſſura per orbem
Brachia:ſidereo caput admotura tonanti.
Quo maius nihil eſt:tua te ſi gloria tangit,
Et decus antiquum:faueas pulcherrima uati
Roma tuo:& prima referentem ab origine rerum.
Fas ſit in auguſtos deducere carmina faſces
Fabula uana procul tantis modo rebus adeſto:
Vera canam:Arcadicos Atlas ſeruabat honores
Cum furit Electræ magno dycteus amore
Iuppiter:hancque grauem:& geminata prole parentem
Reddidit:Iaſius pater hinc:& Dardanus orti.
Alter agit primo uitam ſine coniugis uſu.
Accipit at Chryſem magno Pallante creatam
Dardanus uxorem:proles Idæus ab illa
Naſcitur:& Dymas ſubiit poſtremus honori
Arcadico:cedit pater hinc:& filius alter:
Iaſiuſque ſimul:magna iam claſſe parata
Armiferam in Thracem deuentum:& celſa tenetur
Inſula:Mercurio genitus:Samothracia nomen
Cui dedit:at Cererem ſibi dum concumbere tentat:
Occidit Iaſius rutilo confoſſus abigne.
Protinus in Phrygiam penetrauit Dardanus oram.
Heleumque ſinum tenuit:conſcendit in altos
Idæus Phrygiæ montes:Idæa uocauit.
Nomine deque ſuo iuga celſa:atque Orgia Bacchi
Inſtituit Phrygios:tum cum frenaret alumnos
Scamandri ſoboles:Idææque unica nymphæ
Teucrus:Cecropio quãuis referatur ab antro
Aduenisſe:ſuo populos de nomine Teucros
Ex illo dixiſſe ferunt.cui nulla uirilis
Progenies:tantum patrios Bathea penates
Nympha colit:Chryſe extincta tibi Dardane iungit
Connubio pater hanc:pariterque recepit auiti
In partem regni:& Teucro ſubeunte ſupremi
Fata rogi:Phrygia ſolus dominaris in omni.
Natus Erichthonius:quo fortunatior alter
Non fuit:ille auri:atque equitum:& ditiſſimus agri.
Atque huic Calliore Scamandri filia nupta.
Natus ab his Tros eſt:hinc magnæ nomina Troiæ:
Ex Troe:& ſobole Eumedis Callanide nati
Ilus & Aſſaracus:Ganymedis & inclyta forma.
Incoluit campos Ilus:hinc Ilion altum:
Quod male ſeruauit periurus filius Ili
Laomedon:Priamus de Laomedonte creatus:
Et matutinum raptus Titonus in ortum.
Ingentem Priamus cum fratribus Hectora gignit.
At ſacer Aſſaracus Clytodore coniuge felix
Fit pater:atque Capim genuit:cui Naide iuncta
Naſcitur Anchiſes.Venus huic Simoentis ad undas
Aeneam peperit:Priami cui nupta Creuſa eſt.
Natus & Euryleon:generis ſpes maxima dictus:
Inque fuga Aſcanius.nam Troia ardente ſupremum:
Et Priami genere extincto.miſerabile magno
Collapſo imperio æternum penetralibus ignem:
Magnorumque Deum ſacra,Troianoſque penates
Suſtulit Aeneas:& cum genitore petiuit
Aerios montes:cui formidantia luſtrum
Rurſus bis geminum conſumet agmina bello
Omnia Graiorum:tribuere abſcedere tuto
Quocunque ire uelit:fato iam coniuge rapta:
E patria illachrymans,comites, natumque, patremque
Secum agit:& ſtructis iam puppibus æquora uerrens
Thraces adit primum Troiæ e regione iacentis.
Hic hyemem q̃ longa fuit,q̃ mœſta peregit:
Mœniaque hic poſuit:poſitoris habentia nomen.
Quique ſuperfuerant bello:qui credere tutæ
Se potuere fugæ:dux manſuetiſſimus omnes
Suſcipit:inde pius Thracenſi littore ſoluit.
Vere nouo profugæ ſulcant Aegęa carinæ
Aequora:& Ionias curſu tranatur ad undas,
Et tamen Aeneas Siculis appellitur oris.
Dumque urbes Elymi condunt.hic altera luctu
Aſpera ceſſit hyems:ſicula tumulatur harena
Anchiſes genitor:ſoluuntur iuſta parenti.
Inde ubi ueliuoli ſubſederat ardua ponti
Vnda:uocant auræ ſpirantes Solis ab ortu
Carbala:Tyrrhenas agitur properata per undas
Claſſis:ab Aenea mox in Laurentia uentum eſt.
Tunc Aboriginibus parentia littora:magni
Tybridis ora ſubit:cui tunc erat Albula nomen.
Rex Aboriginibus reddebat iura Latinus
Iam ſenior:dulci populos in pace regebat.
Vnica cui ſoboles tantum Lauinia uirgo.
Hunc toties placidæ monuere inſomnia noctis
Suſcipere externum:qui claſſem appelleret oris
Auſoniis:magnum imperium:magna inde futuram
Progeniem:toti quæ poſt dominabitur orbi.
At pater Aeneas fatalia ſigna ſequutus
Aduenisſe fugæ finem:certo omine ſentit.
Condendæque ſus prægnans indicat urbis
Parua quidem primo deſignat mœnia ſulco.
Nec mora turbatis rerum nouitate Latinis
Venit in alloquium regis:mox fœdera iungunt:
Et datur Aeneæ dulcis Lauinia coniux.
Et ſimul e Phrygiis multi accepere Latinas.
Hinc omnes uno Latii cognomine dicti
Compoſitam uocat Aeneas a coniugis urbem
Nomine:& e Phrygiis quos ſecum adduxerat oris
Imperitat ſolis primo pater inclytus anno.
Cum tamen a Rutulis Latii premerentur:& ipſe
Afforet auxilio regi:caderetq; Latinus:
Atq; hoſtis pugna Turnus raperetur eadem:
Imperium accipit ſoceri:tutatur:& auget.
Et quartum regno iam tandem exegerat annum:
Cum cadit:aut bello raptus,fluctus ue Numici.
Quæſitumq; diu nulla tellure cadauer
Inuentum:inq; Deos tranſlatum credidit omnis
Auſonia:huic pubes poſuit Lauinia templum:
Atq; hoc candenti ſcripſere in marmore carmen.
Terreſtris,Diuiq; patris,fluctuſq; Numici
Numine perpetuo qui flumina ſancta gubernat.
Aſcanius Latiæ ſuſcepit pondera molis.
Hunc quoq; Tyrrhenis urget Mezentius armis:
Victa tamen Latio ceſſerunt robora Marti
Tyrrhena:extincto crudeli funere Lauſo.
Hinc memor Aſcanius repetens mandata parentis
Egregii:ſimul & ſeruanda oracula diuum
Sępe animo uoluens:celſis in collibus Albam
Condidit:& Latiæ dicta eſt ea regia genti.
Et iam tres ſeptem luſtris adiecerat annos
A patris interitu:quo regnum acceperat ingens.
Cum ruit in funus generoſa prole relicta,
Imperium natu maior depoſcit Iulus.
Venit Iuleum genus unde:decuſq; ſuperbum
Militiæ:atq; omnis Romanæ gloria gentis.
Parte alia petit Aenea generatus auitum
Filius in regnum recepi:quem mater in altis
Ediderat ſiluis:nam cum Lauinia rapto
Coniuge:iamq; grauis:priuignum mœſta timeret.
Ceſſerat in ſiluas:natumq; enixa:fideles

Pastores inter patrios in saltibus altis
Educat:& puero tribuit sua nomina casus.
Quoq; ubi compertum est:iussu reuocātur in urbem
Alcanii:& paulo post hæc regina supremos
Versa est in cineres:& Tros sua fata sequutus.
Ergo ambo certant Latiis succedere regnis.
Hinc patruus:hinc ipse Deo dilectus Iulus.
Hoc tum certamen prudens:litemq; diremit
Tali iudicio populus:succedat honori
Sacrorum:rebusq; Deum fugatur Iulus.
Et quoniam Silui regnum hoc dotale parentis
Siluius accipiat:factum hoc cognomen ab illo:
Regibus Albanis data sunt:sequiturq; parentem
Siluius Aeneas:cuius post fata Latinus
Regnum adiit:patri clarus subit Alba Latino:
Atq; Albæ Calpetus:solium Capis inde paternum
Occupat:hinc patrio succedis Calpete regno.
Tum Tyberinus adest:pugna qui cæsus:& amne
Raptus ab Hetrusco:primo miserabilis æuo:
Nomen aquæ tribuit:post hunc Agrippa gubernat
Res Italas:tanto Diuum contemptor honori
Succedit:superos imitans Palladius ignes
Impius:& ingenti cupiens pro nomine haberi:
Et terrere homines:superi Iouis igne crematur.
Absorptusq; lacu est omnis unda:obruit ædes
Regis:Auentinum proceres in regna uocarunt.
Romano dedit hic moriens sua nomina colli.
Filius inde Procas rebus successit auitis:
Hocq; satus Numitor:& tu crudelis Amuli:
Extincto q; Proca subiit contentio regni.
Et data conditio est uter imperet:alter habeto
Troianas & opes:& quantuncunq; relictum est
Valorum:suluiq; auri:argentiq; talenta.
Accipit imperium Numitor:fit ditior alter.
Mœnibus ille potens:at ille potentior auro.
Et regnis inhians:ingentia robora fortem
Militiam parat:& celsam mox occupat arcem:
Imperiumq; pio fratri uiolentus ademit:
Dat tamen unde queat tenuem deducere uitam.
Inq; per insidias truncat Numitore creatum
Egestum in siluis:quo fratri nulla uirilis
Sit soboles:tantum seruabat filia sedes
Siluia:& hanc Vestæ curanda in sacra relegat.
Hæc quoq; siue proco:genioue:aut numine Diuum:
Aut ipse insignis pressisset Amulius armis
Sacra lauaturas dum mane incedit ad undas:
Et uiridi consedit humo:correptaq; somno
Fit grauida:obscura tegitur calligine tellus:
Solq; fidem fecit rutilo mutatus amictu
Concepisse Deo:sed quo conceperat orbi
Incertum est:redit illa domum iam languida uirgo:
Remq; aperit matri:uelantur crimina:morbus
Fit causa:in templum cur non eat illa pudicum.
Mens tamen interea sæui seu conscia regis:
Seu suspecta doli:metuens:curare medentes
Illam adhibet:genitrix arcet:morbumque uirili
Non ait hunc sexu prodendum:turgidus ira
Vxorem mittit custodem:atq; illa tyranno
Mox scelus omne refert:furit ille insanior Euris:
Cum rapere ingenti maria omnia turbine tentant.
Et cæsurus erat prægnantis uiscera ferro:
Hinc instat Numitor:hinc Antho filia regis.
Inq; Deos referunt crimen sæuissimus iram
Distulit in decimę redeuntia cornua Lunæ.
Siluia fit genitrix.heu prolem enixa gemellam:
Et uirgis cæd: uirgo miseranda iubetur:
Defodierque solo:pœna hæc Vestalibus ipsis:
Quæ uetitum patiantur opus:miserabilis Antho
Ante patrem supplex tumidum procumbit:& orat:
Orat opem miseræ:& precibus seruata sororis
Dicitur:at geminos deferri ad Tybridis amnem:
Immergique iubet fluuio.mandata ministri
Inuiti peragunt:tantum scelus unda refugit:
Et pueri in sicca miseri uersantur harena.
Quid nisi pro miseris poterant uagire querelis.
Vagitus enixa tamen lupa sensit:ad undas
Sedatura sitim progressa accurrit:& illos
Deposita feritate uidet:miserata iacentis
Eripit e cœno:dehinc ubera plena gemellis
Admouet:o superi quanta est clementia cæli.
Qui positurus erat populis ingentia magnis
Mœnia:perpetuos terræ latura triumphos.
Pascitur infelix infantia lacte ferino:
Atque auis expositis suggessit Martia Picus
Sæpe cibos:non hoc uatum:non fabula uulgi:
Sed fatale quidem:quos sors in magna uocabat
Imperia:hos casus:& mille pericula rerum
Parca subire dedit.tot per discrimina passum
Quid repetam Astyagis muliebri e stirpe nepotem?
Nutritum quoque lacte canum:miserantius inter
Pastores quanto post imperitauerit orbi.
Gorgonis indigno coitu cui filia natum
Edidit:exponi iussit sua uiscera siluis.
Lac illi tribuisse feras uisum:inde relatus
Inq; iter angustum iactus:qua armenta redibant:
Vt miserum obruerent:etiam hæc alimenta dederunt.
Obiicitur canibus ieiunis:hi quoq; pascunt.
Vbera dantq; sues:& demum immergitur undis
Oceani:summaq; infans leuis innatat unda.
Seruaturq; Deum manifesto numine:littus
Excipit:exceptum pauit quoq; cerua iacentem:
Et tandem ad magni sublatus culmina regni,
Factaue quid referam Mosis crudelia nostri.
Electum Pharios gemuit quem mœsta fluento
Mater:& hic domini seruatus munere cæli
Esset:ut ille Dei populo qui mœnia sancto
Poneret:& uera sub religione foueret.
Numina sic miseros seruarunt alta gemellos:
Esset ut ille Deis magnam qui conderet urbem:
Ergo hæc e celso miracula monte uidentes
Pastores stupere omnes:pecorisq; magister
Albani:magnisq; feram clamoribus urgent.
Illa quidem fienti similis post oscula gressu
Discedens lento:sese in nemora alta recepit.
Conuenere duces ouium:mirantur:opemq;
Ferre parant:una primum tellure leuantur.
Suscipit hinc illos Euandri Faustulus Arcas
Gente satus:secumq; refert:& tradit alendos
Vxori:clarum cui tunc Laurentia nomen.
Educat hæc:crescunt cælesti semine nati:
Iam pueri:iam tum iuuenes:iam pectora forti.
Non his cura greges:armentaue pascere:non hos
Pastorum cultus:& fistula pacta iuuabat:
Sed studium ludis primum exercere iuuentam:
Aut iaculo:aut nuda corpus laßare palæstra:
Et sophiæ Gabiis ambo incubuere Pelasgæ.
Faustuleas tutantur opes:cædunq;:fugantq;
Latrones:& cura fuit cui uiuere rapto.
Et iam bis nouies Cancer gestauerat axes
Soliferos:toties tulerat Capricornus eosdem.
Cum tegerent teneras prima lanugine malas:
Inter pastores orta est contentio sæpe

Montis

Pallãtia septa

Montis Auentini:& Pallantia septa tuentes.
Sæpe duo fratres Pallantia septa tuentur:
Et sub Auentino pulsant Numitoris ouile.
Res domino delata suo:regiq; superbo.
Mittitur infestus iuuenes qui comprimat hostis.
Lucebatq; dies:magni quo festa Lycæi
Panos erant:castoq; Deum dum indulget honori
Romulus:insidiis capitur germanus ab hoste.
Ad regem trahitur manibus post terga reuinctis.
Plectendum accepit Numitor:mox indole motus
Obstupuit:tacitum iuuene in penetralia ducto:
Quo genitus rogitat:pastoris sanguine cretum
Sese ait:ecce subit tectum Latinus alumno
Pastor opem:tutas aperit Numitoris in aures
Fata gemellorum:remq; omnem ex ordine pandit.
Romulus interea turbam collegerat omnem
Pastorum:secumq; Albana in mœnia ducit.
Sub ærio insignes clypeo:sudibusq; præustis.
Inferiore urbis subierunt parte:ruuntq;,
Consulto Numitore tamen,sub tecta tyranni:
Et regem obtruncant:& Celsa Romulus arce
Vi potitur:prolesq; omnis deletur Amuli.

¶ Hactenus iuuet hæc de Romulo dixisse:quoniam eo natali nos longius progressi sumus ad Augusti tempora: referemus tamen suo loco,quæ ad conditam urbem pertinent.Sed redeamus ad poetam: & ex eo genealogiã ipsam exponamus.☞ Quis nescit:quasi omnes sciãt. ☞ Dardanon natum Electra Atlantide:Dardanum filiuꝫ fuisse Electræ Atlantis filię & Iouis.☞ Scilicet:certe. ☞ Quis nescit Electram cõcubuisse: pro succubuisse. ☞ Ioui:hoc ab historicis refertur: ex Ioue Cretensi & Electra Atlantis filia natos fuisse Dardanum:& Iasiuꝫ.

ANT. FAN. Erichthonius

¶ Huius Erichthonius:hic Dardani filius mortalium omnium ditissimus fuit: teste Homero:qui habuisse dicitur tria equarum millia: quæ pullos nutriebant.Nõ est autem hic Erichthonius: quem serpentinis pedibus fuisse fabulantur terræ ac Litis filium: de quo Ouidius alibi: Pallade conspecta natuꝫ de crimine uirgo Sustulerit quare quæret Erichthonium.Hunc fabulosum idem poeta sine matre creatum scribit.Dardanus autem Erichthonium suum dicitur e

Tros

Teucri filia genuisse.☞ Tros est generatus ab illo:hic est Ili,Assaraci,& Ganymedis pater:quem Erichthonius genuit ex Calliore.Ab eo Troia dicta est:quã ante a Dardano Dardaniam:a Teucro Teuciam dixerunt.Cæterum ab Ilo eius filio Ilium nomen accepit. ☞ Assaracusq; Capyn:

Capys

Capys ex Assaraco & Clytodore genitus, Anchisen genuit.☞ Non dedignata est:immortalis Dea: ut mater Aeneæ fieret non aspernata est mortalis Anchisæ cõiugium.ut Coniugio Anchisa Veneris dignate superbo. ☞ Venimus ad felix aliquando nomen Iuli:hic(ut Dionysio placet)in fuga Ascanius appellatus est:ante Euryleon.Sed Cephalon scriptor uetustissimus(ut idem inqt)

Eury- leon

memoriæ prodidit quatuor Aeneæ fuisse filios:Ascanio, Euryleontẽ,Romulõ,ac Remõ.Fuit ãt Ascanius Aeneæ

Ascani? Aeneæ filii

filius ex Creusa:quãuis Liuius dubitet Creusæ ne an Lauiniæ filius fuerit.Is(teste Seruio)a prima barbæ lanugine,quę ei nascebatur,quo tẽpore Mezentium superauit,

Iulus

ẽm Catonẽ,Iuli nomẽ accepit:a quo dicta est familia Iuliorꝫ.Quãuis sint q eã ab Ascanii filio denominatã uelit.

¶ Huius:Dardani.☞ Erichthoni?:fuit filius ex Batthea

PAV. MAR.

filia Teucri: quem fortunatissimum Homerus uocat. ☞ Tros est generatus ab illo: ex Erichthonio & Callirore natus est Tros.☞ Hic: Tros.☞ Creat: gignit.☞ Assaracum: ex Troe & Callanide Eumedis filia natus est Assaracus,Ilus,& Ganymedes.☞ Hic:Assaracus.☞ Creat Capyn:nam ex Assaraco: & Clytodore natus est Capys.☞ Proximus Anchises: quem Capys ex Naide genuit.☞ Cum quo: Anchisa.☞ Venus non est dedignata:

Huius Erichthonius:Tros est generatus ab illo:
Assaracum creat hic:Assaracusq; Capyn.
Proximus Anchises:cum quo commune parentis
Non dedignata est nomen habere Venus.
Hinc satus Aeneas:pietas spectata per ignes:
Sacra,patremq; humeris,altera sacra,tulit.
Venimus ad felix aliquando nomen Iuli:
Vnde domus Teucros Iulia tangit auos.

sed dignata.☞ Habere commune nomen parentis: hoc est: Non puduit Venerem Anchisæ succumbere: & ex eo patere:sic habere nomen parentis cum eo commune. Nam peperit illi Aeneam.☞ Hinc:ex Venere & Anchisa. ☞ Satus:natus est Aeneas.☞ Pietas spectata per ignes: quasi cuius pietas experta,& cognata,& probata p medios ignes. & Crispus: Ni uirtus,fidesq; uestra spectata mihi satis foret. Aeneas ereptus est a numine per ignes: & hostes in excidio Troiano. Vnde ipse apud Virgil.Descendo:ac ducente Deo flammam inter hostes Expedior:dant tela locum, flammæq; recedunt. ☞ Tulit humeris sacra:ignẽ Vestalem:Deos penates:& alia Troiana sacra.☞ Et patrem:Anchisen: quem humeris asportauit: per appositionem.☞ Altera sacra:quoniam illi Aeneas diuinos detulit honores.Vnde apud Virgil.Nunc pateras libate Ioui: precibusque uocate Anchisen genitorem.Cui non tantum immortalitatem: uerumetiam uentorum tribuit potestatem.Poscamus uentos: atque hæc mea sacra quotannis Vrbe uelit posita templis sibi ferre dicatis.☞ Venimus aliquando ad felix nomen Iuli: ad nomen Ascanii Aeneæ filii ex Creusa Priami. Imitatur in hoc Virgilium: qui Ascanium Iulum appellauit. Vnde in primo Aeneidos:At puer Ascanius cui nunc cognomen Iulo Additur. Iulus erat: & ueteres interpretes dicunt Iulon appellatum: cum adulescens cum Mezentio pugnauit. Verum Dionysius inquit appellatum ab initio Euryleonta: & in fuga Ascanium: & eius filium Iulum uocatum. Pompeius quoque ostendit Ascanium habuisse duos filios: Iulum & Aemulium. Ab Iulo manauit domus Iulea: siue Iulia. Ab Aemulio genus Aemulium.☞ Vnde:a quo Iulo.☞ Domus Iula: familia Iuliorum: domus ipsa Cæsarea. ☞ Tangit auos Teucros: Troianos. Nam a Troianis: hoc est ab ipso Iulo: progenitus est Iulius Cæsar. Vnde apud Tranquillum de prodigiis mortem Cæsaris portendentibus: Tabula ænea in monumento: in quo dicebatur Capys conditor Capuæ sepultus: inuenta est conscripta literis: uerbisque græcis: hac sententia. Quando ossa Capys detecta essent fore ut Iulo prognatus manu consanguineorum necatur: magnisque mox Italiæ cladibus uindicatur: &c. & Dionysius inquit ab eodem Iulio Iulios uocatos. & prosequitur: Fuitque hæc familia maxima: atque clarissima omnium: quas nos sciamus. Virosque tulit duces illustrissimos; quibus uirtutes præbuerunt. ut de stirpis generosissimæ idole in dubiũ uenire nequeat &c.

Venus ẽ utriusq; sexus Dea

Capys cõditor Capuæ

ANT. FAN.

Siluius Posthumus

¶Posthumus hinc:deest uerbum successit. Ascanius.n. Siluio reliquit imperium:quoniam(ut quibusdam placet)sine liberis perijt.Fuit autem Siluius Aeneæ filius ex Lauinia:ex qua natus ē post Aeneæ mortē:unde Posthumus uocatur.Eum mater cum post mariti obitum Ascanii timeret insidias:in siluis,ad quas grauida cōfugerat, enixa dicit:& ab iis Siluium nominasse:ea quo reges Albani Siluii dicti sunt. Virgilius in sexto Aenei. Silui Albanum nomen tua posthuma proles: Quem tibi longæuo serum Lauinia coniux Educet siluis regem: regumq; parentem. Aliis eundem Siluium placet Ascanii non fratrem fuisse:sed filium.Legē Liuium ac Dionysium:a quibus diuersa traduntur:ne te obtundam: nobis illud placet quod Liuius sentit: tam uetera pro certis affirmare non oportere.℣ Isq; Latine tibi pater est: quomodo Siluius Posthumus est Latini pater:cum Liuius scribat e Siluio natum Aeneam Siluium: & Latinū genitum ex Aenea.Dicendum est Ouidium a Liuio dissentire:cum uelit Latinum eius Siluii filium esse qui successit Ascanio.Ipse in.xiiii. Metamorphoseon: Inde sub Ascanii ditione binominis Alba:Resq; Latina fuit:successit Siluius illi Quo satis antiquo tenuit repetita Latin? Nomina cum sceptro.Crede nobis lector candide prudentis est in rebus tantæ uetustatis non præcipitare iudiciuz.Seruius Honoratus Procam scribit fuisse regē duodecimū Albanorum:& Capyn sextum,non septimū ponit:qua in re Nasoni manifeste astipulatur. Idem etiam uult.xiii.tantum fuisse reges Albanorum de Aeneæ & Lauiniæ genere: cum alii aliter tradant. Hi quantum regnauerint Eusebius docet.℣ Subit Alba Latinum:Liuius:Latino Alba ortus.℣ Proximus est titulis Epytus Alba tuis:Epytus a Dionysio Calpetus appellat: a Liuio uero Atys:ab Eusebio Atys siue Epytus.℣ Ille dedit captæ repetita uocabula Troiæ:Epytus filium Capyn uocauit:referens nomen patris Anchisæ.Capys Calpetum genuit:qui ei successit.Ouidius alibi:Post hunc Calpetus q;,Capysq;:sed Capys ante fuit.℣ Et tuus est ideo Calpete factus auus:Calpeti auus est Epytus. Sane notandum hoc loco in nomine proprio non dubitasse Ouidiū producere antepenultimam: quam ipse alibi corripuit: quod sine uitio fit:teste Seruio.

Siluii reges

Posthumus hinc:qui,q; siluis fuit ortus in altis,
Siluius in Latia gente uocatus erat.
Isq; Latine tibi pater est:subit Alba Latinum:
Proximus est titulis Epytus Alba tuis.
Ille dedit captæ repetita uocabula Troiæ:
Et tuus est idem Calpete factus auus.

Variæ opiones de Ascanio filio Aeneæ

Capys i syllabis notandus

PAV. MAR.

¶Hic:deide.℣ Posthum?:q post Aeneæ mortē ex Lauinia natus est.℣ Qui q ortus fuit in altis siluis:erat uocatus Siluius in gēte Latia:Latini Siluiū appellauerūt:qm in siluis natus erat. Nam(ut Diony.inqt)suscipiente regnum Ascanio:exterrita Lauinia ne quid ob nouercale nomē ab eo mali acciperet,prēgnans ipsa Tyrrheno cuidam regii pecoris magistro:quez Latino sciebat fuisse in primis gratū.Isq; eam in desertas adducēs siluas:& ut ad uentitiam quandā custodiens:conscius rei eā conspici permittebat.Constructis in siluis ædibus nequaq; multis hominibus notis.Natūq; deinde puerū aluit: Siluium a silua nominans:quemadmodum si quis græce diceret Hyleum.Procedēte deinde tēpore:ubi magnā conquisitionē mulieris fieri a Latinis cognouit.Suspectūq; multitudine Ascaniū: quasi ille perdidisset puellam rem populo aperit:educitq; ex saltu mulierem ipsam cū puero. Tali itaq; fortuna usus Siluius hoc nomē habuit:genusq; illius omne deinceps regno potitū est. Postq; enim fratrem eius mori cōtigit:cum dubia esset regni hæreditas:ad eū ne ptineret:an ad Ascanii filiū maiorem Iulum,qui in paternum imperiū succedere postulabat:eoq; controuersiā populus diremit. Cum aliis adductis rōnibus:tum hac non minima:q; ex matre natus esset regni hærede Siluius.Iulo autem regni loco sacra quædā est potestas attributa:atq; honor:cum periculis uacans imperii:tum uero uitæ trāquillitate superior: quo nūc etiam usq; ad ætatem meā genus illius fruit. Hæc ille.℣ Posthum?:Vulpianus iurisconsultus: Posthumos dicimus eos dum taxat,qui post mortē parentis nascuntur. Hoc uerū est in stricta significatione uocabuli.Largo tamen significatu:Posthumus dicit etiam qui post testamētum a patre factū nascitur:etiam si pater uiueret &c.℣ Isq; Latine tibi:ex hoc loco detracti sunt duo uersus: quod primus ego aduerti nostro tēpore. Poeta enim primo loco meminit Siluii Posthumi: deinde Latini.Verum medius horū fuit Aeneas Siluius,Siluii primi filius:& huius Latini pater.Hic enim Aeneas Siluius medio horuz loco a Liuio memorat.Et Diony.inquit:Siluius aūt cum unde triginta imperasset annis:suscipiēs imperiū Aeneas eius filius unum &.xx.regnauit annos. Post hūc aūt Latinus unum & quinquaginta.Vir.quoq; utriusq; meminit:& Siluii Posthumi & Aeneæ Siluii: prio enim loco inquit: Ille uides pura iuuenis q nititur hasta:Proxima sorte tenet lucis loca:primus ad auras Aetherias Italo cōmixtus sanguine surget Siluius: Albanum nomē tua posthuma proles:Quem tibi longæuo serum Lauinia coniux Educet siluis:regem,regumq; parentem: Vnde genus longa nostrum dominabitur Alba.Proximus ille Procas Troianæ gloria gentis.Et Capys:& Numitor:& qui te nomine reddet Siluius Aeneas pariter pietate uel armis Egregius:si nunquam regnandam acceperit Albam. Ex his pateat: ex hoc loco detractos duos uersus:quoniaz nulla est mentio Aeneæ Siluii:cū esse debuisset:nec omisisset poeta: qui historiam nouerat: qui Virgilium & eius scripta uiderat.Qui eodem tempore fuerat:quo & Dionysius,& Liuius.Sed id inde factum est. Rudes & historiaz inexpertes posteri putarunt eundem fuisse Siluium,& Aeneam Siluium. Ita duos uersus:tanquam superfluos abraserunt.℣ O Latine hic: Aeneas Siluius.
℣ Est pater tibi: regnauitq;(ut diximus)unum & quinquaginta annos.Ab eo(ut inquis)iquit Colonię aliquot deductæ: prisci Latini appellati. Mansit postea Siluius omnibus cognomen: qui Albæ regnarunt.℣ Alba subit Latinum: Siluius Alba Latino patri successit:regnauitque inde quadraginta annis.℣ O Alba Epytus est proximus titulis tuis:Epytus filius sequitur te:& succedit tibi in regno.Hunc Dionysius Calpetum uocat:regnasse q; ait sex &.xx.annos.℣ Ille:Epytus.℣ Dedit uocabula repetita captæ Troiæ: uoluit ille repetere uocabula Troiana: quoniam Capys fuit Anchisæ pater: & alter ab illo Capys Aeneæ socius: qui cum eo in Italiam uenit.& Capys septimus Albanorum rex:huius Epyti seu Calpeti filius:qui duo de trigīta annis regnauit.℣ Troiæ captæ: quæ capta fuerat a Græcis.aut potuit captæ: ut in principio dictionis Capym ostenderet:cui idem est: Capy.s.℣ Et idem:Epytus.℣ O Calpete est factus tuus auus:nam Epytus Capym:Capys Calperum genuit.Sic Epytus seu Calpetus erat huic auus:regnauitque Calpetus usque ad tertium decimum annum.

Posthumus ex Vulpiano iure cōsulto unde cf

De successione Aeneæ ex regibus Albanis multa

Antepenultima in ꝓprio ꝓducit

¶Post

Lausus i uenatione fuit mortu? Amulii pfui fraude PAV. MAR. Nota textum debere scribi Calpete: nō Capete ut supra

Auētin? fulmine ictus

C. N. ¶Post hũc Tyberinus:hic(ut inquit Liuius)in traiectu Albulæ amnis submersus celebre ad posteros nomẽ flumini dedit.¶Agrippam:hunc Eusebius tradit regnasse annos.xl.cum Dionysius tãtum scribat.xxxiii. Sed nihil mirum in tanta caligine uetustatis.¶Remulumq; nepotem:Liuius:Post Agrippam Remulus Siluius a patre accepto imperio regnat. Auẽtino fulmine ictus ipse regnum per manus tradidit. Fuit autem cõtemptor Numinum: ut scribit Dionysius:unde meruit fulmine interire.Ouidius alibi:Remulus maturior annis Fulmineo periit imitator fulminis ictu.Insanus rex ut Deꝰ haberetur nõ dubitauit imitatus fulguribus homines exterrere.¶Venit Auentinus post hos:ab hoc rege q dam Auẽtinũ mõtem urbis dictũ uolũt: q ibi extinctus fuerit ac sepultus:ut Quo regnarat eodẽ Mõte iacet positus:tribuitq; uocabula mõti.Alii ab Auẽtino rege Aboriginũ:alii ab auibus:alii ab aduentu boium:alii ab aduectu:alii ab Auẽte fluuio.Lege Festum,Seruiũ,ac Varronem.¶Post illũ tradita regna Procæ:Proca Numitorem & Amulium ꝓcreauit:legauitq; regnum Numitori:qui maior natu erat:sed plus potuit uis q̃ uoluntas patris:ut Liuius scribit.Amulius enim pulso Numitore sibi regnũ arripuit:additq; sceleri scelus.Nam & Lausum eius filiũ interemit:qui a Dionysio Egestus dicitur: & Iliam siue Rheam,quam & Siluiam uocant,Vestalem uirginem legit.Est autem Lausus adulescens in uenatione interemptus:ut Dionysius tradit.Plutarchus in hac historia dissentit aliquantulũ a Liuio:cui nos malumus credere mẽtienti:q̃ aliis uera tradentibus.

Lausus in uenatione fuit mortuꝰ

C Tyberinus post hunc:Calpetum.¶Ab illo accipiens regnum:nam eius filius fuit.¶Dicitur mersus:obrutus.¶In gurgite Thuscæ aquæ:in fluuio:qui e Thuscia labitur. De quo Dionysius: Tyberinus octo regnauit annos:atq; in prælio mortuus:quod secundum flumẽ fuit: raptusq; a profluente:flumen sibi cognomen reliquit:uocatum prius Albula.& Liuius inquit:Tyberinus qui in traiectu Albulę amnis submersus celebre ad posteros nomen flumini dedit.¶Iam tamẽ uiderat:ipse Tyberinus.¶Natũ Agrippam: nã eius filius Agrippa.& Dionysius inquit:Tyberino deide successor Agrippa annos tres & triginta regnauit.& Liuius:Agrippam Tyberini filium ostendit.¶Et Remulum nepotem:uiderat.s. Liuius inquit:Post Agrippam Remulus Siluius a patre accepto imperio regnat.Dio.Alladiũ uocat.Sic enim inquit:Post Agrippam Alladius uiginti annos.Res quædam tyrannica:& cum Diis inimicitias gerens:nam ab eo despiciẽte numina: apparatæ sunt fulgurum imitationes & fragores tonitruis similes:quibus terreri homines: tanquã esset Deus postulabat. Cæterum imbribus:& fulminibus in eius domo cadentibus.Atque lacu iuxta quem habitabat insolitam inundationem capiente: inclusus cum tota domo absorptus est:& nunc adhuc perlucente lacu: in parte quadam:cum deficit latex:subsideritque altitudo: apparent ruinæ:& alia ædificiorũ uestigia &c.¶Ferunt: dicunt.¶Fulmina missa in Remulum: in hũc Alladium. & Liuius fulmine ictum ostendit.Nam inquit:Auentino fulmine ictus ipse regnum per manus tradidit.¶Post hos:Agrippam & Remulum.¶Venit Auẽtinus: de quo Dio.Huic deinde successit Auentinus:a quo unus ex septem collibus:qui habitabantur Romæ cognomẽ sumpsit. Hicque annos septẽ & triginta imperium tenuit,& Liui.Is sepultus in eo colle:qui nunc est pars Romanæ urbis:cognomen colli fecit.¶Vnde:a quo Auentino.¶Locus mons quoque:etiam ipse collis.¶Vocatur:cognominatus est ab eo Auentinus.¶Locus:in quo sepultus,& totus denique mons Auentinus dictus,aliqui legunt. Lacus unde uocatur:quoniam Auẽtinus fuisset paludibus ab reliqs montibus inclusus.¶Post illuz: Auentinum.¶Regna sunt tradita Procæ:Procas deinde post Auentinum annos tres &.xx.regnauit:ut Dionysius tradit.¶Quem:Procaz.¶Sequitur Numi.ger. du.Amu.Liuius inquit:Proca deinde regnat.Is. Numitorem atque Amulium procreat.Numitori: qui stirpis maximus erat:regnum uetustũ Siluiæ gentis legat. Plus tamen uis potuit:q̃ uoluntas patris:aut uerecundia ætatis.Pulso fratre Amulius regnat. Plinius uero:qui de uiris illustribus scripsit:tradit Procam habuisse duos filios:Numitorem, & Amulium:isque regnum annuis uicibus habendum reliquisse: ut alternis imperarent: sed Amulium fratri imperium non reddidisse & cætera.Dionysius inquit: Deinde Amulius haud iure regnum occupans:cum Numitori præberetur fratri seniori: duos & quadraginta regnat annos. Plutarchus uero: cuius sententiam in carmine sequuti sumus, ita inquit: Inter Albanorum reges:qui ab Aenea duce stirpis primordia deduxerant: totius ciuitatis duobus imperium relictis fratribus Numitori, & Amulio per successionis ordinem deuenit. Amulius uero cum res Albanas bifariam partiret: Regnum scilicet: & quem ex Troia thesauri maiores deuexerant: ut utram partem uelit, alter deligeret:tyrannidem potius sibi Numitor elegit:sed Amulius ob auri magnitudinem factus potentior: fratrem adortus sedem regiam facile occupauit: poeta ergo inquit.¶Quem:Procam.¶Sequitur Numitor: cum Numitori regnum debetur.¶Germanus Amuli duri: & ob id dirum, impium,& crudelẽ uocat:quia fratrem regno deiecit.¶Ilia cum Lauso fati:nati sunt.¶De Numitore: Numitor duos filios habuit:Lausum,quem Dionysius Egestum uocat, & Iliam: quæ & Rhea.¶Lausus cadit ense patrui: Amulius Lausum per insidias obtruncat. Et de eodem Liuius ait: Addit sceleri scelus: stirpem fratris uirilem interemit: fratris filiæ Rheæ Siluiæ per speciem honoris, cum Vestalem eam legisset: perpetua uirginitate specie partus adimit. & Dionysius: Amulius inquit postquam regnum Albanorum inuasit: prohibite paternis honoribus Numitore fratre maiore: & alia quædam: Iliam præterius: æquumque egit: & ad extremum prolis inopem Numitoris domum facere cogitauit:cum ob metum ne pœnas daret aliquando scelerum. Hæc itaque cum multo ante animo agitasset: primum quidem Numitoris filium Egestum nomine: tunc pubescentem: obseruatis locis ubi uenabatur:infecitque solitudine maxima: uenatum exeuntem interfecit:subornatis qui dicerent interemptum latronibus esse adulescentem: & reliqua. ¶Ilia: quæ Rhea & Siluia dicta est.¶Placet Marti:& eam grauem reddidit: de hac diximus & in secundo & in principio tertii.

Variæ opiniones de Amulio pulsore

Egestus Numitoris filius

Auẽtinꝰ fulmine ictus

PAV. MAR. Nota textum debere scribi Capete ut supra

ANT. FAN.

¶ Gemino:gemello:quia eodē partu Romulus ac Remus in lucem editi sunt. ℣ Venerē, Martemq; parentes: in infinitū extenditur parentis nomen:unde licet Venerē parentem Romuli appellare. ℣ Tēpora cōtinuata: Martium & Aprilē:inter quos alium mensem nō interposuit. ℣ Itala nā tellus &c. floruit aliquādo i Italia Græcia potētissimis & magnis urbibus: ut sit Cicero in quarto Tuscu. quæstionū. Virg. Effugere cūcta malis habitantur mœnia. Cæteq; nō pars Italiq; solū:sed ipsa quoq; Sicilia magna Græcia dicta ē. Strabo. in. v. Geographiç: Magnam mediterraneç partē incepere a Troianis orsi tēporibus:iā. n. tātopere res græca amplificata fuerat: ut & hāc & Siciliā magnā Græciā appellarent. ℣ Venerat Euāder: colligit nonnullos Græcos: necnō & Phrygū: qui se in Italiam cōtulerūt: quoq; Euander (ut supra diximus) cū multis ad Italiam uenit. ut Arcades his horis genus a Pallāte pfectū: Qui regē Euandrū comites: qui signa sequuti Delegere locū & posuere in montibus urbē. ℣ Venerat Alcides: Hercules quoq; nō uenit ad nos solus:sed cū Argiuis:qui (ut dictū est) in Saturnia subsiderūt. ℣ Armētum:boues quos Geryoni detractos ex Hispania abduxerat. ℣ Dux quoq; Neritius: Vlysses:quē nōnulli sic dictum uolūt a Neritia insula:quā eius regni fuisse dicūt. Cæterū nos eā īsulā nusq; inuenimus apud probatū scriptorē: sed ut abusiue Argiuos interdū Græcos dicimus a parte totū accipientes:ita Vlyssem putāt Neritium uocari a Neritiis populis Locridis:siue a loco eiusdem regionis. Vnde ait Virg. Neritiæq; picis lucos. &: Hic & Neritii posuerūt mœnia Locri. Nā eius patria ē Ithaca. Cic. in Oratore: Si uos id qd maxime debet patria nostra delectat:cuius rei tanta uis est:ac tāta natura Ithacam illam in asperrimis saxulis tanq; nidulū affixā sapientissimus uir immortalitati anteponeret. Vlyssem Ouidius alibi Neritiū uocat. ut Pro duce Neritio docti mala nostra poetæ Scribite:Neritio nā mala plura tuli. Hic quoq; in Italiam uenit:ubi Circe eius socios mutauit in bestias:de cuius morte nihil satis certum habeť:cum Homeri carmē eā omiserit. Scribit tñ Porphyrio eū p ignorantiā iterfectū fuisse a Telegono eius filio: quē ex Circe suscepat. Theopōpus ait:auctore interprete Lycophronis:tradit Vlyssem offensum domestica turpitudine rediisse ad Circen, & Thelemachi manibus occidisse. Hic fuit Laertæ filius ex Autolyca magnanimi Autolyci filia:cuius errores Homer⁹ scripsit in Odyssea. Sane Strabo ubi Locridis meminit:nō imprudētē se inquit nōnullas insulas pterire:in quaq; una qdam suspicantur locū fuisse unde Locrēses Neritii (teste Seruio) nūcupantur. Pli. auctor est Leucadē Neritiū dici. De qua (ut scribit Strabo) Laertē dixisse aiunt munitā solus ui cœpi Neriton urbē. Inde ut a monte Ithacæ euildē nois Vlysses Neritius nō Naritius diceret. hoc legi sæpius:illud non memini me legisse. Cæterū sunt, q a Neritio Ithacæ Naritiū mutata litera dictū existimēt. ℣ Testes Lestrygones extant: Antiphates rex Lestrygonū fuit: q unū e sociis Vlyssis assumpsit:teste Homero. Fuit autē antiqua sedes Lestrygonū oppidū Formiæ: qā hoies immanissimi humāis carnibus uescebātur: qđ q̄uis Thucydides fabulosū existimet: uerū tñ putāt a Plinio: q li. xii. nat. historiæ eē inqt Scytharū genera: & qdē plura quæ corporib⁹ hūanis uescerētur indicauimus. Idipm incredibile fortasse ni cogitemus i medio orbe terrarū ac Sicilia & Italia fuisse gentes huius mōstri Cyclopas & Lestrygonas. Dicti autē sunt Lestrygōes Neptūi filii: qm (ut Aul⁹ Ge. scribit) maiores nri pstātissimos uiros uirtute, prudētia, & uiribus Iouis filios appellāt: ut Aeacū, Minoa, & Sarpedona: ferocissimos uiros & immanes: atq; alienos ab oi humanitate: tanq; e mari genitos Neptuni filios dixerūt: ut Cyclopa, Cerciona, & Lestrygonas. Quare nemini mirū uideri debet: qđ Solin⁹ scribit ¶ Cyclopū specus uocari Lestrygonū sedes. Ad hos puenisse Vlyssem Tibullus quoq; testat: ut Inculros adiit Lestrygonas, Antiphatēq;. Eos uesci humanis carnibus qdam apud regem Alcinoum non crediderūt. unde illud est Iuuenalis: In mare nemo hunc abiicit sæua dignum ueraq; Charybdi figētem imanes Lestrygonas & Cyclopas.

Magna Græcia

Peregrini q i Italiā uenere

Vlyssis mors

Antiphates rex Lestrygonum

Fotmiæ

Teq; parit gemino iuncte Quirine Remo.
Ille suos semper Venerem, Martemq; parentes
Dixit: & emeruit uocis habere fidem:
Neue secuturi possent nescire nepotes:
Tempora Diis generis continuata dedit.
Sed Veneris mensem Graio sermone notatum
Auguror: a spumis est Dea dicta maris.
Nec tibi sit mirum Græco rem nomine dici:
Itala nam tellus Græcia maior erat.
Venerat Euander plena cum classe suorum:
Venerat Alcides: Graius uterq; fuit.
Hospes Auentinis armentum pauit in herbis
Clauiger: & tanto est Albula pota Deo.
Dux quoq; Neritius: testes Lestrygones extant:

¶ Et parit te o Quirine: o Romule. ℣ Iūcte Remo gemino: gemello, quia gemelli fratres nati sunt. ℣ Ille suos semp: hac igit rōne Romulus Martē, & Venerē suos dicebat eē parētes: mēlesq; primos cōtinuos his numinib⁹ cōfecrauit. ℣ Ille: Romulus. ℣ Sēp dixit: appellauit. ℣ Suos parētes: Venerē & Martem: quoniam Marte genitus: & materno genere a Venere genus duceret: recte igitur parentes dixit: quoniam parentis appellatiōe nō tātum pater: sed ēt auus & pauus, & deinceps oēs superiores continentur. Sed & mater, & auia, & proauia: hæc Caius de uerboq; signifi. Vlpianus uero titulo de in ius uocando: Parentes inquit utriusq; sexus accipere debemus. Sz an in infinitum quæritur. Et quidam parentem usq; ad tritauum appellari aiūt. Superiores maiores dici hoc uetetes extimasse Pōponius refert. Sed Caius Cassius oēs in infinitū parentes dicit: quod & honestius est & merito obtinuit. Paulus uero de gradibus ita inqt: Parentes usq; ad tritauum apud Romanos nominantur. Vlteriores q non habent speciale nomen maiores appellantur. Item liberi usq; ad trinepotem: ultra hos posteriores uocantur &c. ℣ Et emeruit: Romulus. ℣ Habere fidē uocis: sermonis sui: qa creditus Martis filius. Sic adhibita fides est uerbis suis: cū diceret eos suos parētes. ℣ Neue sequuturi nepotes possent nescire: ut posteri nō ignorarēt. Sz optie scirent eum Martis filium: & a Venere progenitum fuisse. ℣ Dedit Diis generis: Veneri & Marti: unde genus duceret. ℣ Tempora continuata: continuatos menses: Martiū & Aprilē: primū a Marte: alteruz a Venere denoiatū. ℣ Sed Veneris mēsem: si qs diceret cur mēsis Veneris nō dī Venereus: quēadmodū a Marte Martius. Inqt mēsem Veneris habuisse Græcā appellationē. Nam Venus græce ἀφροδίτη dicit: ab ἀφρος: qđ est spuma: qm ex Saturni testiculis & maris spuma nata fit. ℣ Sz ego auguror mēsem Veneris notatū Graio sermōe: ego ita existimo græca appellatiōe uocatū, signatūq; hūc mēsem: ut Aprilis dicatur quasi aphrilis ab ἀφρος. ℣ Dea: Ven⁹. ℣ Est dicta a spumis maris: ex qbus nata ē, uocata ἀφροδίτη. ℣ Nec tibi sit

PAV. MAR.

Mater auia p, auia ſm Vlpianū

ANT. FAN Circe

Circeq; littus

Marsus

Telegō Mamilia

Catyll⁹ Coras Tyburnus

tibi ſit mirũ:non admireris ſi eã rem græco latini uerbo exp̃ſſerint:qm̃ Græci Italiã icoluerũt:& ps Italiæ magna Græcia dicta ẽ. Vñ Pli.cũ Italiã laudet p̃ſertim Cãpaniæ oră,ſubiũgit:Ipſi de ea iudicauerũt Græci genus in gloriã ſui effuſiſſimũ quotã ptẽ ex ea appellãdo Græciã magnã.¶ Nec mirũ ſit tibi:nõ dẽat tibi eẽ admirationi.¶ Rẽ dici græco noie:Aprilẽ Græca appellatiõe uocatũ.¶ Iã tellus Itala fuit magna Græcia:nõ ois tñ Italia:ſed ps Italiæ magna Græcia uocata ẽ: ea p̃ſertim ora:q̃ in Græciã uergit.¶ Venerat Euander: arguit ab exẽplo:qm̃ Greco rũ principes i Italiã uenere: & eã regionẽ incoluere. De Euãdro & aduẽtu Herculis i Italiã diximus in primo libro:iõ hic hiſtoria nõ repetenda. Venerat ergo ex Arcadia:q̃ ẽ ps Greciæ.¶ Euãder cũ plena claſſe ſuorũ: Arcadũ.¶ Venerat Alcides:Hercules.¶ Vterq;:& Euãder & Hercules.¶ Fuit Graius:Greçus.¶ Hoſpes Claui.Hercules clauã gerẽs pegrinus in Latio & hoſpitio ſuſceptus.¶ Pauit armẽ.boues ex Hiſpania abactos.¶ In her.Auẽti.Auẽtinis.¶ Et Albu.Tybris.Sz nõdũ eo tpe uocabať Tyberinus:qa lõge ante Albã cõditã uenit in Latiũ Hercules:dicebať flu.Albula.¶ Et potã uenit in Latiũ Hercules:bibit Hercules aquã tyberinã:quaſi religioſaz uelit aquã oſtẽdere:ex qua Hercules biberit.¶ Dux quoq; Neritius:& Vlyſſes in Italiã uenit:& ex nymphis q̃ oră Italiæ celebrẽ reddebant filios genuit. Calypſo enim illa Auſonem pepit.Circe Telegonũ:q̃q̃ multi dicunt ex Circes filia natum.Venit etiam ad Antiphatem Leſtrygonũ regem.¶ Dux Neritius:Vlyſſes a Nerito.Neritos appellata eſt Leucate:quæ Laertis fuit patris Vlyſſis:& Neritos mons in Ithaca:quæ Vlyſſis erat:Qui dicũt Naritiũ a Naritia errãt:nam Naritiam in eo marmin quo eã multi ſcripſere,non cõperimus:uarii tamẽ populi erãt in Locride.Vir.Hic & Naritii poluerũt mœnia Locri.¶ Leſtrygones extãt teſtes:teſtãtur Vlyſſẽ ueniſſe in Italiã. Leſtrygones fuere apud Caietã.Nã ita Pli.ingti Caieta port?: oppidũ Phormiæ dictũ:& exiſtimauere antiq Leſtrygonũ ſedes.Vocz ita appellati fuere:qa latrones erãt in eo finu:ἀπὸ τοῦ λῃστεύειν:quod eſt latrocinium.Hi & Androphagi uocati q e ſociis Vlyſſis duos deuorarunt.

¶ Et quod adhuc Circes littus habet:Circe quidẽ mortalis fuit.Sed Solis filia dicta eſt:cũ(ut inquit Lactantius grãmaticus)fas non ſit ut Dei filia credať eſſe mortalis. Quod iõ fictũ eſt:quia conſtat eam meretricẽ fuiſſe pulcherrimam:a qua Circæum littus nomẽ accepit:& oppidum Circęum:ac mons,q olim paludibus a cõtinẽti ſeparabať:quẽ fama eſt abũdare radicibus:ubi Vlyſſis patera monſtrabať:q ex Circe(ut diximus)Telegonũ ſuſcepit. Eadẽ mulier filiũ habuit Marſum: a quo gens Marſorũ orta dicitur:quibus ut quadã genitali datum eſt domare ſerpentes.¶ Telegoni:hic Tuſculum oppidũ condidit:teſte Porphyriõe:ubi Mamiliã filiã procreauit: a qua (ut ait Feſtus)dicta eſt Mamiliorũ familia.Hora.eius oppidi mœnia Circæa dixit: ob Telegonũ Circes & Vlyſſis filiũ:quæ(ut inquit Strabo)uineta coronabãt:tectaq; magnifica ex ea præſertim regione:quæ in Romanũ deſcendit aſpectum.¶ Mœnia Tyburis udi:tres fratres(ut inquit Seruius)e Græcia uenerũt ad Italiam:Catyllus, Coras,& Tyburnus:qui ſimul oẽs unã urbẽ condiderũt: & eã de fratris maioris nomine Tybur appellarunt:licet & alias fecerint ſinguli.Solinus autẽ Tybur ex teſtimonio Catonis a Catyllo Arcade præfecto claſſis Euãdri conditum dicit.Vel ſecundum Sextium ab Argiua iuuentute:

ANT. FAN Circe

Circęus littus

Marſus

Telegõ Mamilia

Catyll? Coras Tyburnus

quoniam Catyllus Amphiarai filius poſt interitum p̃ris ad Thebas in Italiam uenit:ubi(ut idem ſcribit)tres liberos procreauit:Tyburtum quem quidam Tyburnum dicunt:Coram,& Catyllum:qui pulſis ueteribus Sicanis a nomine Tyburti fratris urbem uocauerũt. Plinius uero in nat.hiſtoria:Tyburtes inquit originẽ multo ante urbem Romam habent. Apud eos extãt ilices tres,ẽt Tyburno conditore eorũ, uetuſtiores:apud quas inauguratus dicit.Fuiſſe autẽ eũ tradunt filium Amphiarai: qui apud Thebas obierit una ætate ante Iliacum bellum.Hãc urbẽ Strabo Herculeã uocat:ubi(teſte Aulo Gel.) templũ Herculis fuit: & in eo bibliotheca latis commode(ut ille inqt)libris inſtructa.Dicitur aũt udum Tybur hoc loco:uel ob Anienem:cuius ibi cataracta eſt:quã fluuius facit:ubi nauigabilis eẽ incipit.Vel ob aquas uarios ad morbos ſalutares: quas albulas uocãt. Tyburtinus.n.ager eaz fontib? ſcatet.¶ Haleſus:Agamemnon ex Clytẽneſtra filias habuit Iphianaſam,Chryſothemin,Laodicẽ,& Electrã:ut q̃buſdã placet:filios uero Oreſtem,& Haleſum:quoz Haleſi nõnulli Agamẽnonis comitẽ uolũt fuiſſe nõ filiũ. Alii(ut Seruius ſcribit)filiũ nothum: qui morte patris Agamẽnõis a Clytemneſtra interfecti coactus patriã relinquere uenit in Italiã:& Phaliſcos condidit.ut Ille ſuos docuit Iunonia ſacra Phaliſcos.Dicti aũt ſunt Phaliſci aſpiratione in literã cõuerſa:ſicut febris dicit q̃ antea hebris dicebať.Coluerũt aũt Phaliſci potiſſimũ Iunonẽ:ut Adde ſenẽ Tatiũ Iunonicolaſq; Phaliſcos:qui a Virgilio iuſti dicuntur:qm̃ ab ip̃is populus Ro.miſſis Decẽuiris iura fœcialia collegit:& nõnulla ſupplemẽta.xii.tabularuz:apud eos nonnullæ familiæ fuerũt:auctore Plinio:quæ uocabant Hirpiæ:quæ annuo ſacrificio quod fiebat ad montem Soractẽ Apollini ſuper ambuſtã lignorum ſtruẽ ambulantes nõ adurebantur.Phaliſcorum Clitũnus fluuius eſt:cuius aqua epota boues candidos faciebat.

¶ Et teſtis eſt littus quod adhuc habet nomina Circes: quod in hunc uſq; diem uocatur littus Circęum:& quæ quondam inſula immenſo quidem mari circũdata(ſi creditur Homero)nunc Italiæ adiuncta eſt. Strabo ſic inqt: Poſt Antium Circęum eſt ſtadiis.cc.diſtans & nonaginta mons mari & paludibus inſtar habens inſulæ: quem copioſis germinare radicibus fama eſt:ob ea fortaſſe quæ Circe conuenientia fabulæ uulgant.Habet ẽt caſtellũ: & Circes ſacellũ:& Mineruæ aram:monſtrat aũt & quandã Vlyſſis pateram &c.¶ Et iam ſtabant mœnia Telegoni: quæ Telegonus Vlyſſis filius,q patrẽ imprudenter interemerat,in Italia poſuit. Tuſculum enim oppidum condidit:de quo diximus in tertio.¶ Iam ſtabãt mœnia Tyburis udiniam & oppidum quoque Tybur erat in Italia conditum.Plini.Tybur conditum a Tyburtino filio Amphiarai oſtendit:qui apud Thebas obierit una ætate ante Iliacum bellum. Strabo Tybur Herculeum eſſe ait. Cato: Catyllum Arcadem qui præfectus fuit claſſis Euandriæ condidiſſe Tybur retulit: quod & Martianus teſtatur. Sextius Catyllum Amphiarai filium fuiſſe inquit: & liberos tres in Italia procreaſſe: Tyburtum, & Coracem, & Catyllum: qui depulſis Sicanis ex oppido non longe a Roma poſito a nomine Tyburti maximi natorum oppidum uocauerunt: horum trium fratrum Virgilius in ſeptimo meminit. Sic conſtat hæc oppida a Græcis fuiſſe condita.Horatius: Mœnia Catylli:de Tybure dixit,& alio loco: Ty-

Tybur tes

Tybur Herculeum

Tybur udum

Agamẽnonis filii

Phaliſci

Hirpiæ

Clitumnus

PAV. MAR.

Tybur tus & Catyll? filii Amphiarai

bur Argeo positum colono. Tyburis udi poeta dixit: propter Anienē fluuiū: qui inde fluit. ¶ Vdi: aquosi. ¶ Quæ: mœnia Tyburis. ¶ Poluere manꝰ Argolicæ: manꝰ Græcorū. ¶ Venerat Halesus: hūc alii fuisse aurigam Agamēnonis dicunt: qui ubi dominus interiit infidus Aegysthi, & Clytemnestræ in Italiam uenit: & non longe a Sabinis oppidum cōdidit: quod præposito. P. ab eius nomine Phalesum uocatum est: deinde Phaliscū. alii dicunt Halesum fuisse Agamēnonis filium: qbus magis assentiendum puto. Nam Ouid. ipse in libris de Amoribus ad Corinnam in Elegia: Cū mihi ꝓmiseris, inquit: Argiua est pompæ facie Agamēnone cælo: Et scelus & patrias fugit Halesus opes. Cum patrias opes dicat filium uidet indicare: licet posses ad patriam referre: melius ad patrias opes referes. ¶ Halesus agitatus: uexatꝰ. ¶ Fatis Attidæ: calamitate & morte Agamēnonis Atrei filii. ¶ Veneratus Italiam. ¶ A quo: Halesio. ¶ Terra Phalisca putat se dictam: putant se Phaliscī dictos. De his in primo libro diximus.

Halesus Agamēnonis filius condidit Phales

ANT. FAN. Antēor pacis auctor

¶ Suasorē Antenora pacis: Horatius: Antenor cēset belli præcidere cām. Hūc dicunt nōnulli Græcis patriā ꝓdidisse: qa & legatos, qꝓpter Helenā uenerāt, suscepit hospitio: & Vlyssem mēdici habitu cognitū nō ꝓdidit. Fuit aūt suasor pacis, Helenæq; reddēdæ. Ouidius alibi: Quid gratis Antenor: Priamus quid suadeat ipse Cōsule qs ætas longa magistra fuit. Notum est hunc uenisse in Italia & Patauium cōdidisse. ¶ Et generum Oenidē Appule Daune tuum: Diomedē dicit. Oeneus enim pater est Tydei: Tydeus Diomedis: qui postq̄ ira Veneris a se uulneratæ cōperit uxorem turpiter uiuere in Apuliā uenit: ubi edomita omni Gargani montis multitudine plurimas urbes condidit. Itaq; in Apulia Diomedis cāpi appellantur: ut inquit Festus: qui ei in diuisione regni: quam cum Dauno fecit, cessit. Sūt: & Diomedea insula dicta est: in qua Diomedes sepultus dicitur: cōtra oram Apuliæ: ubi uisuntur aues: ut ait Plinius: qs luba uocauit Cataractas: nos Diomedeas dicimus: infestantes clāgore aduenas barbaros: Græcis uero adulātes miro (ut idē inquit Plinius) discrimine uelut generi Diomedis hoc tribuentes. Sane Apulia (teste Festo) Dauniæ nomen accepit a Dauno Illyricæ gentis claro uiro: qui eam ꝓpter domesticam seditionē excedēs patria occupauit. ¶ Huius erat Solymus Phrygia comes unus ab Ida: hūc Aeneæ comitē fuisse uolūt: qui Sulmōem Ouidii patriam fundasse dicitur. Sillius in .ix. Punicorū: Nomine Rhœteo Solymus: nam Dardana origo: Et Phrygio genus a proauo: qui sceptra secutus Aeneæ claram muris fundauerat urbem Ex sese dictam Solymon celebrata colōis Mox Italis: paulatim attrito nomine Sulmo. Iō oppidum Pelignæ regionis ē distās ab Vrbe millibus passuum .xc. ut Sulmo mihi patria est gelidis uberrimus undis Millia qui nouies distat ab urbe decem. Sunt autem & in Asia Græci. Vnde non ē cur miremur factā Aeneæ, Antenoris, & Solymi mentionē. ¶ Me miserum: hic locus multos in errorem induxit: existimantes hoc opus scriptum ab Ouidio posteaquam est relegatus in Pontum: cum hi uersus ab eo additi sint operi nondum edito: cui auctor exul & addidit aliquid (ut diximus) & mutauit is quam ob causam exulauerit: nōnulli se tandem inuenisse uti audio gloriantur: quibus quātum fidei adhibēdum sit alii iudicent: nobis diuinare nō placet: & cum Delphis oracula cessent concutere tripodem Apollineum: ut aperiat quæ & Ouidius ipse, & tot sæcula suppresserunt. ¶ Non tibi sunt mœsta sacra canenda lyra: ne pollui sacra uideantur flebili ac funesto carmine. Satis enim fleuerat Naso in libris Tristiū & de Pōto.

Diomedis ī Italiā aduēnatus

Diomedis cāpi

Diomedea īsula

Diomedeæ aues

Dauniā Solymꝰ ædificauit Sulmonem

Sulmo.

De hoc opere scripto ab Ouidio añ q̄iret in exiliū

Adiice Troianæ suasorem Antenora pacis:
Et generum Oeniden Appule Daune tuum.
Serus ab Iliacis, & post Antenora flammis
Attulit Aeneas in loca nostra Deos.
Huius erat Solymus Phrygia comes unus ab Ida:
A quo Sulmonis mœnia nomen habent.
Sulmonis gelidi patriæ Germanice nostræ:
Me miserum Scythico q̄ procul illa solo est.
Ergo age: tam longas sed supprime musa q̄relas:
Non tibi sunt mœsta sacra canenda lyra.

¶ Adiice Antenora suasorē pacis Troianæ: addas his quos retulimus Antenorē Troianum: qui ante Priamum sententiam pro pace cum Græcis iecunda sæpe dixit. Vir quidem erat magni consilii. Ille & in Italiam uenit: quamuis eo tempore ea pars nondum erat addita Italiæ: ubi ille Patauium condidit: de quo in primo Aen. Virgil. ¶ Et adiice his o Appule Daune Oenidem generum tuum: Daunus filiam in coniugem Diomedi dedit: qui urbem condidit: quæ appellata est Harpos, & Apulia: a soceri nomine Dauniam appellauit: & ideo Pli. inquit: Apulia Dauniorum cognomine a Dauno Diomedis socero dicta est. Diomedes uero Oenei nepos, Tydei filius fuit, Dauni gener: cum post delatam Troiam in patriam redire nequiret: in Apuliam uenit: ubique ad extremum fuit: de eo alio etiam loco dicemus. ¶ Serus ab Iliacis: Aeneas post Troiæ excidium: & post ipsum Antenora in Italiam uenit. Verum Antenor & Aeneas nō Græci, sed Troiāi. Sic & Solymus: at græcus erat illis sermo. Nam Aeolica lingua sic quo ad sermonē Græci quoq; dici poterāt. ¶ Aeneas serus: tardus. ¶ Ab Iliacis flāmis: post Troiā incēsam. ¶ Et post Antenora: cum iam antea uenisset Antenor. ¶ Attulit Deos: Vestā seu Vestæ sacra, & penates. ¶ In loca nr̄a: in Latium. ¶ Huius erat Solymus: uenit ēt cū Aenea Solymus: qui in Pelignis Sulmonē Ouidii patriam cōdidit. Quatuor. n. fuisse Aeneæ filias legimus: primā in Thracia: alteram in Peloponneso: tertiam in Aegypto nuptas reliquit: quartā Solymo, qui secum e Troia uenerat, tradidit: uictor postea in Latio Solymū cum parte copiarū ad Marsos misit: qui urbē in Pelignis fundauit. Sillius de eo ita inquit: Nomine Rhœteo Solymus: nam Dardana origo: Et Phrygio genus a proauo: q sceptra sequutus Aeneæ claram muris fundauerat urbem Ex sese dictam Solymon celebrata colonis Mox Italis paulatim attrito nomine Sulmo. ¶ Solymus erat huiꝰ: Aeneæ. ¶ Comes unus ab Ida Phrygia: unꝰ ex illis: q Aeneā comitati sunt ab Ida mōte Phrygiæ: ad differentiā Idæ Cretensis: ūm in tertio Aeneidos: Mons Idæus ibi & gētis cunabula nr̄æ. Sūt qui legāt Solemus. ¶ A quo: Solymo. ¶ Mœnia Sulmonis hēnt nomen: nam ipse eam urbē Solymon a nomine suo dixit. deinde Sulmo dicta est. ¶ O Germanice mœnia Sulmonis gelidi: iucūda hæc repetitio: qua mouet affectum ob exilium suum: cum tantum a patria distet. ¶ Gelidi: quia aquis irriguis cingitur. ¶ Patriæ nostræ: mœnia Sulmonis: quæ est nostra patria. Vñ in Tristibus: Sulmo mihi patria est gelidis uberrimus undis: Millia qui nouies distat ab Vrbe decem. ¶ Me miserum: scilicet dico. ¶ Quam procul illa a Scythico solo: q̄ longe distat patria mea a Scythia: quo me relegauit ira principis: ut inde commiserationem moueat: quæ quidem uerba indicāt in Scythia scripsisse hæc. Inchoauit tamen

PAV. MAR.

ANT. FAN.

Venus bñfica ī hoies

PAV. MAR.

Hic īdicat ipse scripsisse in Scythia hoc &c.

(ut superius

(ut superius ostendimus) Romæ. Sed in Ponto perfecit: & inde edidit hos sex libros. ¶ Ergo age tam longas: musam increpat: cum queri uisa sit de exilio: quoniam hæc sacra non sunt cum querelis, & mœstitia referenda. ¶ Ergo age sed supprime musa: cõpescas, & supprimas. ¶ Tã longas querelas: q̃ longas iam diu effudimus: & in libris Tristium: & in his q de Ponto inscribũtur. Etenim illæ oẽs fere Elegiæ q̃relæ sunt calamitosi exilii. ¶ Sacra nõ sunt tibi canenda lyra mœsta: nõ supprimere q̃relas debes: quia tristi & flebili carmine sacra canere non licet.

ANT. FAN

¶ Quo non liuor adit? Diis quoq; mortalium nõ parcit inuidia. Sunt enim qui Veneri denominationẽ huius mensis inuideant: & ab aperiendo Aprilem nominatũ uelint: ut diximus supra.

¶ Quem Venus iniecta uẽdicat alma manu: a iurisconsultis sumpsit hũc sermonem: apud quos illud legimus: Ante manumissionem iniiciendæ manus facultas non denegatur. Item illud: Si ut manus iniectionem haberes cauisti tibi iure tuo uti posses. ¶ Illa quidẽ totum dignissima temperat orbẽ. Venus iungit matrimonia: amicitiasq; componit: cui debetur æterna animaliũ ꝓpagatio. Eius enim sideris natura cuncta generantur in terris: ut inqt Plinius: cuius tanta claritas est ut unius eius stellæ radiis umbræ reddantur: quæ modo exoriens ante matutinũ: modo ab occasu refulgens uicem reddit Solis & Lunæ: unde totum orbem dicitur temperare: quam eius naturam Pythagoras Samius primus deprehẽdit anno urbis Romæ. cxlii. Accedit ad hoc q̃ maiores nostri superius Hemisperium Veneris: ut inferius Proserpinę appellatio ne dixerunt. ¶ Iuraq; dat cælo: quia Dii, qui reuera homines fuere: sine amore non uixerunt. ¶ Natalibus undis: mari ubi Venus nata ẽ: quia & pisces Venerẽ sentiũt.

PAV. MAR.

¶ Quo non liuor adit? mordet in tempore suo latenter inuidos: quorum causa in exilium pulsus est. inquit enim non solum homines: sed Dii quoque inuidiam subeunt. Nam sunt qui nolint Aprilem Veneri dicatum: & ab ea denominatum. Fuit in ea sententia Cingius: ut in principio huius lib. diximus. Et Varro Cingio consentiens affirmabat nomen Veneris: nec sub regibus quidem apud Romanos: uel Latinum: uel Græcum fuisse. & ideo non potuisse mensem a Venere nominari. Sed cum fere ante æquinoctium uernum triste sit cælum: mare nauiganti bus clausum: Terræ, aut aqua, aut pruina, aut niuibus cõtegantur. Eaq; omnia uerno. i. hoc mense: arbores quoq; nec minus cætera: quæ continet terra aperire se in germen incipiant: ab his omnibus mensem Aprilem dici merito credendum est: quasi Aperilem. Hæc erat Var. sententia: quam Macro. etiam refert: & nos quoque superius retulimus. Poeta uero refellit: multisq; uersibus asserere conatur Aprilem Veneris esse mensem. Quando quidẽ magnum est Veneris numen: & supra Deos omnes primum: q̃ omnis mundi machina ab ea moderetur: & regatur ea ratione: q̃ elementa, quæ dissimilia & diuersa sunt inter se summa pace, & concordia teneantur: quod fieri non posset: nisi esset amor qui concordiam ingerit. Cumq; Venus amori præsit: eam quoq; huius Concordiæ causam esse asserendum est. Empedocles enim fuit qui asseruit amicitia & concordia contineri elementa: & deficiente amicitia ruitura illa per litem & discordiam. Alia ratio: q̃ amore per Venerem concitante omnia coeant animalia: quæ in aere: quæ in terra: quæue in aquis sunt. Deinde illa conciliationis, pacis, & coniugiorum, & fœcunditatis Dea est: ut nõ immerito dixerit Cicero Venerem dictam: quod ad res omnes ueniat. Adde quod ratio cultus: & ornatus ab ea primum tradita: ea eloquentiam tam oratoriam: q̃ poeticam tradidit. Nam cũ alii amãtes aliis puellis urerentur: unusquisque excogitabat: qua arte magis placere posset: & allicere animos obstinatos. Sic plures artes ea quidem ratione adinuentas: ad quod facit Platonicũ illud de duplici Venere: uulgari & cælesti: cuius superior illa ad uirtutẽ: & bonas artes animum incẽdat: de qua alio loco dictum: O decus Ausonidum nymphatũ Diua corona: Claraque lux oculis insidiosa meis. Nunc uiri des ornẽt fluentia tempora myrti: Et Veneri magnæ soluere uota iuuet. Ne fallare tamen: uulgarem non ego diuam Prçmoneo a quoq̃ supplice corde coli. Numen cuius brutis homini commune calescant: At tua fidereis pectora numinibus. Cælesti sque coli Venus illa Platonica debet: Maxima quam paucis cognita Diua uiris. Excitat hæc teneras in quæque illustria mentes: Virtutemq; animos excoluisse facit: Datque bonos mores: studioque incendit honesti: Et uitare hominem turpia quæque docet. Ingenium ingenuas facit ut rapiatur ad artes: Vtq; homini culto pectore præstet homo. Hac duce Pierii modulantur carmina uates: Hac duce sed casse forma canenda datur &c. Cumque omnia pulchriora per eam inuenta sint: iure illi pulchrius anni tempus assignatur. sed ad poetam redeamus. ¶ Quo non adit liuor? quasi quid est cui non inuideatur. Nam non modo hominibus: sed Diis inuidetur. Liuor pro inuidia ponitur: diximus etiam superius. ¶ Sunt o Venus qui uelint tibi eripuisse: eripere. ¶ Honorem mensis: Aprilis. ¶ Et inuideant: sunt qui inuidia quadam nolint tibi hunc mensem assignari: & a te nominatum negãt: uelut Cingius & Var. ¶ Nam quia tunc uer aperit omnia: cum omnia uerno tempore: ideſt hoc mense aperiantur: arbores & cætera quæ cõtinet terra: aperire se in germen incipiant. ¶ Et asperitas frigoris denſa cedit: cum cedat asprimus ille denſi rigor frigoris: quasi cum cedente frigore: redeunte uerna serenitate cælum aperiatur. ¶ Et terra fœta patet: & aperitur terra grauida: & herbas & flores parit. ¶ Memorant dictum Aprilem ab aperto tempore: quasi ab aperiendo dicunt nominatum Aprilem: quasi aperilem propter rationem temporis: quo omnia aperiuntur. ¶ Quem: mẽsem. ¶ Alma Venus uendicat: quasi suo iure sibi attribuit. ¶ Iniecta manu: etiam uiribus & pugna. ¶ Illa quidem: Venus. ¶ Dignissima: honore mensis. ¶ Temperat totum orbem: temperiem toti orbi suggerit: aut quia tẽperate omnia elementa concordia continet: aut referas ad duplicem Venerem: cum altera temperantiæ: altera lasciuiæ præsit. Quidã legit annũ. ¶ Illa: Venus. ¶ Tenet regna minora nullo Deo: q̃si illa suo numie nulli Deorũ ẽ iferior: sed iupior oĩb⁹. ¶ Et dat iura cælo: qa cælitibus impat: aut cælo, hoc ẽ aeri. ¶ Et terræ & nudis nata lib⁹: in qbus nata ẽ: ergo dat iura oĩb⁹ elemẽtis: qa amo-

Quo non liuor adit? ſunt qui tibi menſis honorẽ
Eripuiſſe uelint, inuideantq; Venus.
Nam, quia uer aperit tunc omnia: denſaq; cedit
Frigoris aſperitas: fœtaq; terra patet:
Aprilem memorant ab aperto tempore dictum.
Quem Venus iniecta uendicat alma manu.
Illa quidem totum digniſſima temperat orbem:
Illa tenet nullo regna minora Deo:
Iuraq; dat cælo, terræ, & natalibus undis:
Perq; ſuos coitus continet omne genus:
Illa Deos oẽs (longum eſt numerare) creauit:

Venus dicta q̃ ad oẽs res ueniat

Venus bñfica i hoies

Quare Aprilis dicit ab apto tẽpore

ris uinculo concordia continet, aut si mythicos respicis: quia Deos: qui in cælo sunt: quiue in aquis: quiue in terris: & in Herebo sunt: ad amandum impellit. ¶ Et p suos coitus: qui sua face proueniunt. ¶ Cõtinet omne genus: quasi & Deos & homines: & cætera animalia. Quidam legũt sic: Proq; suo nutu &c. ¶ Illa creauit Deos omnes: nam coitu & Dii, & homines nati sunt. ¶ Longum est numerare: quod scilicet Deos creauerit.

Quare dr̃ Ven⁹ creasse Deos & hoies nota: ẽt cõstituisse matrimonii ANT. FAN.

Illa satis causas, arboribusq; dedit:
Illa rudes animos hominum contraxit in unum:
Et docuit iungi cum pare quemq; sua.
Quid genus oẽ creat uolucr̃ nisi bláda uoluptas?
Nec coeant pecudes: si lenis absit amor.
Cum mare trux aries cornu decertat: at idem
Frontem dilectæ lædere parcit ouis.
Deposita sequitur taurus feritate iuuencam:
Quem toti saltus, quem nemus omne tremit.
Vis eadem lato quodcunq; sub æquore uiuit,
Seruat: & innumeris piscibus implet aquas.
Prima feros habitus homini detraxit: ab illa
Venerunt cultus, mundaq; cura solo.
Primus amans carmen uigilatum nocte negata
Dicitur ad clausas concinuisse fores:
Eloquiumq; fuit duram exorare puellam:
Proq; sua causa quisq; disertus erat.
Mille per hanc artes notæ: studioq; placendi,
Quæ latuere prius, multa reperta ferunt.
Hanc quisq; titulo mensis spoliare secundi
Audeat? a nobis sit furor iste procul.
Quid qd̃ ubiq; potens, tẽpliscq; freq̃ntibus aucta,

¶ Illa satis causas, arboribusq; dedit: Illa fatis causas, arboris uinculo concordia continet. ¶ Illa rudes animos hominum contraxit in unum: illa dedit legem matrimonii. naꝫ ut amicitias, & conciliationes: ita & matrimõia componit: ut superius dictum est. ¶ Et docuit iungi cum pare sua: ipsa lege coniugii unumquemq; cũ muliere sibi pare copulari. ¶ Quid creat omne genus uolucrũ? quid est quod creare, quod propagare faciat auium genus. ¶ Nisi uoluptas blanda: nisi blandus & alliciens, plenusq; uoluptatis amor. Voluptas est iucundus motus in sensu. ¶ Nec coeant pecudes: ad propagandam scilicet sobolem. ¶ Si absit amor leuis: ipse Cupido uolucer, ideo leuis: quia alatus. Pecudum numero (ut Caius iurisconsul. inquit) sunt quadrupedes: quæ gregatim pascunt̃: ueluti oues, capræ, boues, equi, muli, asini. Sed an & sues pecudum appellatione cõtinentur, quæritur: & recte Labeoni placet cõtineri. Sed canis inter pecudes non est. longe magis bestiæ in eo numero non sunt: ueluti ursi, leones, pantheræ. Elephanti autem & cameli quasi mixti sunt. nam & iumentorum operam præstant: & natura eorum fera est &c. ¶ Aries trux: ferox, & crudelis. ¶ Decertat cornu cum mare: pugnat cum Ariete. ¶ At idẽ: Aries. ¶ Parcit lædere frõtem ouis dilectæ: quia cornu in ouem: quã amat non irruit: non enim uult illam lædere. Tanta est amoris uis: ut mares cum fœmellis, quibus iunguntur, non pugnent: inter se tamen certare solent. ¶ Taurus: qui ita a toruitate appellatur. ¶ Sequitur iuuencam: quam amat. ¶ Deposita feritate: quia in illam non ferus, non toruus: sed mitis, & blandus uidetur. ¶ Quem: taurum. ¶ Toti saltus: montes ipsi nemorosi. ¶ Quem omne nemus tremit: cũ tantæ sit feritatis: ut tremant eius aspectu nemora: & q̃ in nemoribus erunt animãtes, attamen blãdus, & sine feritate sequitur iuuencam. ¶ Eadem uis: eadem coitus uoluptas. ¶ Seruat: tuetur. ¶ Quodcunq; uiuit subla-to æquore: pisces & quæcũq; monstra in mari sunt eadem uoluptate continent. ¶ Et implet aquas innumeris piscibus: cum fœcunditatem illis suggerat. ¶ Prima: Venus. ¶ Detraxit homini: abstulit, seu remouit ab homine. ¶ Habitus feros: cum uictu, & cultu a feris nihil differũt homines: prima eos incusso amore: quasi instinctu humanitatis: & lepidioris uitæ traxit ad cultiorem uitam. ¶ Ab illa: Venere. ¶ Venerũt cultus: ornatus & ciuilis cult⁹. nã prima homines feros ad ciuilem cultũ redegit. ¶ Mundaq; cura solo: rõ politiæ & mũditiæ in solum: hoc est in tellurẽ: quia qui in terris erant: homines facti sunt nitidi & splendidi: Venere splenditatis adhibente rationem. ¶ Primus amans: ille qui primus omnium amare puellam cœpit. ¶ Dicitur cõcinnuisse: ceciniſſe. ¶ Carmẽ uigilatum: lugubratum: quasi uigili nocte compositum. ¶ Ad clausas fores: quæ illi non patebant: qua ad amicam iret. ¶ Nocte negata: cum per noctem non admitteretur, ergo amore instigante ille amãs primus carmen excogitauit: quo posset allicere puellæ animum in amorem sui. Dicerem hoc loco de primis carminum inuentoribus: nisi alio loco dixissem: & carmine quoq; ceciniſſem. ¶ Et eloquium fuit exorare duram puellam: uis facũdiæ fuit impetrare a puella quod amãs uoluisset, & si facundia ab ipsa natura habuerit initium: ars quoq; deinde plurimum adiuuerit: partem tamẽ laudis sibi amor uendicat: q̃ impulerit homines ad blandas preces: ad cantus: quo duras ab initio puellas allicere in amorem possent. ¶ Quisque erat disertus: facundus. ¶ Pro sua causa: quam ante puellam esset acturus: quasi non opus erat amantibus patrono: nam suopte ingenio erant diserti. Quid autem intersit inter disertum & eloquentem diximus in tertio libro. ¶ Mille artes notæ per hanc: Venerem. ¶ Et ferunt: dicunt. ¶ Multa reperta: multa excogitata: & adinuẽta ab amãtibus. ¶ Studio: hoc ê desiderio. ¶ Placẽdi: quo placere posset illis: q̃s summo, plequebãtur amore. ¶ Quæ latuere prius: q̃ pri⁹ nõ erãt cognita. ¶ Audeat q̃quã: aliq̃s. ¶ Spoliare: priuare. ¶ Hãc: Venerẽ. ¶ Titulo: honore, & appellatiõe. ¶ Mensis secundi: Aprilis, quem Romulus secundo loco constituit:

Taurus dr̃ atoritate

PAV. MAR.

Sues ẽt pecudũ noie cõtineri ꝯ Labeonem

No. supra i li. iii. differentiam inter disertũ & eloquẽtem

Pallas athenas Iuno Samon Vulcan? Lemnō Liber Naxon Isis Aegyptum Gābir? Macedones Vranus Pœnos Faunus Latinos Xāthus Sabinos Quirinus Romanos ANT. FAN.

stituit:quasi quis est quelit dicere Aprilē mensem Venes ris nō esse:quod qdem sanæ mentis non esset.nō subiuugit.¶ A nobis sit furor iste ꝓcul:quasi nō simus in ea ista nia:ut hoc nos afferamus.¶ Quid.s.dicā.¶ Quod ubiq; est potēs:qa ubiq; ꝓ magno numine habet. Nā cum alii alios colant Deos:ut Aegyptii Isidem,Mauri Iubā,Macedones Gabirum,Pœni Vranū,Latini Faunum, Sabini Xāthum, Romāi Quirinū. Eodem utique mō Athenæ Mineruam, Samos Iunonē Lemnos Vulcanum,Naxos Libeg,Apollinē Delphi: sic cæteri populi suū numē colunt.Sola tñ Venus ubiq; colitur:& est aucta tēplis frequentibus:qa ubiq; templa sunt illi consecrata.

Vrbe tamen nostra ius Dea maius habet.
Pro Troia Romane tua Venus arma ferebat:
Cum gemuit teneram cuspide læsa manum:
Cælestesq; duas Troiano iudice uicit:
(Ah nolim uictas hoc meminisse Deas)
Assaraciq; nurus dicta est:ut scilicet olim
Magnus Iuleos Cæsar haberet auos.
Nec Veneri tempus,q̄ uer erat aptius ullum:
Vere nitent terræ:uere remissus ager.
Nunc herbæ rupta tellure cacumina tollunt:
Nunc tumido gemmas cortice palmes agit.
Et formosa Venus formoso tempore digna est:
Vtq; solet,Marti continuata suo est.
Vere monet curuas materna per æquora puppes
Ire:nec hybernas iam timuisse minas.
Rite Deam colitis Latiæ matresq;,nurusq;,

¶ Vrbe tamē nostra ius dea maius habet:nō est eripiendus Veneri honor mensis a Romulo constituti:cū ea sit auctor Romani generis: ac Romuli parēs:habeatq; ob eam cām ius maximū Romæ:ubi multa fuerūt Veneris templa. ¶ Cum gemuit &c. Aenea cū Diomede pugnante:Venus sese Diomedi obiecisse dicit:a quo uulnerata ē.Vir.in.xi.Aen.Hæc adeo ex illo mihi iam speranda fuerūt:Tēpore cū ferro cælestia corpora demens Appetiit:& Veneris uiolauit uulnere dextram. ¶ Cælestesq; Deas:Iunonem & Mineruā:quibus Venus prælata ē iudicio Paridis. ¶ Ah nolim uictas hoc meminisse Deas:ne Romani aduersi aliqd patiant memorē Iunonis obirā:q̄ Troianis fuit infensa.Item ob iratā Mineruā:de qua legimus:Interea ad templum nō æque Palladis ibant Crinibus Iliades passis. ¶ Assaraciq; nurus dicta est: quia nō dedignata est nubere Anchisæ:qui est Assaraci nepos. Dicta est aūt Nurus:eo ꝙ nubat.ut Socer & Socrus:ꝙ generū sibi associent. ¶ Remissus ager: remittere interdū ē delectare. Vnde remissus ager hic uere dicit:ꝙ expers nimii frigoris,& caloris:quasi relaxet: & uerna tēperie ac florum pulchritudine delectetur:uti nos interdum iocis animū relaxamus. ¶ Nunc tumido gemmas cortice palmes agit:Gēma quid sit supradictō est.Palmites autem dicuntur sarmenta uitium:ut Festo placet:quoniā in modū palmæ uirgulas quasi digitos edunt.ut pars abit in uites,& quæ modo fila fuerunt Palmite mutātur.Sarmenti autem pars in modū mallei rostra habens,& aptamenti plantationi Malleolus dicitur. ¶ Vtq; solet,Marti continuata suo:Aprilis Martio iunctus est:uti olim Marti Venus iuncta ꝑm fabulas fuit.ut Primus adulteriū Veneris cum Marte putat Hic uidisse Deus. Sed re uera ut Mars Arietis dominus est:& ita Tauri Venus:quæ duo signa zodiaci se attingūt.itē Libra Veneri.Scorpius Marti datur.unde illud est Horatii:Seu Libra seu Mars Scorpius aspicit formidolosus. ¶ Materna per æquora:quia mare Veneri matris uicem præbuit ubi nata dicitur.

Remitto ꝙ delecto

PAV. MAR.

¶ Tamen Dea:ipsa Venus habet maius ius in urbe nostra:in urbe Roma:propterea ꝙ ipsa fuerit auctor Romani generis:ibi plus q̄ in cæteris locis colit: pluraq; habet tēpla.Erat.n.in foro ædes Veneris genitricis: & ꝓpe uiā sacrā tēplum Veneris Cluacinæ:& in Capitolio ædes Veneris caluæ:& apud portā Collinā tēplū Veneris Erycinæ:& aliæ quoq; ædes. ¶ O Romane Venus tua:unde tu originē ducis. ¶ Ferebat arma ꝓ Troia:pugnabat ꝓ Troianis.unde in Tristibus:Iuppiter in Troiā:ꝓ Troia stabat Apollo:Aequa Venus Teucris:Pallas iniqua fuit. ¶ Cū gemuit:cū ipsa Venus gemitu dolorem indicauit. ¶ Læsa manum teneram:quasi habens tenellam manum uulneratā. ¶ Cuspide:telo. ¶ Diomedis:nam cum Aeneas cū Diomede pugnaret: ipsa se Diomedi in nebula opposuit ꝓ salute filii:& uulnus in manu suscepit.inde in Remediis:Nō ego Tydides:a quo tua saucia mater In liqdū rediit æthera Martis eqs. ¶ Et uicit duas cælites: Pallada & Iunonem. ¶ Troiano iudice:q̄si Troiani Paridis iudicio:cū pomum Veneri tanq̄ pulchriori adiudicauit. Nota ē fabula:nō imoremur. ¶ Ah ego noli Deas uictas:supatas p̄stantia formæ a Venere illo? iudicio. ¶ Meminisse hoc:ne Romanis irascerent: quemadmodum olim Troianis. ¶ Dicta est nurus Assaraci: uoluit Anchisæ succūbere: & eē nurus ꝓnepotis Dardani:ut eo coitu ꝓgigneret Cæsareū genus: hoc ē familiā Iuliā.Ver nurus fuit Capyos Assaraci filii pfis Anchisæ:de quo superius dictū. ¶ Vt.s.certe. ¶ Olim:in futurū. ¶ Cæsar magnus:Diuus Iulius Cæsar.Heret auos Iuleos:eos qab Iulio nati sunt. ¶ Nec ullū tps erat aptius q̄ uer:nulla pars anni erat Veneri cōuenientior:q̄ uer nū tps. ¶ Vere nitent terræ:uiriditate surgentiū herbar nitere uident. ¶ Vere remissus ager:est ager lætus:nā remissus lætus est:ut ostēdit Marcellus.Lætus igit uerno tpe ager ꝓ plætas segetes:etiam quod resolutis frigoribus:ut in primo libro dixit:Tunc patitur cultus ager:& renouatur aratro. ¶ Nunc herbæ tollunt:atollūt. ¶ Cacumina:summitates. ¶ Rupta:aperta. ¶ Tellure:ut i primo:Prodit & in summum feminis herba solum. ¶ Verno:tempore. ¶ Palmes agit gemmas: uitium sarmenta: ipsæ uites emittunt gemmas:ipsos uitis cultus. ¶ De cortice tumido:grauido:aut q tumet ipsis gēmis.ut in primo:Et nouā de grauido palmite gemma tumet.& Virgilius: Surgent in palmite gemmæ. ¶ Et formosa Venus est digna formoso tempore:quasi quæ cæteris Diis & Deabus formosior est: & quæ pulchriora cæteris adinuenit: digna quoque est pulchriore tempore. ¶ Continuata ut solet suo Marti:quasi habens mensem Martio continuatum: ut in cælo quoq; continuatum illi locum obtinet. Nam cum Aries Martis sequens continuo illi Taurus assignatur:ut in principio huius.iiii.li.diximus:Sic in signis e regiōe locatis. ¶ Vere monet ire curuas puppes:naues curuas. ¶ Per æquora materna:nam e maris spuma ꝓcreata.Sappho:Solue ratē Venus orta mari,& i Hero.Quia mater Amor Nuda cytheriacis edita fert aquis. Præstat igitur Venus:ut mare,quod clausum per hyemē fuerat, pateat nunc ipsis nautis. ¶ Nec timuisse:timere. ¶ Iā minas hybernas:minaces hyemis procellas. ¶ O Latiæ matres & nurus:Latinæ,seu Romanæ mulieres tam uetulæ q̄ puellæ tam matres q̄ nurus. ¶ Rite colitis Deā: colitis Venerem:& eius festum rite celebratis.

ANT. FAN. Matrõæ Venerẽ colebãt

¶Et uos queis uittæ:longaq; ueſtis adeſt:cauẽdũ ne pro uerbo adeſt:abeſt legamus.Matrõæ.n.hoc tpe(teſte Macrobio)Venerẽ colebãt:nõ meretrices:quarꝝ erat feſtum Veneris Erycinæ.Nã uitta,& ſtola(ut Seruius docet: & nos ſupra diximus)ſolarꝝ matrõarꝝ & uirginũ erãt.Quã ob cãm legimus ſupra Siluiæ Veſtali uittã excidiſſe:cum uirginitatẽ amiſit.& Feſtus Matronas tradit appellari eas fere qbus ſtolas habẽdi ius erat. Dimittebant autẽ ſtolæ adimos pedes : teſte Porphyrione: erãtq; ueſtes honeſtæ: teſte Nonio , q̃uis ueteres abuſiue oẽ qđ corpus tegeret ſtolã uocauerit. hic aũt ſtolã in ꝓpria ſignificatõe accipias neceſſe é. Ouidius alibi:Quas ſtola cõtingi:Vittaq; ſũpta uetat.⁋ Redimicula demite collo:iubet amoueri monilia: & cætera ornamẽta a Veneris ſimulachro:ut eo deterſo in eꝰ ſe ſto exactiꝰ & ſuis redimiculis & roſis,atq; aliis floribus exornet.⁋ Sub uiridi myrto:hac arbore diximus coronatas mulieres lauari cõſueuiſſe calẽdis huius mẽſis: auctoꝝ Plutarcho:q̃ cur Veneri dicata ſit dixim⁹ ſupra.

Stola adimos pedes demitteba tur

Matronas lauare ſe ſub myrto

Et uos,queis uittæ,longaq; ueſtis abeſt.
Aurea marmoreo redimicula demite collo:
Demite diuitias:tota uidenda Dea eſt.
Aurea ſiccato redimicula reddite collo:
Nunc alii flores,nunc noua danda roſa eſt:
Vos quoq; ſub uiridi myrto iubet ipſa lauari:
Cauſaq; cur iubeat,diſcite,certa ſubeſt.
Littore ſiccabat rorantes rore capillos:
Viderunt Satyri turba proterua Deam.
Senſit:& oppoſita texit ſua tempora myrto:
Tuta fuit facto:uoſq; referre iubet.
¶Diſcite nunc quare Fortunæ thura uirili
Detis eo,gelida qui locus humet aqua.
Accipit ille locus poſito uelamine cunctas:
Et uitium nudi corporis omne uidet.
Vt tegat hoc,cæletq; uiros,Fortuna uirilis
Præſtat:& hoc paruo thure rogata facit.

⁋ Vosq; referre iubet:iubet uos myrto coronari in memoriã bñficii:qđ id genus arbuſculæ in Deam contulit. ⁋ Diſcite nũc quare Fortunæ thura uirili Detis: Fortũa quã Vir.oipotẽtẽ dixit:nõnulli ãt philoſophorꝝ nihil ſua ui poſſe:ſed decreti ſiue ꝓuidẽtiæ miniſtrã eẽ uoluerunt: uariis noibus tẽpla Romæ habuit:ut tẽplũ Fortunæ mulierib⁹:Fortũæ ſortis:reducis:bonæ:euelpidis:malæ:atropeæ:ptogeniæ:uirilis.Ex qbus ædes Fortunę uirilis fuit nõ longe ab urbe:uel apud Tyberim:uel(ut qbuſdã placet)ad lacũ Nemorẽſem:qđ ſatis cõpertũ nõ é:quo uirgines maturæ uiro ducebãt : q̃ibi depoſitis ueſtibus oia corporis uitia detegebãt:ſperãtes fore ut ea Fortũæ beneficio uiros laterẽt.unde ipſa Dea uirilis dicta eſt. Cuiꝰ ſacra apte feſto Veneris iũgebãt:q̃ earꝝ Dearum altera pulchritudinẽ ꝓſtat:altera cuſtodit,facitq; ut nõ appareant:quæ uiolare pulchritudinẽ poſſunt.hæc ædes a Seruio Tullo cõſtituta eſt:q(auctore Plutarcho)multa Fortunæ templa dedit.Cæterũ nõ eſt uirilis Fortuna quam fortẽ dicimus.Forti enim ædẽ Tullus dedicauit ſm Tyberim mẽſe Iunio:ut auctor ẽ Varro.& nos infra ſuo loco dicemus.Sane Fortuna ſic diffiniẽ:Cauſarũ ſimul cadentium concurſus & originem e propoſito ducentiũ: unde aliquid euenit præter ſpẽ cum admiratione. ⁋ Paruo thure:quo & Veneri rem diuinam faciebant.

Fortũæ uaria nomina

Fortũæ uirilis feſtũ calẽ. Aprilib⁹

Fortũæ fortis ædes

Fortũæ diffinitio

¶Et uos queis:ꝓ qbus.⁋ Vittę,& lõga ueſtis abeſt:q̃ uittatæ nõ eſtis:ut ſunt Veſtales uirgines,& pudicæ matronæ:quod indicat per longã ueſtem:nã ſtolã indicat : qđ erat matronarũ pudicarꝝ inſigne:ſic & inſtita.unde in Arte:Eſte procul uittæ tenues inſignе pudoris: Quæq; tegis medios inſtita longa pedes.& in Triſtibus:cũ repetit eos uerſus,addit:Ecquid ab hac oẽs rigida ſummouim⁹ arte:Quas ſtola ꝓtingi:uittaq; ſumpta uetat.Sic nũc oẽs mulieres colere Venerem ingt:præter Veſtales uirgines: & pudicas matronas.Sed de ſtola aliter ſentire uidet.Nonius:inquit enim ſtolam ueteres non honeſtã ueſtem ſoluz:ſed ẽt oẽ quod corpus tegeret.Ennius in Thelepho: Cedo & caueo cũ ueſtitus ſqualida:ſeptus ſtola.in eadem idem:Regnũ reliquit ſeptus medi ſtola. Var. in coſmor. Mulieres aliam cerneres cũ ſtola olyſira.Idem in Eumenidi:Partũ uenuſta muliebris ornat ſtola.⁋ Demite:remouete uos matres,& nurus.⁋ E collo marmoreo: cãdido & leui.⁋ Aurea redimicula: aurea ornamẽta.Verũ redimicula temæ ſunt: ſiue uittæ pendentes a poſteriore parte mitræ:qđ primi Phryges molliſſimi inuenerant. ⁋ Nunc alii flores dãdi ſũt: remoueatis alia ornamẽta: & accipiatis ſerta ex floribꝰ. ⁋ Nũc eſt danda noua roſa: roſæ q̃ nũc natæ erũt:& oferẽdi ſunt aris flores calen. Apri.⁋ Demite diuitias:tota uidẽda Dea eſt.Aurea ſiccato redimicula reddite collo:ſta duo carmina nõ ſunt in aliis codicibus: quos mihi uidere cõtigit:ẽt ex uetuſtiſſimis:ſed qa hoc loco inueni:nõ auſus ſũ ea adimẽ: ut lector oia uideat : & qđ melius uidebitur , accipiat. ⁋ Vos quoq; ſub uiridi: calen.Apri.nuptæ Veneri ſacrificãt:& apud tẽplũ Fortunæ uirilis qđ erat in ripa Tyberina,myrto coronatæ lauãtur:ut ſuperius ex Plutar.diximus: eã rõnem huic rei affert poeta:ut ſi quid uitii notaretur in corpore præſtaret Fortũa uirilis:ut uiros lateret. ⁋ Sed cur ſub myrto: quoniã ſub ea latuit arbore:cũ caueret ſibi a Satyris : & quod ea arbor ſub tutela Veneris eſſe puteẽ,& de ea Pli. ita refert:Fuit ubi nunc Roma eſt:iam cũ conderet:quippe ita tradit:myrteæ uerbena Romanos,Sabinoſq; cum propter raptas uirgines dimicare uoluiſſent:depoſitis armis pacificaturos in eo loco:q nũc ſigna Veneris Cluacinæ habet.Cluere enim antiqui pugnare dicebãt: & in ea quoq; arbore ſuffimenti genus habetur.Ideo tum electa quoniam cõiunctioni:& huic arbori Venus præſit. & reliqua.Plura enim de ea Pli.inqt libro decimoquinto: capitulo.xxviii.⁋ Iubet:ipſa Venus. ⁋ Lauari uos quoq: matres,ſeu nuptæ.⁋ Sub uiridi myrto:hoc eſt myrto coronatę.⁋ Diſcite:cur iubeat ita lauari. ⁋ Certa ſubeſt cã: certa eſt ratio.⁋ Siccabat:ipſa Venus in littore. ⁋ Capillos rorantes rore:crines rore madentes Quidam legunt rorãtes nuda capillos. ⁋ Satyri:per appoſitionẽ.⁋ Turba proterua:procax. nam diximus in primo libro libidinoſos eſſe.⁋ Viderunt Deam:Venerem ita crines ſiccantem.⁋ Senſit:Venus ſe a Satyris uideri.⁋ Et texit ſua tẽpora myrto oppoſita:texit caput,& ſub myrto delituit: legitur etiam corpora.⁋ Tuta fuit facto:eo modo ſeipſam tutata eſt a Satyris.⁋ Et iubet eos referre : ut quẽadmodũ ipſa ſe myrto texit:per uos ita uult fieri. ⁋ Diſcite nunc quare:eodem die cũ ita ſe lauarent coronatæ: ut diximus:Fortunæ uirili libabãt.& explicat rõnẽ: quã modo retulimus.ſed de tẽplo uirilis Fortunæ hoc habemus. Cum Hetruſcorũ opes mortuo Tarquinio Priſco indignantes Seruiũ Tullum regnare:a conuentionibus deciſſent:ut Diony.refert.Duranteq; bello per.xx.annos. Depreſſi tãdẽ fuere Hetruſci a Tullo:q Ceretanos, Tarquinos,Veientes ablatione regionis mulctauit:quã eis diuiſit:

Calẽdis Aprilis nuptæ Veneri ſacrificabant

uisit:qui nuper in rempublicam Romanam uenerant. Duoque extruxit Fortunæ templa:qua per omne uitæ tempus usus erat uti properat:alterum in foro Boario: alterum ad ripas Tyberis ei Fortunæ quam uirilem appellauit.¶ Dicite nunc uos: nuptæ.¶ Cur:qua ratiõe. ¶ Detis thura cremanda:scilicet Fortunæ uirili:aris ipsius Fortunæ uirilis.¶ Eo:loco scilicet.¶ Qui locus humet: madidus est.¶ Aqua gelida: aqua Tyberina:nã in ripa Tybridis.¶ Ille locus accipit cunctas nuptas: quia omnes eo tendunt calendas Apriles.¶ Posito uelamine: depositis uestibus. ¶ Et uidet:ille locus.¶ Omne uitium nudi corporis: quicquid uitii. Et quæcunque turpis nota esset in corpore tunc apparet. De uitio & morbo superiore libro diximus.¶ Fortuna uirilis põstat:hoc tribuit:& concedit nuptæ.¶ Vt tegat: tegere possit.¶ Hoc:uitiũ & nota.¶ Et cælet uiros:ne ipsi uiri sint illud ullo tempore cogniturí.¶ Facit hoc: ipsa Fortuna.¶ Rogate paruo thure:non enim exigit uictimas: aut ingentia dona:sed exiguo thure exoratur.

Nec pigeat tritum niueo cum lacte papauer
Sumere:& expressis mella liquata fauis.
Cum primũ cupido Venus est deducta marito
Hoc bibit:ex illo tempore nupta fuit.
Illam supplicibus uerbis placate:sub illa
Et forma,& mores,& bona fama manet.
Roma pudicitia proauorum tempore lapsa est:
Cumæam ueteres consuluistis anum.
Templa iubet fieri Veneri:quibus ordine factis,
Inde Venus uerso numine corda tenet.
Semper ad Aeneadas placido pulcherrima uultu
Respice:totq; tuas Diua tuere nurus.

ANT. FAN. Papaueris duo genera

In secũda mẽsa semẽ papaueris tostum dabãt

Verticordiæ Veneris simulachrum

Sulpitiæ exẽplũ

Libri Sibyllini

Succus papaueris in melle dabãt die nuptiali quia dicit ipsi Veneri datus quando nupsit Vulcano

¶ Nec pigeat &c. Papauer & satiuum & sponte nascens reperitur. Eius quod satiuum est Auicenna semen domesticum uocat:quod cum melle sumptum affert robur ad res uenereas: similiter & lac: ut idem auctor scribit: & mel solum.ut Quaq; fumantur:fumãtur Hymettia mella. Cum quo satiui & candidi papaueris semen tostũ in secunda mensa dari apud ueteres consueuit. Quare ait Plinius:Simplicem & antiquam salubritatem papauere & melle constare. Genus eludii ex melle & papauere factum coccetum dicebãt:auctore Festo.¶ Marito:notuq; est maritum Veneris esse Vulcanum.¶ Roma pudicitia &c. depẽdet hoc ab eo quod dixit:Et bona fama manet. Incredibilis enim ardor libidinis aliquãdo Romanas fœminas inuasit: adeo ut omnes fere sine ullo pudore in Venerem ruerent. Quare senatus inspectis libris Sibyllinis per Decemuiros censuit:ut Veneris uerticordiæ simulachrum consecraretur:ut fœminarum corda a libidine ad pudicitiam uerterentur. Quod posteaq; factum est omnium sedatus est ardor. Quo tempore(ut Valerius Maximus scribit)Sulpitia:quam Solinus Paterculi filiã: & M.Fului Flacci uxorem fuisse testatur: censura omnium Matronarum e centum probatissimis haud temere electa est: quæ simulachrum Veneris dedicaret: cui Deæ si iniiciendorum amorum potestas est: nihilominus ius est & tollendorum:itaque rogabatur Venus(teste Lactantio grammatico)non modo ut amores præstaret:uerum etiam ut auferret. Sane ordo est:Roma est lapsa a pudicitia tempore proauorum.¶ Cumæã anũ: libros Sibyllinos:incertum est(ut Seruius scribit) Sibyllina responsa cuius Sibyllæ fuerint: quæ Virgilius Cumanæ esse dixit:Varro uero Erythreæ. Cæterũ Erythris urbs Ioniæ fuit quidem ut auctor est Strabo:Sibylla numine afflata & antiqua mulier: sed longe post eam alia quoq; fuit ex eadem urbe diuinatrix:quæ Athenais uocata dicitur.¶ Verso numine corda tenet:uocatur Verticordia:q; fœminarum corda ad pudicitiam uerterit.

Verticordia PAV. MAR.

¶ Nec pigeat:eo etiam die dum thura adoles.¶ Sumere papauer tritum:libare contusum papauer: aut papaueris succos papaueris in melle dabãt die nuptiali quia dicit ipsi Veneri datus quando nupsit Vulcano

ueris succum lacte & melle mixtum:quod quidem & si dulce est gustu:dulcem quoque somnum prouocat. Hęc a multis die nuptiali dabantur in omẽ futuræ,& diuturnæ uoluptatis cum nupta. Verum Plinius cum tria genera papaueris latiui dicat: Candidum,inquit,cuius semẽ tostum in secunda mensa cum melle apud antiquos edebatur. Deinde subdit alia genera:nigrum,& erraticum: & illud subiungit: Fuisse autem honore apud Romanos semper indicio est Tarquí Superbus:qui legatis a filio missis: decutiendo papauera in horto altissima: sanguinarium illud responsum ab facti ambage reddidit.¶ Cum niueo:candido. ¶ Lacte & mella liquata:instillata & dulcia.¶ Fauis expressis:nam cum fauus exprimitur:mel instillat.¶ Cũ primum Venus est deducta cupido marito:cum ad Vulcanum Venus deducta est. Ille enim erat suus uir:licet plures fierent Veneres. Prima cælo & die nata,altera Syria,Niloque concepta:quæ Adonidi nupsit,tertia maris spumis procreata, quarta Iouis filia:quę Vulcano data est in coniugẽ.¶ Bibit hoc: hunc liquorem ex papauere,melle,lacte.¶ Ex illo tẽpore:quo hæc bibit.¶ Fuit nupta:sic & nuptæ diu sunt eo liquore usæ.¶ Placate illam:conciliate uobis Venerem. ¶ Verbis supplicibus:quasi humili prece.¶ Sub illa:sub illius arbitrio.¶ Manet & forma,& mores,& bõa fama: Venus ministras habet Charites:quę præstant & põstãtiã formæ:& morum excellentiã:& decus famæ.ideo appellatæ gratiæ q̃ nascẽtibus gratiã infundũt:qua placere cæteris possint. Quod ergo p̃ ministras fit:per dominaz fit. ideo sub illa manere dixit. De his Charitibus plura in Odis Hora.diximus,¶ Roma pudicitia:dum proaui sese pudicos seruabant Respubes deficiebat.¶ Ex libris Sibyllinis.moniti sunt ut Veneri templa erigerent:sed respexit poeta ad ea monita:quibus sacra Veneris Erycinæ delata sunt ex Sicilia in Italiam:& conditum est illi templum sub eadem appellatione apud portam Collinã: de quo alio loco dicemus. Multa tamẽ diximus in secunda Oda Horatii: Siue tu mauis Erycina ridens &c.¶ Roma:Romana pubes.¶ Est lapsa:quasi defecit:cum non coleretur. ¶ Tempore proauorum:olim cum uiuerent proaui nostri.¶ Pudicitia:cum pudice & caste uiuerent.¶ Veteres: uos proaui.¶ Consuluistis anum Cumæam:Sibyllaz quę Cumis in Cãpania fuisse dicitur. Sed nõ cõsulerunt Sibyllam: quæ eo tempore non erat. Sed libros Sibyllinos:quorum superius meminimus.¶ Iubet Sibylla:iussere libri Sibyllini inspecti.¶ Fieri plura templa Veneri:& plura erãt in urbe:ut paulo superius diximus. ¶ Quib? templis.¶ Factis:extructis ordine.¶ Inde: ab alio tempore.¶ Venus tenet corda uerso numine:quasi habuit deinde in Romanos animum benigniorẽ:mutato de irato in placatũ & propitium numine.¶ O pulcherrima:Venus.¶ Respice semper ad Aeneadas:ad Romanos:qui ab Aenea progeniti sunt.¶ Vultu placido: benigno animo.¶ Et tuere tu Diua tot nurus tuas: tot Romanas nuptas:quæ tibi nurus sunt: cum uiri sint Aeneæ pronepotes:aut referas ad principes mulieres Cæsarum coniuges:cum uiri sint ex domo Iulea: quæ manauit ab Iulo Ascanii filio.

ANT. FAN. Scorpiꝰ occidit calendis Aprilibus

¶ Scorpius in uirides præcipitatur aquas: sic dictum ut illud superius: Scorpius a prima parte uidēdus erit. Scorpionis enim chelæ Libram faciunt: quæ oriente Sole occidit cosmice. Arieti enim opposita est. Vnde ait Lucanꝰ: Aut Aries donat sua tempora Libræ. Huius signi occasus matutinus tempestatem significat: teste Columella.

¶ Dum loquor elatæ metuēdus acumine caudæ
Scorpius in uirides præcipitatur aquas.
¶ Nox ubi transierit: cælumq; rubescere primo
Cœperit: & tactæ rure querentur aues:
Semustamq; facem uigilata nocte uiator
Ponet: & ad solitum rusticus ibit opus:
Pleiades incipient humeros releuare paternos:
Quæ septem dici: sex tamen esse solent.
Seu q̄ in amplexus sex hinc uenere Deorum:
Nam Steropen Marti concubuisse ferunt.

Illud tamen sciendum: q̄ re uera hoc tempore dum Sol in ortum fertur: qui Arietis partem emensus est: ea pars zodiaci: quam nos Scorpiū dicimus: occidere nullo modo potest: expectandum. n. est: ut Taurus attingat orizontem. ℣ Semustamq; facem: non est legendum semiustam: ne claudicet uersus. ℣ Pleiades incipient humeros releuare paternos. ,iiii. nonas April. ut Nasoni placet hoc loco Vergiliæ siue Pleiades heliace occidūt: quas Columella parū ab eo dissentiēs, viii. idus Aprilis inquit cælari uesperi. Dicūtur autem poetice releuare humeros patris: quia putant Atlantis filiæ ex Pleione: ut cū cælo emergūt: sublimi ab Atlantide natæ Pleiades. Quæ cum cælant & euanescūt lucis propinquitate uident Atlantis humeri cælū sustinentis parte oneris releuari. Has alii uolunt Iouis, alii Liberi fuisse nutrices. alii ipsas asserunt fuisse Hesperides: quæ in cælum translatæ Taurini corporis partē constituunt: ut ait Macro. & A. Gel. scribit: qui lib. xii. noctium Atticarū tradit ex hyadū quidē positam speciē quādam & simulachrū fieri Tauri capitis. Cæteras uero partes: & reliquam imaginē Tauri cō formatam: & quasi pictā esse locis, regionibusq; stellarū: quas Græci Pleiadas: nos Vergilias uocamus. Has Plin. cauda Tauri esse. Alii ante genua eius positas tradunt: quæ septem sunt: licet sex tantū appareant. Quod ostendit Varro in hebdomadibus: teste A. Gel. ubi septenarii numeri uirtutes, potestatesq; commemorat. Dictæ autē sunt Pleiades uel a matre Pleione (ut q̄dam uolunt) uel apotin pleio. i. nauigo: quia ortu suo primæ nauigationis tēpus ostendūt. necnon & Vergiliæ: q̄ earū ortu (ut inquit Festus) Ver finem facit. Vnde cauēdum ne hoc loco fallamur: existimemusq; nunc Pleiades in ortū cosmicum tolli. Nō enim hoc tēpore Ver finē facit. Animaduertēdum p̄terea descriptionem matutini tēporis fieri: non ut putemus mane Vergiliarū primum occasum siue occultationē heliacā apparere: cū eiusmodi occasus uesperi tantū nostro p̄cipitatur aspectu: quēadmodum & ortus in crepusculo matutino: sed ut dies tantū ostēdatur: quo heliacus earū stellarū occasus incipit. Vnde quātum ad aspectum nostrū attinet: placet quod ait Columella hoc tēpore (ut diximus) cælari Pleiades uesperi. ℣ Quæ septem dici, sex tamē esse solent: latet Electra mater Dardani dolore permota: quæ posteaq̄ Troia capta est: ne ruinam eius cerneret: oculis manum appositisse dicitur. Quidam autem dicunt cum Pleiades existimentur choream ducere, Electrā euersa Troia se a sororibus amouisse: & in circulo, qui arcticus dicitur, cōstituisse. Alii nō esse Electram quæ lateat: sed Meropen dicunt pudore confusam: q̄ cū eius sorores Diis imortalibus nupserint: sola mortalē Sisyphū nacta fuerit: unū natus est Glaucus: quem quidam Bellorophontis patrem fuisse dixerunt.

Pleiades occidūt, iiii. nonas Aprilis Pleiades Vergiliæ

Pleiades unde dictæ Vergiliæ unde dicuntur

Pleiadū numerꝰ

PAV, MAR. ¶ Dum loquor: calen. etiā Aprilis incipit occidere Scorpius: & superiore libro diximus occidere priorem partē Scorpii: hoc est Librā: per cuius occasum significabat ortus Arietis. Nūc cū incipiat occidere posterior pars Scorpii significat totius Arietis ortus. ℣ Dum loquor Scorpius: cuius fabulā superius diximus. ℣ Metuēdus acumine: aculeo, seu spiculo. ℣ Caudæ ela. in altū eleuatæ: quia (ut Higinius inqt) pedibus Ophiulci subditus extrema cauda circulum hyemalem cōtingere uidet. ℣ Præcipitatur in uirides aquas: occidit (cut idē inquit) inclinato capite: exorit erectus a chelis in aquas in Oceanum. ℣ Nox ubi trāsierit: secūda die Aprilis hoc est quarto nonas erit ortus Pleiadum: quæ quia in uere oriuntur: Vergiliæ dictæ sunt. Pleiades septem fuere Atlātis ex Pleione nympha filiæ: quas ut poetæ Græci referunt: cum mater in Bœotiam ducere uellet: Orion illis uim inferre uoluit. Euasere tamen fugā: illas. xvi. annis persequutus est: Iuppiter miseratus illas inter astra collocauit. Hoc etiam ab Higinio asseritur: & inquit: Hæ numero septem dicuntur: sed nemo amplius q̄ sex uidere potest. causam refert: quam poeta: quod de his septē immortalibus cōcubuere tres cum Ioue. Duæ cum Neptuno. Vna cum Marte: reliqua Sisyphi uxor fuisse demonstratur: quarum ex Electra, & Ioue Dardanum: ex Maia Mercurium: ex Taigete natum Lacedæmona dicunt. Ex Halcyone autem & Neptuno Hyrea: ex Celęno Licum & Nyctea natos. Ex Steropę & Marte Oenomaū: q̄ Oenomai uxorem dixere. Meropē autem Sisypho nuptam Glaucum genuisse: quem complures patrē Bellerophontis esse dixerunt: quare propter reliquas sorores eius inter sidera cōstituta: sed quod homini nupserat stellā eius obscuratā. Alii dicunt Electrā non apparere q̄d Pleiades existimātur choream ducere. Sed posq̄ Troia capta sit: & progenies eius quæ a Dardano fuerat, esset euersa. Dolore permotam ab his se remouisse: & in circulo qui arcticus dicit constituisse. Et quodam longo tē pore lamētanter capillo passo uideri. Iraq; e facto cometem esse appellatam. ℣ Vbi: posq̄. ℣ Transierit nox: ubi secūdus dies illucescet. ℣ Et cælum cœperit primo rubescere: cum fulserit Aurora: & cælum rubescit aduētu Solis. ℣ Et aues tactæ rore: fusæ rore matutino. ℣ Querētur: querulo cantu resonabunt. ℣ Et ubi uiator? q̄ est in itinere. ℣ Vigilata nocte: cum per noctem uigil ambulauerit. ℣ Ponet facem: relinquet: quam p nocturno lumine facem ferebat: cum iam habeat lumen diei. ℣ Semustam: media parte ustam. ℣ Et rusticus ibit ad solitum opus: ad colendum agrum. Hac periphrasi uoluit ostendere principium diei: ut demonstraret cosmicum Pleiadum ortum. ℣ Pleiades: Vergiliæ. ℣ Incipient releuare humeros paternos: humeros patris Atlantis: qui cælum sustinere dicit. Alleuiant filiæ parentem: quia longius ab illo oriuntur. Aut quia Atlas in montem sui nominis conuersus filiæ montem ipsum releuent ab aspectu suo: cum sese altius attollūt. ℣ Quæ: Pleiades. ℣ Solent dici septem tamē solent esse sex: dicūtur septem sed tantūmodo sex uident: ut diximus. ℣ Seu quod hinc: ex his. ℣ Sex uenere in amplexus Deorum: quod sex tantūmodo Diis imortalibus succubuerunt. ℣ Nam ferunt: dicunt. ℣ Steropen concubuisse Marti: & ex eo Oenomaum genuisse.

Higiniꝰ de cauda Scorpii in Ophiulco

Septem filię Atlantis dictæ Pleiades q̄ die secūdo Aprilis oriūtur

¶ Halcyonē:

ANT. FAN. Halcyone

¶Halcyonen:hęc ex Neptuno peperit Hireum:teste Higinio:a quo Hirea oppidum fuit agri Thebani. Hanc & sorores quidam e Græcis a Ioue fabulantur in cælũ trãslatas:cum Orion illis uim inferre tentaret:quas dicit annos duodecim persecutus. Vnde Bacchus poeta temporibus suuenalis Tragœdiam scripsit Halcyonẽ:quã quidam Halcynoen dicunt, ut Halcynoẽ Bacchi Thebas: & Terea Fausti. ✠ Non tulit:pati non potuit:cum dolor impediret:quia ipsa mater est Dardani:unde Troiani originẽ ducunt. ✠ Ter sine perpetuo cælum uerset in axe: nonis Aprilis matri Deum siue magnæ matri: quam Cybelen dicunt:sacra faciebant. Eam(ut iquit Macro.)nemo dubitauerit terram esse. Vnde & turritã gestat coronam ob ciuitates: quas cõstat esse turribus insignitas. & curru uehi dicit, quia hoc elemẽtum pẽdet in aere:eiusq; simulachrum cũ claui pingitur:quoniã terra uerno tpe aperit:hyemali claudit. Eãdẽ ob cãm ferũt hãc Dcã bilugos agitãr leões:ut inqt Lucretius:ai alia ipetu ac feruore ualida:cui? naturæ cælũ e ãbitu suo cõtinẽs aerẽ q uehit terrã. Hĩc illud ẽ Virgilii: Alma parẽs Idæa Deũ. Almã.n.ꝓprie terrã dicim?, q̃ nos alit:licet abusiue id epitheton aliis numinibus detur. Hãc Deam & cælum Varro Deos magnos esse uoluit. Licet alii Iouem & Mineruam: Aegyptii Isidẽ & Osiridẽ magnos Deos esse arbitrarentur. Est autẽ mater Deum communis Dea(ut auctor est Seruius)quæ certas cæli partes non habet:sed generaliter a cunctis colitur. Celebrabatur tamen præcipue apud Phryges:a quorũ monte Cybelo Cybelen dictam nõnulli putãt:ut Berecynthiã a Berecyntho:Dyndemenen a Dyndimis:Idæam ab Ida. Quare Antisthenes philosophus Antisthenis Atheniensis filius:cum diceret nõ esse indigena:idq; ei probro daretur:& mater inqt Deũ Phrygia est. Notãdum ꝙ hæc Dea & Cybele dicitur: & Cybelle. illud Bacchiũ facit:hoc Anapestũ. item Cybeles. ut Hic turpis Cybeles, & fracta uoce loquẽdi Libertas. Sunt qui uolũt ex Dyndimene uxore regis Phrygiæ natam puellam:& expositam fuisse in monte Cybelo: quã mulier cõspicata: cum ibi a feris nutriretur, sustulisse dicitur:ac Cybelem appellasse. Quæ cuꝫ singulari forma: prudentiaq; præstaret ab Apolline dilecta dicitur. & deinde iussu Oraculi a Phrygibus pro Dea culta. Lege Diodorum. ✠ Tibia: Virgi.in.viii. Aene. O uere Phrygię: neque enim Phryges: ite per alta Dyndima ubi assuetis biforẽ dat tibia cantum. Tibias(de quibus alibi latius dicemus)Porphyrio auctor est in Berecyntho urbe Phrygiæ sacris magnæ matris solitas adhiberi:quibus & Romani hoc tẽpore utebãtur. ✠ Ibunt semimares:Galli(ut inquit Plinius)testa famia uirilitatem amputabant: nec aliter citra pernicię. Iuuena. Mollia q rapta secuit genitalia testa. Idẽ: Quid tũ expectat Phrygio quo tps erat lãmore supuacuã cultris abrũpere carnẽ. Hi(ut scribit Festus)uocabãt magnę mris comites:q(ut idẽ inqt)Galli dicti sunt a Gallo flumie:qa q ex eo biberint hoc furore capti sunt:ut se priuẽt uirilitatis pte. Licet alii putẽt iõ eos sibi genitalia icidere:qa uiolauerũt nomẽ pris mrisue:ne possint ipsi fieri parẽtes. Gallus fluui? Phrygiæ:a quo(ut placet Plinio)nomen traxere matris Deum sacerdotes calculosis medetur: sed in potando necessarius modus est: ne lymphatos agat. ✠ Aeraq; tinnitus ære repulsa dabũt: æs in rebus diuinis adhiberi solitum est:auctore Macrobio:& in his maxime sacris:quibus delinire aliquos: aut deuouere:aut exigere morbos uolebant. Vtebantur aũt æreis instrũmentis alteꝝ altero percutiẽte:etiã i sacris Liberi. Vñ illud ẽ:Aera ne tĩ ære repulsa ualẽt. Est sane tinnitus uocabulũ e sono natũ. ✠ Ipsa sedẽs:simulachrũ matris Deũ ferebãt a Gallis:eratq; sedẽtis effigies. Ipsa eni est terra elemẽtũ depressuꝫ ad ĩfima. ✠ Comitũ ceruice:bene comitũ:quia(ut diximus)Galli(teste Festo) uocabant magnæ matris comites.

Aera in sacris adhibebãtur

Bacch? poeta Halcyone Tragœdia

Cybelis festũ nonis Aprilibus Mater Deũ & eius nomina

Alma ꝺf proprie terra Dea

De Diis penatibus

Galli ut rilia ãputabãt testa famia

Galli semimares

Galli unde appellati

Neptuno Halcyonen, & te formosa Celæno:
Maian, & Electram, Taigetemq; Ioui:
Septima mortali Merope tibi Sisyphe nupsit:
Pœnitet:& facti sola pudore latet.
Siue ꝙ Electra Troiæ spectare ruinas
Non tulit:ante oculos oppositoq; manum.
¶Ter sine perpetuo cælum uersetur in axe:
Ter iungat Titan, terq; resoluat equos:
Protinus inflexo Berecynthia tibia cornu
Flabit:& Idææ festa parentis erunt.
Ibunt semimares:& inania tympana tundent:
Aeraq; tinnitus ære repulsa dabunt.
Ipsa sedens molli comitum ceruice feretur

¶Halcyonen, & te o Celæno formosa Neptuno: ferũt uos concubuisse Neptuno. Hæc Halcyone altera est ab Halcyone Ceycis: uñ dictæ sũt aues Halcyoneç. ✠ Maiã ex q̃ Mercuri?. ✠ Et Electrã: ex q̃ Dardan?. ✠ Et Taigetẽ:ex q̃ Lacedæmõ:ẽt & mons Taigenis ab ea denominat in Laconia. ✠ Ioui. s. cõcubuisse ferunt. ✠ Septima Merope o Sisyphe nupsit tibi mortali:non Diis immortalibus ut cæteræ:sed tibi qui mortalis eras. Sisyphus Aeoli filius fuit. ✠ Pœnitet: Meropẽ mortali nupsisse. ✠ Et sola latet:quia non uidetur. ✠ Pudore facti:cum pudeat nupsisse Sisypho. ✠ Siue ꝙ Electra non tulit spectare ruinas Troiæ ante oculos:nõ poterat illa respicere excidium Troiæ:& cladem suorũ nepotum:quia a Dardano eius filio progeniti erãt. ✠ Et opposuit manum:oculis:ne uideret euersionem Troianæ gentis. Iccirco latet ea stella:ut diximus. ✠ Ter sine perpetuo:nonis Aprilibus hoc est, v. die mensis Aprilis: erit festum Cybelis matris Deorum:in cuius sacris cum tympanis & strepitu: & armilonanti chorea agebantur eius sacerdotes. Fiebant insuper & ludi ad honorem ipsius. De his multa agenda sunt. Nos omnia suo loco explicabimus. ✠ Sine:permitte. ✠ Cælum uersetur:uertatur seu rotetur ter. ✠ In axe perpetuo:supra quem perpetuo & sine ulla intermissiõe rotatur cælum. ✠ Ter Titan:Sol. ✠ Iungat & ter resoluat equos: ter oriatur & ter occidat:nam ortu iungit: occasu soluit equos. ✠ Sic a terna cæli uertigine:& triplici ortu & occasu tres dies significat:sic diem nonarum ostendit. ✠ Protinus tibia Berecynthia:Phrygia a Berecyntho mõte Phrygię:tum qđ hęc sacra e Phrygia aduecta:ut paulo inferius dicemus: tum etiam:ꝙ obliquam tibiam Mydas in Phrygia adinuenit. Geminas tibias Marsias in eadem gẽte:ut Plinius inquit:& de quo dicemus in sexto. ✠ Cornu inflexo:incuruo. ✠ Flabit:flatu resonabit. ✠ Et erunt festa parẽtis Idæç:Cybelis magnæ matris Deoꝝ:quæ e Phrygia Romã aduecta est, iõ Idæç ab Ida Troiana. ✠ Ibũt:semimares:Galli Cybelis ministri q castrati sũt:iõ semimares, qa sine gẽitalib?. ✠ Et tũdẽt:manu pulsabũt. ✠ Tympana inania:cõcaua & uacua instrã resonãtia cũ manu pulsant. ✠ Et æra: ærea quoq; instrã. ✠ Repulsa:repcusa. ✠ Aere: alio æreo instrõ. ✠ Dabũt tinnitus:ex collisione æris fit tinnitus:qui ita ab ipso sono uocatus est. ✠ Ipsa sedens: simulachrũ ipsius instar sedẽtis. ✠ Ferebat:in ipsa pompa. ✠ Molli ceruice:mollium, & effœminatorũ comitum.

PAV. MAR.

Simulachra Cybeles

Quinto die mensis Aprilis est festũ Dææ Cybelis

ANT. FAN. Gallorũ ululatus

¶Exululata:solebant Galli per furorẽ motu capitis comam rotantes ululatu futura prænuntiare. Luca. Crinẽ qꝫ rotantes Sanguineum populis ululatum triſtia Galli. ☞ Scæna ſonat, ludiq; uocant: Megaleſia dicit. Sic enim appellati ſunt ludi magnæ matris: qui inſtituti ſunt (ut ſcribit Liuius) ob dedicationem ædis eius Deæ: quã M. Iunius Brutus in palatio dedicauit. Ab his dicta eſt pura Megalẽſis: ut quidam tradunt: qꝫ ea ꝓtores i ludis magnæ matris uterent. Ant maduertẽdum autẽ: ne cum nõnullis erremus: qui interpretantur Megaleſia magnos ludos. Aut, n, ſunt ludi: de qbus ait Iuuenalis: Atq; a plebeis longe Megaleſia, & alii ludi magni. Liuius i prima Decade: Solẽnes deinde annui maniere ludi Romani: magniq; uarie appellati. Hos Auguſtus uouit Ioui teſte Suetonio: ſi rẽp. in meliorem ſtatũ uertiſſet poſt Quintili Vari cladẽ acceptam. Ludos feſtos omnis ætas coronata ſpectabat: auctore Seruio. ☞ Horrẽdo lotos adũca ſono: ex loti arboris materia tibiæ fiebant: auctoribus Feſto, Plinio, & Iulio Poluce. Vnde (ut quidã cenſent) loton Palladiã dictam legimus: qꝫ tibia uius ſit Pallas. Scire autẽ debemus: qꝫ (ut inquit Pli.) qui loton eſſe tantum arborem putãt, uel Homero auctore, argui poſſunt: qui inter herbas ſubnaſcẽtes Deorum uoluptati loton primam nominauit: quam idem Plinius prouenire inquit ſimilẽ fabæ. Hero. uero lilium uocat: cuius radicem ait eſculẽtam eſſe: ac ſuauitate præſtanti. & ex eo quod mediũ loti eſt panes confici. Loton uero arborem alii fabam Syriacam uocãt: alii fabam græcam: alii celtin: quæ eſt fructu ſuauiſſimo. Vnde illud eſt Ouidii: Sic noua Dulychio lotos guſtata palato Illo quo nocuit grata ſapore fuit. Ab ea Lotophagi nominati ſunt: quos Artemidorus ſcripſit ſiccam regionem incolere: & loton herbam edere ac radicem: eaq; comeſta nihil potu indigere. Quod a Strabone falſum exiſtimatur: qui ait Meningẽ inſulam Lotophagoꝝ terraꝝ putari: cuius Home. meminit: ibiq; & lotum arborẽ multã eſſe fructu dulciſſimo. & Vlyſſis arã: qui ad Lotophagos (ut idẽ Home. ſcribit) tempeſtate maris impulſus acceſſit. Eadem arbor Italiæ quoq; familiaris eſt teſte Plinio. Sed extra Italiã præcipua circa Syrtes atq; Naſamonas: quam Macrobius ex auctoritate Veranii inter felices arbores ponit. Eius lignũ cariem, uetuſtatemq; non ſentit: eſtq; colore nigro: & ad tibiarum cantus expetitur: radix uero ad capulos catelloruꝫ. Apud Thuſcos ſacrificæ tibiæ e buxo olim fieri conſueuerũt. Ludicræ uero e loto oſſibus aſininis atq; argento. ☞ Da Dea: dic quæ ſcire cupio. ut Sed tamen iſte Deus qui ſit da Tityre nobis. Sunt autẽ uerba poetæ ad Cybelẽ: quæ muſas iuſſit aperire Naſoni quę uellet. ☞ Scite: eleganter. Vnde apud Terentium ſcitus puer natus dicit e Pamphilo. legit alio loco: Sciter. ☞ Doctas neptes: nouem muſas magni Iouis filias: ut inquit Heſiodus: quæ ex Memoria ſuſceptę creditur. Licet Alcmæon poeta cæli & terræ magnorũ Deorum filias putauerit. Varro autẽ (ut ſcribit Seruius) tres tantum muſas eſſe cõmemorat. Vnam quæ ex aquæ innaſcitur motu. Aliã quam aeris ictus efficit. Tertiã quæ mera tantum uoce cõſiſtit. Earũ ſimulachra multiplicata ſunt: ut idem tradit Varro: quod in Ancilibus accepimus

Tibiæ ex loto Lothos

Megaleſia Magni ludi

Tubæ ſacrificæ apud Tuſcos agebant

Loto phagi

Mulæ

Vrbis per medias exululata uias.
Scæna ſonat: ludiq; uocant: ſpectate Quirites:
Et fora Marte ſuo litigioſa uacent.
Quærere multa libet: ſed me ſonus æris acuti
Terret: & horrendo lotos adunca ſono.
Da Dea quam ſcite. doctas Cybeleia neptes
Vidit: & has curæ iuſſit adeſſe meæ.
Pandite mandati memores Heliconis alumnæ
Gaudeat aſſiduo cur Dea magna ſono.
Sic ego: ſic Erato, (menſis Cythereius illi
Ceſſit: qꝫ teneri nomen amoris habet)

ita: ut nouem exiſtimentur: quas Fuluius nobilior egregie pictas Romam tranſtulit ex Ambracia. Vnde Græcus poeta melliſluam Sappho laudauit: quaſi decimam muſam: cuius ſenſum nos latine ſic expreſſimus. Mnemoſyne obſtupuit modulantem carmina Sappho: Credidit & decimam uiuere Pieridem. Non caret autem rõne nouem muſarũ numerus. Placuit enim Heſiodo octauã muſam Vraniã eſſe: quoniã octaua ſphæra, quæ ſeptem uagas amplectit: ꝓprie cælũ uocatur. Nã nona omnium maxima per Calliopẽ a quibuſdam accipitur. ☞ Sic Erato: hæc muſa ab amore appellat: & nuptias adinuenit. Bene igitur electa eſt: ut dicat quæ ad Venerẽ pertinẽt. ☞ Mẽſis Cythereius illi Ceſſit: per interpoſitionẽ dicti eſt. Cythereium autẽ menſem Aprilẽ uocat: quia dicatus eſt Veneri: quæ in Cythera inſula educata dicit: quæ olim Porphyris dicta eſt: ubi Aeneas matri templum extruxit: teſte Dionyſio. Ea diſtare a Malea promontorio quinq; millia paſſuum putatur: ad quam Venus concha delata eſt.

Mnemoſyne una muſarum

Cythera

Porphyris

¶Exululata: ululatu celebrata. ☞ Per medias uias urbis: ꝓ urbem ipſa. ☞ Scęna uocat: itur in theatrũ. Quod cum haberet formã hemicycli: ſpaciũ quod erat iter duo cornua erat Scæna. Vnde aut ludẽtes: aut agentes fabulam egrediebãtur. Nunc autem fiebant ludi: quæ Megaleſia uocabant. Ita enim dicebantur ludi magnæ matri Deum facti: de quo Liuius in bello Macedonico: M. Iunius Brutus ædem magnæ matris Deũ in palatio dedicauit: & ludos ob eam dedicationẽ factos Megaleſia appellauit. ☞ Et nocãt ludi: qui nunc exhibentur. ☞ Spectate Quirites: ludos ipſos. ☞ Et fora litigioſa: cõtentioſa ubi litigatur ante prætorẽ. ☞ Vacent ſuo Marte: per tranſlationem a bello: uacent a litibus. ☞ Quærere multa libet: uellem de multis inquirere ad hæc ſacra pertinentibus. ☞ Sed terret me ſonus æris acuti: extereor tinnitu æris acute reſonãtis. ☞ Et lotos: tibia ex loto. ☞ Adunca: incuruа: terret, etiã me ☞ Horrendo ſono: horrorẽ incutiẽti. Lotos enim (ut Põpeius inquit) arboris genus eſt: ex cuius materia fiebãt tibiæ &c. Ideo lotos poeta dixit: ſed de ea plura diximus in primo libro. ☞ Da dea: dic tu Dea cauſam huius ſonitus. ☞ Cybeleia: ipſa Deorum mater. ☞ Vidit neptes: muſas Iouis & Memoriæ filias: ſic ipſius matris neptes. ☞ Quam ſcite doctas: omni doctrinarũ genere cumulatas. ☞ Quã ſcite: q̃ eleganter. Vnde apud Terẽtium: Scitus puer natus eſt: idẽſt elegans. ☞ Et iuſſit has: muſas. ☞ Adeſſe curæ meæ: & reſpondere & docere: ſiquid eſſet in quo dubitarem. ☞ O alumnę Heliconis: o muſæ: quæ educatæ eſtis in Helicone mõte. ☞ Memores mandati: quod mandauerit uobis mater Deorum adeſſe mihi. ☞ Pandite: demonſtrate. ☞ Cur Dea magna: ipſa magna mater. ☞ Gaudeat ſono aſſiduo: non intermiſſo in ipſis ſacris. ☞ Sic ego: dixeram. ☞ Sic Erato: reſpondit ſcilicet. Erato enim una eſt ex muſis: Elegiq; fauet uatibus, dictaq; eſt ab ἔρως: quod eſt amor: q̃ præſit his qui amoris faces recinnũt: habet hæc in Aprili mẽſe ius: cũ hic menſis ſit Veneri & amoribus ſacer. ☞ Menſis Cythereius: Veneris menſis: hoc eſt Aprilis. ☞ Ceſſit illi: Erato. ☞ Quod habet nomen teneri amoris: nam ἔρως ἔρατος amor: unde & ipſa Erato dicta.

PAV. MAR.

Ludi Megaleſia dicti M. Iunio Brutus edẽ matris Deũ in palatio dedicauit

¶Reddita

ANT. FAN. Saturn? filios edebat

¶Reddita Saturno sors hæc erat:ferunt Saturnum cũ audisset esse in fatis:ut aliquando filius ei regnum adimeret:comedisse partus:qui ex Ope nati essent: quod ideo fingitur (teste Diuo Augusto) quia diuturnitas temporis æternitatis Deus est:& auctor temporum:ut inquit: quicquid gignit ipsa consumit. Saturnus enĩ Macrobius. Vnde a Græcis immutata litera chronos quasi chronos uocatur. Eã ob causam Ops cum Iuppiter esset in lucem editus:seruari filium cupiẽs, Saturnum decepit lapide in os eius iniecto:qui Abaddir dicit:teste Prisciano:& a Saturno pro Ioue deuoratus est. Ipsum autem Iouem Curetibus:& Corybãtibus custodiendum dedit: qui pulsantes clypeos suos,& galeas egerunt:ut uagitus Iouis patrem laterent. In cuius rei memoriam Galli Cybelẽ comitantes urbem strepitu,& tinnitibus complebant. Alia ad hunc locum pertinentia quæ antiquitas fabulata est non imprudens prætereo. Est autem sciendum Rheam & Opem eandem esse: quæ dicitur Saturni uxor & soror:cuius dies festi (auctoribus Festo & Varrone) Opalia dicebantur:celebrabantur q; (ut scribit Macro.) mense Decembri:quemadmodum & Saturnalia:omni iam fœtu arborum coacto:quoniã Saturnum & Opem repertores frugum ac fructuum crediderunt: quos nonnulli cælum & terram esse arbitrati sunt. Saturnumq; a fatu dictum:cuius causa de cælo est.& terram Opem: cuius ope humanæ uitæ alimenta quærũtur. uel ab opere per quod fructus,frugesq; nascuntur:cui Deæ sedentes uota concipiebant:& de industria terram tangebant. Esse autem Opem & Cybelen unum numen Ouid. ostendit alibi. ut ipse quoque Ausonias Cęsar matresque,nurusq; Carmina turrigeræ dicere iussit Opi. ¶ A nato sceptris excutiere tuis: sunt qui tradunt Saturnum timentem ne a filio regno pelleretur:Ioui parasse insidias. Quod cũ is cognouisset patrẽ e regno dicitur pepulisse. ¶ Nec unq; mater:cum Saturnus filios absumeret. ¶ Acceptã parce mouere fidem:quia quod uetustas accepit,& credidit: a nobis quoque recipiendum est:ne lædatur auctoritas uetustatis. ¶ Iamdudum: hoc aduerbium interdum (ut placet Seruio) q̃primum significat,& nimium. ¶ Resonat tinnitibus Ida:Idam Cretæ dicit:de qua Virgi. Mons Idæus ibi & gẽris cunabula nostrę:ibi Idæi Dactyli:quos Curetes,siue Corybantes poetæ appellant: teste Diome,excogitarunt lusus genus:cælaruntque uocem Iouis infantis ut diximus supra. Fuit autem lusus ut concurrerent æneis clypeolis,tinnitumq; æris facerent non sine rythmica pedis Dactyli compositione:unde a montis nomine & qualitate facti Idęi Dactyli appellati sunt. Est & Ida in Phrygia:cui ab Ida Cretæ Teucer nomẽ dedit postq̃ est profectus in Phrygiam.

Abaddir

Gallorũ tinnitus p urbem

Rhea

Opalia

Saturn? a fatu

Ops

Corybãtũ lusus

PAV. MAR.

¶Reddita Saturno:uerba sunt ipsius Eratus referentis Saturni & Iouis historiam:quæ erit paulo altius repetenda. Saturnus (ut poetæ referũt) erat monitus ne prolem uirilis sexus seruaret:nam ab ea deiiciendus esset e regno. Ex quo destinauit omnem prolem interimere: nato Ioue oblatum est saxum:quod pro filio deuorauit. At infans Iuppiter in Dycteum montem:ut aliqui in Idam Cretensem translatus,educatusq; est:& cum uagiret:ne a Saturno audiretur:pulsant tympana & tibiæ:sic a patriis insidiis tutus fuit. Aliter tamẽ ex historia sacra Euhemeri a Lactantio refertur: Saturnum.s. Cæli ex Vesta filium fuisse:& Titani fratrem: uxoremq; Opim duxisse: Titanus qui maior natu erat regnum postulabat: persuadent mater & sorores Saturno ne cõcedat:quod ubi ille persensit:firmat cum Saturno fœdus:ut si quis liberorum ei uirilis sexus natus esset, necaretur. Id ea causa fecit:ut ad suos natos regnũ rediret. Itaq; qui primo natus est:necatus est. Deinde posterius nati sunt gemini: Iuppiter & Iuno: sed Iunonem solam Saturno in conspectu dedere. Iouem autẽ abscondẽtes Saturno inscio educandum dedere. Itẽ Neptunũ clam a Saturno Ops parit: eumq; clanculum abscondit. Et cum deinde pareret Plutonem & Glaucã:fœmella patri ostenta:clã Pluto seruatus est:Glauca parua emoritur. Quod ubi rescisuit Titanus cum filiis uenit:Saturnũ & Opim comprehendit:inclusitq; cum compedibus. Sed adultus Iuppiter:cum Cretensibus ueniens Titanum & filios expugnauit:& parentes e uinculis liberauit:& patri regnum restituit. Sed postea admonitus sorte Saturnus ut a Ioue caueret:ne eum regno pelleret:Ioui insidias parauit. Quo cognito Iuppiter patrem fugauit: & regnum sibi uendicauit &c. Hæc ille. Poetæ historiam ipsam peruerterunt:sed de pulso Saturno plura diximus in primo libro. Nunc sic inquit musa. ¶ Hæc sors erat reddita Saturno:hoc acceperat Saturnus responsum. ¶ Optime regum:rex optime:ad illud respexit: q; eo regnante fuisse dicitur aureum sæculum. ¶ Tu excutiere a nato:filio. ¶ Tuis sceptris:instrumẽtum pro re.i.tuis regnis: filius qui tibi nasciturus est te e regno eiiciet. ¶ Ille:Saturnus. ¶ Metuẽs suam prolem:suos filios. ¶ Vt quæq; erat edita:nata:ut quisq; uirilis sexus nascebatur. ¶ Deuorat:quia dicunt ostẽsum pro Ioue saxum,& illud deuorasse. ¶ Et tenet immersam: sobolem obrutam. ¶ Visceribus: tenet intra uiscera quod deuorauit. ¶ Rhea:quæ & Ops: Iouis mater:Saturni uxor. ¶ Est questa toties fœcunda, nec unq̃ mater:querebatur q; toties pareret:nec unq̃ seruabatur filius: quo mater dici posset. ¶ Et indoluit sua fertilitate:q; erat ita fœcunda:cum toties pareret. ¶ Iuppiter erat ortus:natus. ¶ Vetustas creditur pro magno teste:nolis alios huiusce rei testes: nisi uetustatem. Cui est adhibenda fides tanquã magno & præsenti testi. ¶ Parce mouere fidem acceptam: quasi noli tu turbare credulitatem rerum: quas a ueteribus accepimus: sed credas etiam tu ita fuisse. ¶ Saxum latens ueste: saxum quod pannis inuolutum est illi pro Ioue oblatum. ¶ Sedit cęlesti gutture: deuorauit ille: & in eius gutture sedit. Quod physice ad tempus refertur: quoniam id omnia deuoret:quod in primo libro attigimus. ¶ Sic genitor:Saturnus. ¶ Erat decipiendus:pro seruanda uirili prole. ¶ Ardua Ide:mons Idæus in Creta altus:& ascensu difficilis. ¶ Resonat iãdudum:ex quo natus erat Iuppiter:resonat mons tinnitibus æris ne uagiens puer audiatur. ideo inquit. ¶ Vt puer:infans Iuppiter. ¶ Tutus ab insidiis:scilicet patris. ¶ Vagiat:uagitum edat. nam uagire puerorum est. ¶ Ore infanti:cum ipse infans esset.

De Opi dea uaria opio in filiis eius

Reddita Saturno sors hæc erat. optime regum
A nato sceptris excutiere tuis.
Ille suam metuens, ut quæq; erat edita, prolem
Deuorat: immersam uisceribusq; tenet.
Sæpe Rhea questa est toties fœcunda, nec unq̃
Mater, & indoluit fertilitate sua.
Iuppiter ortus erat: pro magno teste uetustas
Creditur: acceptam parce mouere fidem.
Veste latens saxum cælesti gutture sedit:
Sic genitor fatis decipiendus erat.
Ardua iamdudum resonat tinnitibus Ide:
Tutus ut infanti uagiat ore puer.

No. quo mõ poetę historiã peruertunt

ANT. FAN. Coribãtes Curetes

¶Hoc Curetes habẽt:hoc Corybantes opus:separat Curetes a Corybantibus secundũ eos,qui uolunt alios,esse Curetes,alios Corybantes.Placet enim Diodoro Corybantum fuisse Iasii filium:quem uultipostꝫ patris interitum cum Dardano sacra Cybelis in Phrygiam transtulisse:initiatosꝫ sacris Corybantes nominasse.Curetes autem esse a terra genitos:siue Idæorum Dactylorum progeniem:quibus multarũ rerum inuentionem tribuit. Cæteruꝫ Strabo in decimo suæ Geographiæ multa ac pene inexplicabilia de Curetibus refert: quos nonnulli ex Carnania genus duxisse uolũt:quidam ex Aetholia: alii ex Euboia: alii a Creta. Et uel dictos Curetes a Cura tonsuræ:ꝙ qui Euboiam incoluerunt ab occipite capillati fuerint:& a fronte detonsi.Vel ab Heroe quodã. Vel a mõte Curio:qui Pleuroni imminet:cum ii in Aetholiam habitatũ migrassent. Vel a cura Iouis alendi:quia sunt qui dicãt nouẽ in Rhodo fuisse Telchines Rheæ comites in Cretam:qui,quoniam alendi Iouis curam gesserunt, Curetes nominati sunt. Alii Curetes Aetholiam habitantes sic dictos tradunt:ꝙ sicuti coræ.i.puellæ:longas stolas induerent. Lege cætera apud eundem Cosmographum hac lege ne rideas:ubi etiam inuenies esse qui Curetas,Corybantes, & Idęos Dactylos eosdem esse tradiderunt.

Pars manibus clypeos,galeas pars tundit inanes:
Hoc Curetes habent,hoc Corybantes opus.
Res latuit patrem:priscique imitamina facti
Aera Deæ comites,raucaq; terga mouent.
Cymbala pro galeis,pro scutis tympana pulsant:
Tibia dat Phrygios,ut dedit ante,modos.
Desierat:cœpi:cur huic genus acre leonum
Præbeat insolitas ad iuga curua iubas?
Desieram:cœpit:feritas mollita per illam
Creditur:id curru testificata suo est.
At cur turrifera caput est onerata corona?

¶Tibia dat Phrygios,ut dedit ante,modos:Virgil.in.viii.Aene. Ite p alta Dyndima:ubi assuetis biforem dat tibia cãtum.Nouimus autem Romanos(ut scribit Seruius)sacra matris Deum more Phrygio coluisse.Idem etiam tradit tibiam Phrygiam impares:& inæquales cauernas habuisse: & dextræ quidem unum foramen fuisse:ut scripsit Varro: sinistræ duo:quorum unum acutum sonum habuit:alterum grauem.Dicta est autem tibia:ꝙ cuꝫ olim simplex esset:ex osse fieret tibiarũ:quales Grues habent & aues eiusmodi.Obliquæ tibiæ inuentionem Pli.Mydæ Phrygio tribuit:geminarum uero tibiarum Marsiæ.Alii tibię inuentorem fuisse Apollinem uolunt.Alii Euterpen unã musarum.Sed ut cum tibiis uoce caneretur Trœzenum Dardanum instituisse tradunt. ¶Genus acre leonum: leones Matris Deorum currum trahunt:quia(ut placet Seruio)omnis feritas maternæ effectioni subiacet. Vel (ut Macrobio)quia hæc Dea terra est:quæ ab aere uehitur:quem continet cœli ambitus:cuius natura similis est leonum ualidorum animalium impetu atq; furore.Sustineri autem rotis eadem Dea dicitur:quia mundus rotatur & uolubilis est.

Tibia Phrygia

Tibia unde

Leones trahunt currum Cybeles

PAV. MAR.

¶Pars:ipsorum ministrorum.¶Tudit:uerberat.¶Clypeos manibus: aliqui legunt fudibus. Sic enim hic uersus apud Lactantium est:quia baculis pulsabat clypeos. ¶Pars tundit galeas inanes:concaua & uacua capitum tegmina ærea:unde tinnitus ederetur.¶Hoc opus habent Curetes,hoc Corybantes:hoc officium dum educabatur Iuppiter exercebant Curetes,& Corybantes. Et enim post Idęos Dactylos:qui in Creta fuere:secuti sunt (ut Diodorus inquit)Curetes:quos quidam ex terra genitos uolunt. Alii progeniem Idęorum Dactylorũ habitasse autem in montibus:tecta & indumenta quæ natura præberet habentes:nondum repertis domibus.A quibus multa ad uitam utilia inuẽta sunt:primi greges ouiũ cogere:pecora alia mansuefacere:mellis:uenandi: sagittã diq; modum induxere.Reperere insup ensem: galeam: ac cũ armis saltãdi morem: quorum strepitu permagno Saturnus deceptus est. Aiunt enim Iouem clam Saturno:ab Rhea matre datum:ab his nutritum fuisse. Arthematus autem Euboeus(Stra.referente) Curetas inquit Calcydem incoluisse:sed assidue de Lelãto campo bellum gerentes:cuꝫ hostes anteriorem captarent cæsariẽ: eosq; distraherent: ab occipite capillatos extitisse:a fronte detonsos. Vnde a cura id est a tonsura: Curetes idest detonsos appellati:& in Aetholia habitum migrasse: ubi cum intonsa seruarẽt capita: Acarnanes cœpisse nominari. Plerique ab heroe quodã utrãq; nationem nomẽ tenuisse aiunt. Alii a mõte quodam Curio Pleuroni imminenti Curetas nominatos.Alii Dęmonas quosdam:Deorumue ministros Curetas uulgant.Alii eosdem esse Curetes:& Corybantes:& Caberos:& Idæos Dactylos:& Telchines ostendunt.Et paulopost de Corybantibus prosequitur Strabo:plures opiniones referens.Additq; post multas:Verisimilius inquit Scepsius:eosdem esse Curetes,& Corybantes:qui in matris Deorum sacrificiis armati saltantes:casti & puri sunt assumpti.ideo autem Corybantes appellari:quod inter saltandũ capita iactent:quod Choryptin dicitur:quos Betarmonas uocat Homerus.Hinc qui capita saltando iactant,& numine aspirantur,& furiis agitantur:corybantiare dicimus.Diodorus uero inquit Iasium Corybantum genuisse: mortuo Iasio Dardanus & Corybantus in Phrygiam sacra Cybelis detulerunt.Corybantus initiatus sacris,Corybantes nominauit &c.¶Res latuit patrem:quia Iouis educatio Saturno nunq; aperta fuit.¶Comites: ipsi ministri Cybeles:qui eam in pompa comitantur.¶Mouent æra:pulsant ærea instrumenta ad tinnitus edendos.¶Et terga rauca:tympana ipsa ex tergis:hoc est ex coriis rauce resonantia.¶Imitamina prisci facti:ad imitationem eorũ: quæ ipsi Curetes fecerant in educando Ioue. Aliqui legunt:Priscique imitantia facti:& eorum tendit sententia: quæ sunt imitatritia ueterum factorum.& Lactantius inquit: Quicquid est gestum in abscondendo puero: id ipsum per imaginem geritur in sacris.Quod Ouidius exponit in factis:& adducit hos octo uersus simul lib.pri. Insti.Verum(ut idem quoq; tradit)hanc totam opinionem:quasi a poetis fictam Salustius respuit:uoluitq; ingeniose interpretari:cur altores Iouis dicantur Curetes fuisse.sic ait:quia principes diuini intelligendi fuerunt: uetustatem(ut cætera)in maius componentem:altores Iouis celebrauisse:& reliqua.Hic cumulate refellit ipse Lactantius.¶Pulsant:ergo.¶Cymbala:ipsa parua tympana.¶Pro galeis: loco galearum. Cum prius consuescent pulsare galeam & clypeum:nunc pulsabant cymbala,& tympana.Ideo ꝓ scutis pulsant tympana.¶Tibia:quę ex Loti materia erat:nõ est mutata.¶Dat Phrygios modos: modulos sonoros quales in Phrygia edebantur.¶Vt dedit ante:prius q̃ ipsa sacra deferrentur in urbem.¶Desierat:loqui scilicet ipsa Erato.¶Cœpi:ego scilicet loqui.¶Cur huic:matri Deum.¶Genus acre leonum:ipsi acerrimi leones.¶Præbeat comas insolitas:iubas non

Curetes dicti a cura & a tõsura

Corybãtus initiatus sacris dixit alios sacerdotes Corybãtes

Curetes & Corybantes

bas non assuetas ferre iugum. ¶ Ad iuga curua: ad currum: quem ipsi iugati trahunt. Leones enim agunt currum magnæ Deorum matris, aliqui legunt iubas insolitas & idem est. ¶ Desieram: ego scilicet loqui. ¶ Cœpit: ipsa Erato loqui. ¶ Creditur feritas mollita: mansuefacta. ¶ Per illã: Cybelem, iccirco leones trahunt eius currum: quia pria fuit quæ truces & feras bestias manluefecerit. Sed in decimo Met. alia causa affert de Hippomene & Atalãta: cum pomis ille aureis a Venere datis eã cursu deciperet, & superet: impatiens amoris cum in tẽplo Cybelis congrederetur. Dea ambos conuertit in leones: & eos currui alligauit. Sed musa refert causam ad mansuefactam feritatẽ. Sed ab initio alii alia aialia reddidere mansueta. ¶ Id est testificata: ipsa Cybele. ¶ Suo curru: ubi habet leones alligatos. ¶ At cur est onerata caput: cur habet caput oneratum. ¶ Corona turrifera: ferenti turres: nam turrita pingitur.

Fabula de Hippomene & Atalanta

An primis turres urbibus illa dedit?
Annuit: unde uenit dixi sua membra secandi
Impetus? ut tacui: Pieris orsa loqui.
Phryx puer in siluis facie spectabilis altis
Turrigeram casto iunxit amore Deam.
Hunc sibi seruari uoluit: sua templa tueri:
Et dixit, semper sac puer esse uelis.
Ille fidem iussis dedit: & si mentiar, inquit:
Vltima, qua fallam, sit Venus illa mihi.

¶ Secandi, sua membra: cur ministri magnæ matris secãt pudendas partes & abscondũt ipsa genitalia. ¶ Vt tacui: ego. ¶ Pieris: Erato a Piero monte: uel ab ipsis Pieribus. ¶ Sic orsa loqui: sic loqui cœpit. ¶ Phryx puer in siluis: causam Erato refert ad Atym puerũ: quem Cybele amabat: qui, quia fidem fregit, dissecuit eam partem: qua illã læserat: inde morẽ habuisse inquit initium. & de hoc Lactan. Deum inquit mater & amauit formosum adulescẽtem: & eundem cum pellice deprehensum: exectis uirilibus semiuirum reddidit. Et nunc a Gallis sacerdotibus sacra eius celebrantur &c. Sed nos ut aliud ad hanc rẽ adducamus: illud aduertendum erit: quod poetæ eãdẽ esse Cybelẽ: & Rheã Deorũ matrem ostẽdere uidentur.

Sacra Cybelis unde habuerint ortum fm Diodorum

ANT. FAN. Turriũ inuẽtio

¶ An primis turres urbibus ipsa dedit: turrium inuentio nõ datur matri Deũ: sed Aegyptiis potius. Erat autẽ Cybelis simulachrum capite corona turrium insignito: quia ipsa est terra: quæ oppida & turres sustinet. ¶ Impetus: furor quo impelluntur Galli sibi abscindere pudibunda. ¶ Phryx puer: de hoc scriptores uarie fabulant.

Atys & eius fabula

Nam (ut scribit Seruius) Atys puer speciosus cũ magnæ matris sacris præesset a rege ciuitatis suæ amatus est: a quo cum intelligeret uim sibi instare: clam in siluas profugit: ubi cum inuentus uim ei studeret inferre: uerenda stupratoris abscidit: qui moriens eandem ipsam corporis partem puero abstulisse dicitur: quem cum antistites Deæ semianimẽ sub pinu inuenissent: perlatum in templum frustra reficere conati, defunctum tumularunt: cuius ut perpetua memoria maneret: magna mater instituit: ut quotannis in sacris suis plangeretur: pinumq; arborem tutelæ suæ ascripsit: effecitq; ut cultores sui uiriles sibi partes amputarent: qui cum gladiis suis esse finguntur: ut significetur omnibus pro terra sua esse pugnãdum. Ouid. autem in hoc loco uult puerum ipsum dilectum a Cybele: & Deæ ipsius, ac datæ fidei immemorem cum cognouisset nympham Sagariti filiam statim in furorẽ uersum sibi uirilia amputasse. Catullus uero eius furoris causam non Deæ: sed Gallo fluminis tribuit: cuius aquis epotis puerum dicit in furorem actum abscidisse sibi eam, quam diximus, corporis partem. Diodo. autem uult Cybelẽ ab hoc puero fuisse compressam: eumq; iussu parentum Cybelis interfectum. Sciendum placuisse Porphyrio philosopho (ut refert diuus Augusti.) a quo Euse, non dissentit: Atyn excastratũ nihil aliud significare: q̃ florem qui decidit ante fructum. Fuit & Atys Crœsi filius: qui in uenatione ab Adrasto interfectus est: auctore Herodoto, item Atys iunior eius frater: qui imminente percussore patri cum antea mutus fuisset, uocalis euasit. ¶ Casto amore: uide Diodorum, qui aliter sentit. ¶ Fac puer esse uelis: castus & incorruptus.

Puer dilectus a Cybele Atys

Atys Crœsi filius

PAV. MAR.

¶ An illa dedit turres primis urbibus: an prima ipsa fuerit: quæ turres urbibus construxerit. ¶ Annuit: affirmauit musa ita esse: eam scilicet turres dedisse. Plinius uero id muneris aliis assignat, inquit enim: Thrason muros: Turres (ut Aristo) Cyclopes tripini, ut Theophrastus Aegyptii. ¶ Dixi: ego. ¶ Vnde uenit impetus: ille furor. Ex Diodo. Menonẽ Phrygię: Lydięq; regẽ fuisse refert: qui uxorẽ duxerit Dindymenẽ. Ex ea natam fœminã cũ nutrire nollent: a se expositam in Cybelum montẽ: hanc pardali: aliæq; feræ nutrierunt: quam uidens, stupensq; miraculo mulier quędã pecora pascens: eam sustulit: & a loco Cybelem nominauit. Quæ adulta & forma, & prudentia excellens fuit: fistulam compactam: & ad lusum choreas: Cymbalũ: Tympanũq; prior adinuenit: & pecorũ & puerorũ morbis remedia. Et quia multos in sinu fouit: & ob amorem singulis pstitum: matrem ab oibus dictam ferunt. Hæc prouecta ætate adulescẽtem quędam eius regionis Atym nomine dilexit. Quem postmodum dixerunt papam. Cum eo clam coiens grauida facta est. Quod ut parentes norunt: in regiam accitam: ut uirginẽ pater suscepit: & Atym & nutrices interfici iussit: atq; insepultos abiici: Cybelem dolore perculsam: insanam effectam in publicum prodisse ferunt. Solamq; uniuersam patriam passis crinibus perambulasse. Misertus Marsias illam sequutus est: post certamen cum Marsia: Apollinẽ eius amore captum ferunt: & cum ea usq; ad Hyperboreos erasse. Sed uexatis morbo Phrygibus: responsum est ex oraculo: ut Atyos corpus sepelirent: ut Cybelem uenerarentur, ut Deam. Sed consumptum tempore: cum Atyos corpus non inuenirent: imaginem eius fecere: circa quam planctu ac lamentis sacra inibant. Cybelis uero ara erecta annis singulis sacrificabant. Postmodũ in Pessimonte oppido Phrygiæ: sumptuose constructo templo: honores illi, sacraq; solẽnia cõstituere: Myda rege ad ea plurima conferente. Positiq; erant circa Deæ statuam pardali: ac leones: a quibus olim esset enutrita. Hæc ille. Idq; supremum pro rõne quoq; afferri posset superiori quæstioni: cur leones ad currum habeat. ¶ Phryx puer: Atys e Phrygia. ¶ Spectabilis facie: formosus. ¶ In siluis altis iunxit Deam turrigerã: cepit Cybelem gerẽtem turres in corona. ¶ Casto amore: qa illa Atym caste amauit. ¶ Voluit: Dea. ¶ Tunc seruari sibi: ne cui alteri iungeretur amore: sibi soli seruari puerum uoluit. ¶ Tueri sua tẽpla: ut ille custodiæ templi præesset. ¶ Et dixit sac semper uelis esse puer: purus & castus: ne qua uoluptate corrumpare. ¶ Esse puer: ætate. Sexum & conditionem dicit. ¶ Ille: Atys. ¶ Dedit fidem iussis: iurauit se seruaturum quod illa iusserat. ¶ Et inquit si mẽtiar: si fallam fidem & non seruauero: quod promisero. ¶ Illa sit mihi ultima Venus: ille sit mihi ultimus coitus. ¶ Qua: Venere: seu quo coitu. ¶ Fallam: decipiam: quasi ut deinceps coire cum aliqua non possim.

ANT. FAN. Sagaritides

¶In nympha Sagaritide:putant nonnulli nymphã quã Atys cognouit proprio nomine Sagaritiden appellatã: quod non placet,Addita enim est syllaba(ut poetæ interdũ faciunt)patronymico:ut Clioq; & Beroe soror Oceanitides ambæ.Deducturq; nomen a Sagaro:quem fluuium cõstat fluere per Phrygiã ad oppidum Berecyntũ.

Dicam primum de loco:tum de ipsis Deabus.Palæste locus est in ora Epyri:apud Oricon:quo e nauibus descendit Cæsar:cum iret cum exercitu aduersus Pomp.Emendati codices commentariorũ Cæsaris testantur. Sed in his impressis deprauatus est locus,Sic enim inquit:Postridie terram attigit Germanorũ saxa inter & alia loca periculosa: quietã nactus stationem & portus omnes timens: quos teneri ab aduersariis arbitrabat ad eum locum:qui appellat Pharsalia: omnibus nauibus ad unã in columbus:milites exposuit &c.Qui appellat Pharsalia inquit:cũ omnino Pharsalia dicere non debeat. Miror hoc alios non obseruasse.In codice uetustissimo quẽ ego reperi & emi in Calcyde Euboica:erat qui appellat Palæste:ubi tãtũmodo superabundabat aspiratio.nam Palæste legẽdum:ut Palæstina: quod negari non potest. Cũ Luca. in.v. Pharsaliæ dicat: Lapsa Palæstinas uncis confixit harenas. Loquens etiã de classe Cæsaris. Cõstet ob id Palęstinas harenas i Epyro esse. Non enim nunc agimus de Palæstina Syriæ ãnexa. Deas uero ipsas quis nõ aperte uidet furias esse intelligendas:cum poeta faces:& uerbera addat. Nobis autem:cum de hoc loco quęreremus:fidelissimus utriusq; linguæ interpres:omni doctrinarũ genere:& laude cumulatissimus:in quo nuper magnam iacturã fecimus in antiquissimo Lyricorũ principiorum interprete : ostendit furiarũ templum in Epyro fuisse.Item & in alio græco codice uetustissimo.Hoc non solum mihi:sed Pomponio quoq; uetustatis indagatori diligentissimo demonstrauit.Itaq; Deæ Palæstinæ hoc in loco pro furiis accipiendæ:a templo quod erat in ea regione:quas adesse ille iurabat Atys cum furore percitus esset.¶ Ille etiã: Atys.¶ Laniauit cor.sa.acu.seipsum acuto saxo uerberabat:ita ut corpus laniaret.Abscidit enim lapideo cultro pudẽdã partem:q̃ deliquerat.¶ Coma lõga:longi crines.¶ Est tra.in pul.immun.sordido. Versabat seipsum in luto & trahebat inde:& fœdabat crines. ¶ Et fuit uox:dicebat.¶ Merui ita:scilicet plecti.¶ Do pœnas meritas:quasi patior : quod merui supplicium. ¶ Sanguine:sanguinis effusione.¶ Ah pereãt partes:corporis.¶ Quæ nocuere mihi:pereãt pudenda:quibus fidem uiolaui:quæ faciũt:ut ita plectar.¶ Ah pereãt dicebat adhuc: qa pluries repetebat eadem uerba.¶ Aufert onus inguinis : abscidit sibi genitalia.¶ Et subito nulla sunt reli.sig.uiri:abscisis uirilibus nullum sup fuit signũ: quo uir cognosceret.¶ Hic furor:talis furor:qualis in illo fuit.¶ Venit in exẽplũ:qa inde habuit mos originẽ.Ministri deinde Cybeles sequuti sunt exẽplũ.¶ Et mi. mol. qui ob id molles:& tanq̃ fœminæ fiunt.¶ Cędunt:incidunt.¶ Membra uilia:pudendas partes.¶ Comis ia.solutis & excussis crinibus.Verum Catullus aliter historiã retexens:ostendit Atym per mare in Phrygiam uenisse: & ad Gallum fl.in furorem uersum silice se castrasse. Ait enim:Super alta uectus Atys celere rate maria:Phrygiũ ut nemus:citato cupidine:pede tetigit: Adiitq; opaca siluis redimita loca Deæ. Stimulat? ubi furẽti uagus amnis rabie

Palæste locus est in ora Priapi: nõ in Syria sed i Epyro

Fallit:& in nympha Sagaritide desinit esse
Quod fuit:hinc pœnas exigit ira Deæ.
Naiada uulneribus succidit in arbore factis:
Illa perit:fatum Naiados arbor erat.
Hic furit:& credens thalami procumbere tectum
Effugit:& cursu Dindyma summa petit.
Et modo tolle faces,remoue mõ uerbera,clamat:
Sæpe Palæstinas iurat adesse Deas.
Ille etiam saxo corpus laniauit acuto:
Longaq; in imundo puluere tracta coma est.
Voxq; fuit,merui:meritas do sanguine pœnas:
Ah pereant partes:quæ nocuere mihi.
Ah pereant dicebat adhuc:onus inguinis aufert:
Nullaq; sunt subito signa relicta uiri.
Venit in exemplum furor hic:mollesq; ministri
Cædunt iactatis uilia membra comis.

Fallit:quia fregit fidem.¶ Et desinit esse quod fuit:desinit esse puer & castus.¶ In nympha Sagaritide:filia Sagaris fluuii:qui est in Phrygia.legũt alii Sangaride.¶ Ira Deæ:Dea irata.¶ Exigit:ex debito poscit.¶ Pœnas hic: ex hoc scelere. Sagarum(unde Sagaritide)fluuiũ Phrygię Herod.ostẽdit.Liui. uero de bel.Mac. flumẽ eẽ dicit Gallo Græciæ,qui p Phrygiã defluens:& ad Berecynthũ oppidũ pertinẽs:in Propontidẽ tandem influit &c.¶ Succidit:incidit ipsa Cybele.¶ Naiada:nymphã ipsam Sagaritida.¶ Vulneribus factis in arbore : ostendit illam poeta nympham fluminis:cum dicat Naiada:a ναω quod est fluo:& ostẽdit Hamadryada:cuius Hamadryades sint Deę arborum:quę cũ his nascunt̃,& moriunt̃. Sic nunc illam succisam ingt in arbore:tanq̃ Hamadriada:quia succidit arborẽ in qua illa uiuebat uiuente arbore;moriente arbore mortua est ipsa.¶ Illa petit:extincta est.¶ Fatũ Naiados erat arbor:nam q̃ diu seruata est arbor incolumis: seruata est & nympha.¶ Hic: Atys.¶ Furit furore corripitur.¶ Et credẽs procumbere tectum thalami:cum furore percitus existimaret corruere tectũ.¶ Effugit & petit cursu summa Dindyma:furore agebat̃ celeri cursu in altos Phrygiæ montes. Dindyma enim montes sunt in Phrygia:unde & Cybele Dindymene dicta : ut testat̃ ẽt Strabo.¶ Et clamat modo tolle faces:uidebat̃ uidere furias seipm infectãtes facibus,& uerberib?: iõ.¶ Tolle faces:remoue uerbera:noli Dea cruciare me facibus & uerberib? furiarũ:ideo subsequtur.¶ Sæpe iurat adesse Deas Palæstinas:liceat tunc mihi sine arogantia rem meã tueri:ne qs me mea laude defraudatũ iri uelit:hic.n.locus a nullis unq̃ nr̃æ ætatis uiris itellectus ẽ:pterq̃ a nobis.Primus ego explicui:& quicũq; sunt postea interpretati:aut sententiam meam secuti sunt:aut nõ recte intellexerunt.

Hamadriades

Palæstinę Deæ

Aretusia templa

PAV. MAR. Sagarũ unde Sagaritide numen

rabie Deuoluit:exectus acuto sibi pondere silicis. Itaq; ut relicta sensit sibi membra sine viro.Niueis citata cœpit manibus leue tympanum &c.ab hoc igitur initium sumpsit ista castratio:ut postea ministri Deæ seu cultro siliceo:seu texta uirilia execarent:unde Iuuena.in Satyra:Credo pud.inquit:Ecce furentis Bellonæ: matrisque Deum chorus intrat: & ingens Semiuir obscœno facies reuerenda minori:Mollia qui rapta secuit genitalia testa:& reliqua.

Quomo sacerdotes Galli abscindebãt sibi uirilia ANT. FAN.

¶Quæsiti furoris:nõ quæsiti a Gallis: sed cuius causam ipse quæsieram.☞Vnde petita uenerit:Hannibale Italiam deuastãte ispectis libris Sibyllinis cũ crebrius de cælo lapidatum esset: ut Li.scribit:carmẽ a decẽuiris inuentũ est pelli posse Italia uincíq; alienigenam hostẽ:si matris Idęæ numen Pessinũte Romã aduectum foret. Quod Sillius testat his uersibus: Hostis ut Ausoniis discederet aduena terris Fatidicæ fuerãt oracula prisca Sibyllæ Cælicolũ Phrygia genitricẽ sede petitã Laomedonteæ seruãdã mœnibus urbis. Quo carmine senatus eo magis motus est q̃ legati:q dona Delphos portauerãt:referebant sacrificantibus ipsis Apollini Pythio omnia læta exta fuisse. Vnde placuit ut quq; legati ad regem Attalum mitterẽtur:q Asiã petentes ab Oraculo Delphico relpõsum acceperunt cõpotes se per Attalum regem eius rei fore quã peterent. Sed cum Deam deuexissent: tũ curarent ut eã quir optimus Romæ eẽt,hospitio acciperet.Igitur legati cũ Pergamum ad regem se contulissent:Attalus eos Pessinuntẽ in Phrygiam deduxit:quo in oppido ædẽ Cybelis fuisse Diod.tradit:sacrũq; his lapidẽ:quem matrẽ Deum incolæ esse dicebãt,tradidit:quẽ ibi Terracinæ iã eẽ Romę nunciatũ est:senatus P.Scipionẽ Nasicam iudicauit in tota ciuitate uiq; optimũ eẽ:qui cũ oĩbus matronis Hostiã ire iussus obuiã Deæ: eãq; de naui acciperet:& in terram elatam tradere referendam matronis:postq̃ nauis ad hostiũ amnis Tyberini accessit:a sacerdotibus Deam accepit:extulitq; in terram.Vnde eã matronæ in ædẽ Victoriæ:quæ tum erat in palatio pertulere pridie idus Aprilis:qui dies festus fuit.Cæterũ postea dedicata æde matri Deũ Romæ(ut dicetur)festũ eius cõstat ad nonas mẽsis fuisse translatum.nihil.n.fuit tã celebre apud Romanos q̃ dedicationis dies. ☞Dindymon & Cybe. montes Phrygiæ:a quibus Dea(ut diximus)Dindymene & Cybele dicta est.Oppidum uero eius Pisinus dr a Stra. nũc oẽs Pessinũtem uocant.☞Amœnam fon.Iden:Idã Phrygiam constat cẽ fontibus plenam:ut Venimus in plenam uenatu & fontibus Idã.Vnde eam multifontem dixerũt: ut auctor est Stra.quod uerum esse declarat fluminum multitudo inde in mare profluentiũ.☞Troiam:res Troianas:ut Ilium in Italiam portans.☞Sæcula quinq;:quingentos annos.nam(ut A.Gel.docet) anno fere post Romam conditam quingentesimo ac.xxxiiii.pm bellum aduersus Pœnos sumptum est.Notandum autem hoc loco sæculum significare spacium centum annorum:dictũ (ut Varroni placet)a sene:quod id spaciũ uitæ senis longissimum putet.unde Sęculares ludi dicti sunt:q(teste Festo)post centum annos fiebant. ☞Edomito orbe:non re uera toto orbe:sed parte orbis subacta.Ergo a toto partem accipe.Nam(ut inquit Liuius)nullas tunc in Asia ciuitates socias habebat populus Romanus.

Mr Desi in Italia aduecta ex rege Attalo

Cybelis ędes ubi sacrum lapidem Cybelẽ esse dicebant Pu. Scipio Nasica Dindymos Cybelos Pisinus quã & Pessinũtem uocant Ida multifons

Sæculũ

Sæculares ludi.

Talibus Aoniæ facunda uoce Camœnæ
Reddita quæsiti causa furoris erat.
Hoc quoq; dux operis moneas pcor: unde petita
Venerit:an nostra semper in urbe fuit?
Dindymon,& Cybelen,& amœnã fontibus Iden
Semper,& Iliacas mater amauit opes.
Cum Troiam Aeneas Italos portauit in agros:
Est Dea sacriferas pene secuta rates.
Sed nondum fatis Latio sua numina posci
Senserat:assuetis substiteratq; locis.
Post,ut Roma potens opibus iam sæcula quinq;
Vidit: & edomito sustulit orbe caput.

¶Causa furoris quæsiti:de quo ego quæsieram.☞Est reddita:mihi.l.☞Voce facũda:diserta.☞Talibus: uerbis scilicet.☞Aoniæ camœnæ:musæ ab Aonia:de qua regione alias diximus.☞Dux operis:o musa,quæ instruis me in hoc opę.☞Moneas hoc quoque: hoc etiam doceas. ☞Vnde petita uenerit: quasi unde Romã aduecta fuerit.☞An semper fuit in nra urbe:an ab initio Romæ fuit:an aliunde aduecta. Vexante Italiam Hannibale ex libris Sibyllinis lecto carmine:compertum est; alienigenam hostem Italia pelli posse:si mater Idæa deportata Romam esset.Ob quod, ut a Liuio refertur,M.Val. Leuius:qui bis consul fuerat: & Cæcili? Galba legati:Gn. Tremellius Flaccus: & M. Vale.Falco quæstores missi cum .v. quinqueremibus ex Oraculo Delphico accepere Deũ matrẽ concedi:sed Romæ a uiro optimo excipiendam esse hospitio:Profecti postea in Phrygiã:Episinũte tradẽte illam Attallo rege accepere.Lapis erat: quẽ matrem Deum incolæ dicebant,Romamq; deportarũt. Præmisso Falcone:qui ferri Deã nũciaret:moneretq; a uiro optimo excipiẽdã eẽ.Habita sunt comitia p Q.Cæcil.dictatorem:creatiq; cõsul.M.Cor.Cetegus:& P.Sempronius.In eo conuentu P.Scipio Nasica.Gn.Cor.fi. illi? qui in Hispania ceciderit:uir optimus a senatu iudicatus adulescẽs nõdũ quæstorius. Is cũ oĩbus matronis Hostiã ire iussus obuiã Deæ:eamq; de naui accipere:& in terram delatam tradere referendã matronis.Postq̃ nauis ad hostium amnis Tyberini accessit:sicut erat iussus in salum naue euectus a sacerdotibus Deam accepit: extulitq; in terrã:matronæ primores ciuitatis:iter quas unius Claudiæ Quintæ insigne est nomẽ,accepere.Cui dubia:ut traditur antea fama:clariorẽ ad posteros tã religioso ministerio pudicitiã fecit.Et per manus succedentes: deinde aliæ aliis:oĩ effusa ciuitate obuiam:thuribulis ante ianuã positis qua pferebat: atq; accenso thure pcantibus:ut uolens:propitiaq; urbem Romam iiret:in ędem Victoriq: quæ est in palatio pertulere Deam pridie idus Apri. Isq; dies festus fuit.Populus frequens dona Deæ in palatio tulit. Lectisterniumq;:& ludi fuere Magalezia appellata. Hæc ex Li.excerpsimus:sed ultimus hic locus dubitare facit:quoniã ostendit Liuius festum & ludos constitutos pridie idus Apri.At poeta idem ostendit nonis Aprilibus & tũ uno eodẽ tẽpore fuerunt:ut dici non possit mutatum fuisse diem. Ego autem arbitror deprauatum esse Liuii locum: & debere legi nonis Aprilibus: quia poeta non potuit tam facile deprauari:qui carmina scribit: & ipsa festa suo ordine:ut nihil uideatur immutatum:& credi par est:eum adhibuisse diligentiam:ut ita scriberet: quemadmodum erat in aliis: tam Fastorum q̃ Pontificũ libris & annalibus:ut errare nullo quidem pacto potuerit.Quinctiã in marmore uetustissimo:ubi cætera quoq; inscripta sunt:hoc festum nonis Apri,notatum est. Quare ita censeo deinceps in Li.legendum:sed ad rem redeamus. Erato nũc ipsa histo.recensęt.☞Mater:Cybele Deorũ magna mater.☞Semp amauit Dindymon & Cybelõ: Phrygiæ mõtes ut diximus: unde dicta est Dindymena

PAV. MAR.

Qfio mater Deorũ a Publio Sci.Nasica suscepta est

Cybele magna mater Deorũ

& Cybele. ℣ Et Idē Troianā.i. ℣ Amœnam frondibus: ideo amœnam:quia nemorosa & umbrosa. ℣ Et opes Iliacas:Troianas. ℣ Cum Aeneas portauit Troiam:tulit Troiana sacra: Troianos Deos. ℣ In Italos agros:i Latiū ut est illud Vir,Inferretq; Deos Latio.& illud:Iliū in Italiā portans. ℣ Dea:mater. ℣ Pene:quasi. ℣ Est secuta rates sacriferas:naues Aeneæ sacra ferētis:q̄si parū defuit: quin ab Aenea deferētur in urbē. ℣ Sed senserat: cognouerat:aut audiuerat. ℣ Fatis:ab ipsis Parcis:q̄ fata:hoc est seriem: ordinēq; causarū dispēsant. ℣ Nōdū po.la.su. nu.nondū aduenisse tēpus: quo in Italiam trāsferri deberet. ℣ Et substiterat affluentis locis:substitit tūc i Phrygia: ubi esse consueuerat. ℣ Post:deinde. ℣ Vt: postq̄. ℣ Roma potēs opibus:quę iam potētissima:atq; opulētissima erat. ℣ Vidit gnq; sæcula:quinq; ætates quasi gngentesimo urbis anno. ℣ Et sustulit:eleuauit caput. ℣ Edomito orbe: magna parte orbis subacta.

Carminis Euboici fatalia uerba sacerdos
Inspicit:inspectum tale fuisse ferunt.
Mater abest:matrem iubeo Romana requiras:
Cum uenier:casta est accipienda manu.
Obscuræ sortis patres ambagibus errant:
Quæue parens absit,quoue petenda loco.
Consulitur Pæan:Diuumq; accersite matrem
Inquit:in Idæo est inuenienda iugo.
Mittuntur proceres:Phrygiæ tūc sceptra tenebat
Attalus:Ausoniis rem negat ille uiris.
Mira canam:longo tremuit cum murmure tellus:

ANT. FAN. ℂ Carminis Euuersuum Sibyllæ Cumanæ. Cumas.n. cōdiderunt nōnulli ꝓfecti a Chalcyde urbe Euboiæ ad nouas sedes q̄rēdas. ℣ Fatalia uerba:qa libri Sibyllini urbis Romæ fata cōtinebāt. ℣ Sacerdos:pōtifex maximus per excellētiam,Nisi malis accipe decē uiros:q creabātur ut sacros libros legerent,interp̄tarenturq; carmina Sibyllina. ℣ Patres ambagibus errant:cū nō intelligerent q̄nā esset ea mater:& unde peti eam iuberet oraculum. ℣ Cōsulitur Pæan: mittuntur legati ad Apollinē Delphicum. ℣ Mittuntur proceres:hi fuerūt M.Vale.Le.qui bis consul fuerat,M.Cæcilius Metellus p̄torius, Sulpicius Galba edilicius:ac duo quæstores C. Tremelius Flaccus, & M.Vale.Falco. ℣ Phrygię tūc sceptra tenebat Attalus:cauēdum ne existimemus hūc Attalum esse:qui rex Pergamenoq; & Eumenis filius po.Ro.scripsit hæredē:qd̄ post delatam Carthaginē:& Numantia iam euersa factum inuenies.Vnde quoniam is ditissimus fuit:& splēdida supellectile fact̄ est:ut q̄ splēdida & magnifica sunt dicantur Attalica.Sed quoniā Attali plures fuere: quēadmodum & Eumenes.Hunc Attalum(de quo nunc agit) eum esse constet:qui ex Attalo natus in bello Macedonico:qd̄ secūdum bellum Punicum subsecutum est Romanis aduersus Philippū auxilio fuit.De quo inquit Florus: Aderat sponte in auxiliū Attalus rex Pergamenorū:aderāt Rhodii nauticus populus.Est aūt Pergamum Asiæ ciuitas lōge clarissima:teste Pli.ac diu(ut inqt Strabo)sub Attalicis regibus fortuna:cuius reges si uñ ꝓfecti sint: & quo euaserint scire desideras:lege eius Geographi li.xiii.non longe a fine qui hūc Attalū tradit natū ex Attalo & Antiochide Achæi filia primo regē eē nūcupatū. ℣ Ausoniis rem negat ille uiris:historiæ ueritas hoc habet secundū Li.nihil negatum esse Romanis a rege Attalo. Populus cum Romanus memor cœptā cū eo amicitiā pp cōe aduersus Philippū bellū,speransq; facturū eū regem: q̄ posset populi Ro.cā:misit ad eu3 legatos:quos ille comiter accepit Pessinuntemque in Phrygiam duxit: eisq; deam tradidit in Italiam deportandum:ut diximus supra.

PAV. MAR. ℂ Sacerdos:uel ipse pōtifex max.uel sacerdotes:qui præerant custodiæ librorū Sibyllinorum:qui ab initio fuere duo:deinde decem:postea auctus numerus ad.xv. ℣ Inspicit uerba fatalia:libros Sibyllinos Romana fata continentes. ℣ Carminis Euboici: Sibyllæ Cumeæ:de q̄ paulo superius a Cumis urbe Cāpaniæ: quam Calcydenses Euboici cōdiderūt:de quo latius diximus i.vi.Aen. ℣ Ferunt:dicunt. ℣ Inspectum:carmen quod inspexerūt fuit tale. ℣ Mater abest:hæc erat sinia inspecti carminis:Abest Deum genitrix: eam in urbem accersatis:& aduenięs: a castis manibus excipiatur. ℣ Abest mater: Deorum.s. quia in urbem nondū attulistis. ℣ O ro.iu.req.ma.requirere,& in urbem ferte Deū matrē. ℣ Cum ue.aduecta erit. ℣ Est accipienda casta māu:respexit poeta ad oraculum:quod fuit:ut ab optimo uiro exciperet. ℣ Obscuræ sor.obscura erāt hæc responsa:qa nō intelligebant. ℣ Pres:ipsi senatores. ℣ Errant ambagibus:ipsa uerborum obscuritate. ℣ Quæue pa.absit:nō.n.id aperte constabat matrem Deorum abesse:sed tantūmō matrē:ideo errabant:quia nesciebāt quæ mater abesse diceretur. ℣ Quoue pe.lo.& unde accersenda esset. ℣ Consulitur Pæan:Apollo.Accessere legati Delphos:& ab Oraculo habuere illis concedi Deum matrē e Phrygia. ℣ Arcessite: euocate matrem. ℣ Matrem Diuum:Deorum parentem. ℣ Inquit:ipse Apollo. ℣ Inuenienda est in iugo Idæo:quasi requirenda est in mōtibus Phrygiæ:ibi eam inuenietis. ℣ Mittuntur proce. uiri patricii legati:& quæstores pro ea in Phrygiam. ℣ Tunc: eo tempore. ℣ Attalus:rex Pergamensium. ℣ Tenebat scep.Phry.imperabat in Phrygia. ℣ Ille: Attalus. ℣ Negat rem uiris Ausoniis:non uult matrem Deum Ro.cōcedere:sed exigit hic loc? ut de regibus Pergami fiat sermo:& res altius repetatur.Lysimachus Agatoclis fi.qui unus fuit ex successoribus Alexādri:Pergami & pecuniarum custodiam:quæ erant.lx.millia talentorum(ut Stra. refert)Philetero Thyanensi commisit:qui a puero spado fuerat.Is cum optime eēt educatus:dignus uisus est: cui hæc crederentur.Charus erat Lysimacho: sed cū ab arsione illius uxore diffideret:quod eum accusauerat: locum ad defectionem perduxit.Lysima.coactus fuerat a malis familiaribus Agatoclem filium interficere:Seleuc? Victator reuersus illum sustulit:& ipse a Ptole.Cerauno sublatus est. Eunuchus castellum & pecuniam possidet annis.xx.Erant ei fratres duo:Eumenes natu grandior: & Attalus iunior.Ex Eumene natus est Eumenes de patris nominis.Is Pergami successionem habuit: Antiochū Seleuci filium apud Sardis superauit:obiit cū annis.xxii. impasset.Attalus ex Attalo,& Antiochide Achæi filia natus successit:& prio rex appellat?:Galathas p̄lio supauit: & Romanoq; amicus fuit:& cū eis aduersus Phil.pugnauit in classe Rhodiorū:obiit cū annis.xxxiiii.regnasset. Filios quatuor reliquit: ex Apollonide Cizicena, Eumenē, Attalum,Phileterum,& Atteneum.Eumenes natu grandior regnauit:hic cum Romanis aduersus Anthiochum magnum:& aduersus Persem bellum gessit.A Romanis totam eā regionem accepit:q̄ sub Anthiocho circa Taurum erat.Is urbem muniuit.Regnauit annis.xlviiii. ipiū Attalo filio reliqt:qui ex Stratōice Ariarati Cappadocū regia filia natus erat.Filii admodū iuuenis,& impii tutorē fratrē Attalū reliqt.Is cū ānis uno &.xx.regnasset:multis rebus gestis:iā senior mortuus est.Romanorum contra

Decēuiribus Sibyllinis

Attali duo

Attalica

Pergamus

Attalus rex pergamensium Lysimach? Agatoclis filius

Eumenes at Attali

Et sic est adytis Diua locuta suis.
Ipsa peti uolui: ne sit mora: mitte uolentem:
Dignus Roma locus quo Deus omnis eat.
Ille soni terrore pauens, proficiscere dixit:
Nostra eris: in Phrygios Roma refertur auos.
Protinus innumeræ cædunt pineta secures.
Illa quibus fugiens Phryx pius usus erat.
Mille manus coeunt: & picta coloribus ustis
Cælestum matrem concaua puppis habet.
Illa sui per aquas fertur tutissima nati:
Longaq; Phrixeæ stagna sororis adit.
Rhœteumq; capax, Sigeaq; littora transit:
Et Tenedon ueteres Eetionis opes.

Pseudo Philippus

tra Pseudo Philippum socius fuit. Impium Attalo q̃ sub tutela erat reliquit. is Philomator cognominatus: cũ annis .v. regnum tenuisset: morbo ablumptus est. Hæredes Romanos instituit: qui postea eam regionem prouinciã fecerunt: & aliam uocauere: eodem nomine: quo & continentem. Hæc de ipsis regibus. At simulachrum matris

Attalus simulauit de matre Deorũ

Deorum ab eo Attalo Romanis traditum est: qui primus rex nuncupatus fuit: Poeta inquit eum ab initio negantem tradere: simulachrumq; loquutũ: & se ire uelle dixisse. ¶ Mira canam: cantando feram admirabilia. ¶ Tremuit tellus cum murmure: uisus est esse terræmotus cũ magno fragorẽ.

ANT. FAN.

¶ ADytis: secreta parte tẽpli tantum sacerdoti datur accessus. ¶ Dign⁹ Roma locus quo Deus oĩs eat: quoniam exactissima est religio Romanorũ. Vel quod Roma est Deorum sedes. Lucanus: Te ne Deum sedes nõ ullo Marte coacti Deserue re uiri? ¶ Nostra eris: quia Romani a Phrygibus originem ducunt. ¶ Phryx pius: Aeneas pietate insignis. ¶ Pinem ducunt. ¶ Phryx pius: Aeneas pietate insignis. ¶ Picta coloribus ustis: moris fuit apud maiores ornari classes pictura: nec nõ & onerarias naues cum pugnaturos iuuaret: ut Pli. scribit ad cædem speciose uehi. Vstos autẽ colores cur dicat idem ostendit: ut ex ea fit ochra exusta rubrica in ollis nouis luto circũlitis. Idẽ hæc si torreatur æqua parte rubrica admixta sandicem facit. ¶ Sui nati: Neptuni: quia ipsa est Deorũ mater. ¶ Phrixeæ stagna sororis: Hellespontum cui Helle Phryxi soror nomen dedit: ut dictum est. ¶ Rhœteumq; capax, Sigeaq; littora transitu regione Idæ: quæ montana est: duo quidem flexus ad mare excurrunt. alter Rhœteum: alter Sigeũ uersus: ita ut uterq; dimidiati circuli lineam faciant. Vnde cũ nouum Ilium quidam intra eorum flexuum finem cẽ antiquum uero intra initium uoluerint: iure Rhœteum catur pax dicitur. Vel certe propter tot nauium receptacula. Sigeum promontorium a taciturnitate nomẽ accepit: quo tempore Hercules prohibitus hospitio ibi latuit: & inde per silentium Troiam inuasit. ¶ Tenedon: insulam prope hostia Hellespontĩ: quæ (ut auctor est Strabo) distat a continenti ad stadia .xl. Eam alii Calydnam, alii Leucophryn dixerunt. Tenedos autem dicta est a Tene quodam: auctoribus Seruio, & Cicerone: qui erta fama q̃ cũ nouerca concubuisset hanc insulam uacuam cultoribus tenuit: quæ habuit portus duos & Apollinis Sminthei delubrũ: ut Smintheu p̃clare Tenedi dominator Apollo. Inter hanc insulam & Chium qua Aegæus sinus pandit a dextera Antandrum nauigãtibus saxum est: quod quoniam uisentibus procul capræ simile creditur: quã Græci Ida nũcupant: sunt qui uelint Aegæum sinum inde nominatum. ¶ Veteres Eetionis opes: Thebam dicit: quæ (ut scribit Strabo) Lesbo fuit opposita: ubi regnauit Eetion. ut Nos Thebam aduecti sacram Eetionis ad urbẽ. Constat autem Eetione opulentissimum fuisse: cuius filia Andromache nupsit Hectori. Sed Achilles & Thebãeuertit. ut Lyrnesum & magnæ populatus mœnia Thebæ: & Eetionem interemit & filios. Eandem urbem & Thebas dicimus. ut Tu patris in laribus Priami ad Troiam: ast ego Thebis Andromache magno quondam genita Eetione. Alter Eetion Samothracum ritus, cerimoniasq; constituit.

PAV. MAR. Verba ex simulachro matris Deorũ

¶ Et Diua: Deæ simulachrum. ¶ Sic est locuta suis adytis: sic ex suo sacello dicere uisa est. Aditum enim secretior pars templi: quo soli sacerdoti licet accedere. ¶ Ipsa peti uolui: ego ita uolui: ut me Romani peterent. ¶ Ne sit mora: quasi finite: ut me Romam ferãt sine ulla tardatione. ¶ Mitte uolentem: mittas tu me Attale: cum ire uelim. ¶ Roma dignus est loc⁹ quo eat omnis Deus: digna est urbs: ad quam omnes Dii cant: digna quæ Deos omnes teneat & colat. ¶ Ille: Attalus. ¶ Pauẽs terrore soni: quasi pauefactus: & territus uerbis simulachri. ¶ Dixit proficiscere: eas Romã. ¶ Nostra eris: etiam cum Romę eris: eris nostra. nã inter nostros: quasi cum illis: qui a nostro genere genus trahũt. ¶ Roma refertur in auos Phrygios: nam a Phrygibus ducunt originem: & nos Phryges sumus: inter nos igitur uinculum est cognationis. ¶ Protinus innumeræ: poeta ostendit ibi nauim fabricatam: qua aduecta fit: sed (ut diximus) accesisse legati cum quinqueremibus. ¶ Protinus: subito. ¶ Secures innumeræ cædunt: inciduntur. ¶ Illa pineta: pinus illorum montium. ¶ Quibus erat usus Phryx pius fugiens: quæ pineta: aut ex quibus montibus pinus inciderat olim Aeneas pius cum fabricauit naues quibus fugiens in Latium uenit. ¶ Mille manus coeunt: quasi conuenit iam ingens multitudo. ¶ Et puppis concaua: quæ iam erat fabricata. ¶ Picta coloribus ustis: plerunque colores adusti sunt ut superius dictum est: in nauibus uero pingebãtur: ut Deorum imagines: aut historiæ: aut insignia & similia. ¶ Habet matrem cælestem: quia iam Deæ simulachrum est impositum naui. ¶ Illa super fluctus: agit nunc de itinere: aut longa profectione: per quæ maria delata fuerit usque ad hostia Tyberina. ¶ Illa: Deum genitrix. ¶ Fertur tutissima: tuta ab omni procella: & undarum impetu. ¶ Super fluctus nati: super æquora Neptuni filii. Quidam legunt sic: Illa sui per aquas & cætera. ¶ Adit longa stagna: longum & angustum fretum. ¶ Sororis Phrixeæ: Helles, quæ fuit Phrixi soror: de quo superiore libro. It ergo primum in Hellespontum. Verum ipsa Deum mater e Pisinunte allata est. Pisinus autem Thessalobogorum erat: qui Bithinis & Phrygibus sunt finitimi apud Propontidem. & Stra. inquit libro .xii. Emporium est ipsius eorum: qui in hac regione sunt: & templum maximum habet magnæ uenerationis Matris Deum: quam Angidistam uocant. Sacerdotes quidam erant p̃potentes: nũc eor⁹ dignitas imminuta est. Hic locus magnifice ab Attalicis regibus structus est: & templo & porticibus ex albo lapide Romani tẽplum celebre reddidere: accersita inde Deæ statua: quemadmodũ ea: quæ Aesculapii erat ex Epidauro. hæc Sera. & Maximus quoq; e Pisinunte accersitam asserit. Primũ igitur in Propontidem descendit: deinde in Hellespontũ uenit. ¶ Trã sit Rhœteum capax: apud Rhœteum promontorium: in faucibus Helesponti apud Troiam: ad dextram Hellespontum ingredientibus, ubi nos ipsi toties fuimus: erat

Phrixus & Helles

Rhœteũ p̃mõtoriũ est in faucib⁹ Helesp̃õti

Classes pictura ornabãt maiores

Colores usti

Sigeum

Tenedos

Sminthei Apollinis tẽplũ

Atandrum

nauale & Achiuoꝝ portus:& Achaia caſtra: ideo capax dixit:ubi tã magnæ claſſis fuit ſtatio. ☞ Et littora Sigea: a Sigeo promontorio itidem Helleſponto iminenti ita appellato: ꝙ in eo tacite latuerit Hercules:cum inſidias Laomedonti periuro parauit:σιγη.n.taciturnitas ẽ. ☞ Et tranſit Tenedon: Tenedos inſula ab hoſtiis Helleſpõti .xxiiii.M.p.diſtat:hæc prius Leucophris appellatur:dicta etiam eſt & Calydna:in hãc nauigauit cum colonis Tenus Cycni.f.conditaque urbe a ſe Tenedon uocauit: ſꝫ plura ab hiſtoricis:& poetis de ea referuntur: & nos in ea inſula de ſitu: & fertilitate eius carmẽ ſcripſim⁹. Reperimuſq; in ea inſula epigrammata plura in marmoribus uetuſtiſſimis. ☞ Et ueteres opes:ueteres agros & regnum. ☞ Eetiõis:de Thebano littore intelligit. Thebæ illius:quæ apud Lyrneſſum eſt,& ſub Eetione fuerit. Quicut teſtis eſt Homerus fuit Andromaches coniugis Hectoris:qui quidem Eetion ab Achille cum ſeptem filiis interfectus eſt. ☞ Excipiunt:eam ſcilicet.

Tenus Cycni filius condidit Tenedon

ANT. FAN. Cyclades

ANT, FAN. Cyclades excipiunt,Leſbo poſt terga relicta:Cyclades inſulæ ſunt maris Aegæi: quem(ut ſcribit Plinius) circa Delum in orbem ſitæ ſunt:unde & nomen traxere. Idẽ & Solinus tradit:qui eas inquit licet ſpaciis longioribus a Delo proiectas: tamẽ circa Delum in orbem ſitas eſſe: quem Græci Cyclon uocant. Seruius uero non ideo Cyclades dictas putat:ꝙ in rotunditate ſint:ſed ꝙ lõgo ordine circuiri eas neceſſe eſt:uel propter promontoria:uel quia naturale eſt ut cõcitatiora ſint maria uicinitatẽ terrarum. Fuerunt autẽ Cyclades ab initio. xii. deinde plures additæ ſunt. ☞ Quaque Caryſteis frãgitur unda uadis:a Caryſto urbe Euboiç nobili marmore Caryſtio:ut inquit Plinius. Vnde Lucanus eam ſaxoſam uocat, ut Qua maris anguſtat fauces ſaxoſa Caryſtos. Ad hoc oppidum Euboiæ quod ad Cycladas uergit lapis naſcitur (ut auctor eſt Strabo)quem pectunt:nent:ac texunt:unde mantilia conficiuntur:quæ ubi ſordeſcunt in flammã proiecta mundantur. Eſt & Caryſtos in Laconia: unde ab Alcmane poeta uinum Caryſtium celebratur. ☞ Trãſit & Icareum:Icaros inſula una e Strophadibus mari Icareo nomen dedit:quam alii Icaron,alii Icariam dicunt ab Icaro Cretenſi:quem Varro ſcripſit ibi interiiſſe naufragio,& poetæ fabulantur paternæ fugæ comitem: cũ ambo pennati e Creta aufugiſſent in hoc mare cecidiſſe:qđ auctoribus Plinio, Strabone,ac Solino ab ea inſula(quã diximus)nomen accepit:ſicut a Carpatho mare Carpathium:quod Icareo iungitur Auſtrum uerſus. Cæterum mare Icareum alii inter Cretam & Siciliam ponunt. alii inter Samum & Myconem:cui quidam ab Icaro Dedali filio nomen inditum uolunt. Hoc mare nauigãtes Romani a læua linquebãt. ☞ Dextra Pelopeides undas Deſerit:Creta quidem nauigantibus a læua: a dextra erat Peloponneſus:ſic dicta quaſi inſula Pelopis:Niſon enim Græci inſulam dicunt. Sed re uera eſt peninſula:ſiue Cheroneſus. Iſthmos enim Peloponneſum iungit continenti ſeparans Ionium ab Aegæo:ut Aequora bina ſuis oppugnans fluctibus Iſthmon. ☞ Veneri ſacra Cythęra: hęc inſula eſt Laconiæ: teſte Laertio in uita Chilonis: cui olim Porphyris nomen fuit. Ab ea,Venus Cytherea dicitur:ut multis placet: uel ab urbe Cythæra (ut Feſtus ait)in quam primum Venus cõcha deuecta eſſe dicitur:

Caryſtos duobus in locis Caryſtiũ marmor

Caryſtia mãtilia

Caryſtiũ uinum

Icaros inſula

Pelopõneſus

Cytherea Venus

cum in mari concepta eſſet. ☞ Mare Tinacrium: Siculum mare. Trinacria enim eſt Sicilia:ſic a tribus promontoriis dicta. ☞ Brontes:hic miniſter Vulcani ſignificat tonitru:quod bronti græce dicitur:fitque(ut inquit Plinius)cum in nube luctatur flatus:aut uapor. Steropes autem nihil eſt aliud q̃ agrapi:ideſt fulgur:quod cum pingi nequeat:pinxit tamen Appelles in arte ſua eminentiſſimus. Acmõides uero qui & Pyragmon dicitur ab incude nomen accepit: quæ a Græcis acmon uocatur. Ab his Cyclopibus fulmina fabricantur:ut poetæ canunt: quibus ſedes datur in mari Siculo:quia inſulæ ibi ſunt numero ſeptem: quas itali Vulcanias dicunt.

Trinacria

Brontes

Steropes

Acmonides ſeu Pyragmon

Cyclades excipiunt,Leſbo poſt terga relicta:
Quaq; Caryſteis frangitur unda uadis.
Tranſit & Icareum:lapſas ubi perdidit alas
Icarus:& uaſtæ nomina fecit aquæ.
Tunc læua Creten,dextra Pelopeidas undas
Deſerit:& Veneri ſacra Cythæra petit.
Hinc mare Trinacrium,candens ubi tingere ferrũ
Brontes,& Steropes,Acmonideſq; ſolent:

PAV. MAR.

Cyclades: quæ ſunt in Aegeo inſulæ: quæ Delum circunſtant. de quibus Stratum meminit Deli: Eam inquit circunhabitatæ gloriam reddiderunt inſulæ:proinde uocauere Cyclades:initio quidem duodecim fuiſſe perhibentur:pluresq; agnatæ ſunt. ☞ Leſbo relicta poſt terga:primo enim loco poſt Tenedon:Leſbos inſula occurrit: deinde Cyclades. ſed de Leſbo plura diximus in ſecundo. ☞ Et qua unda frangitur uadis Caryſteis:& tranſit ea parte: qua undæ franguntur uadoſis harenis Caryſtus: a Caryſto urbe: quæ eſt in angulo Euboeæ uerſus Cycladas. ☞ Tranſit & Icareum: mare ſcilicet. Quod eſt (ut Plinius inquit) inter Samum & Miconum. Sed hoc a læua reliquit. ☞ Vbi: in quo mari. ☞ Icarus: Dædali filius. ☞ Perdidit alas uaſtas: magnas:nam acceptis a patre pennis: cum altius euolaret: reſolutis uinculis cereis: & alas amiſit: & in mare decidit:cui nomen quoque dedit:ideo hic. ☞ Et fecit nomina uaſtæ aquæ:nam ab eo appellatum eſt mare Icareum. ☞ Tunc læua:a ſiniſtra. ☞ Deſerit Creten: Cretam inſulam: de qua in tertio libro diximus. ☞ Eam inſulam non attigit: ſed a læua reliquit. ☞ Dextra deſerit undas Pelopeidas: mare quod Peloponneſum abluit:a Pelope dictam, qui in ea regnauit. Peloponneſus autem dicitur:quaſi inſula Pelopis:Aegæo & Ionio cingitur. Iſthmos Corinthiacus facit ne inſula ſit: Anguſta quidem inter duo maria tellus. ☞ Et petit Cythæra ſacra Veneri: non attingit Peloponneſum: ſed petit Cythæram inſulam: quæ eſt inter Maleam: & Cretam: & in ea Cythæra Cythærorum montes. unde Virgilius: Sunt alta Cythæra dixit: inſula eſt Veneri ſacra: quoniam in propinquis undis nata: & illuc concha delata eſt. Vnde in Heroidibus: Nuda Cythæriacis edita fertur aquis. Et Pomp. inquit: Cytheream dictam Venerem a Cythæra urbe: in quam concha delata eſt. ☞ Hinc:a Cythæris. ☞ Petit mare Trinacrium:Siculum, quia Trinacria dicta eſt Sicilia: a tribus eminentibus promontoriis:Pachyno,Lilybeo,Peloro:& ακρον ſummitas dicitur:unde Diodorus uidetur oſtendere a tribus angulis dictam. ☞ Vbi:in quo mari. ☞ Solent tingere ferrum candens: ferrum calidum & ignitum. ☞ Brontes & Steropes & Acmonides: hi miniſtri ſunt Vulcani. & a re,quam faciunt, cognominati. Brontes: a βρωμοσ: quod eſt tonitru. Steropes a στεροπη:quod eſt fulgur. Acmonides: hic a Virgilio Pyragmon dicitur: a πυρ:quod eſt ignis:& agmon uicus. Fulmen enim hi Cyclopes conficiunt:ideo ita appellati. Venit igitur mater Deum in fretum Siculũ:& inſulis Aeolicis:ubi eſſe Vulcanus exſtimatur.

Pelopeides uñ. mare dictũ a Pelope

Quare dicta eſt Trinacria

¶ Aequoraq;

ANT. FAN. Sardinia insula

¶ Aequoraq; Afra legit: transit. ut Crebris legimus freta cōcita terris. Mare Afrum siue Libycū est quod Libyā alluit. ¶ Sardoaq; regna: Sardiniā insulam notissimaq; in mari Tyrrheno Romani ad utbē nauigantes a læua linquebāt: sed longe unde poeta prospicit, dicit: Ea a Sardo Herculis filio nomen accepit: qui e Libya ueniens insulā occupauit. ¶ Omnis eques, mixtaq; grauis cū plebe senatus: equestris ordinis uiri patres: siue senatores ac plebei. ¶ Quæq; colūt sanctos uirginitate focos: periphrasis uirginū Vestalium. ¶ Cōtento: extēto fune: cū oēs summo conatu nauem traherent aduersus uim fluminis. ¶ Sitis usserat herbas: cōsequēs pro antecedēti: hoc est pro calore sitis. ¶ Seditcōstitit retenta uadis. ¶ Plusq; p pte laborat: iuuadat trahendi laborē tolerans plus ferre q; ceteri. ¶ Claudia Quinta genus Clauso referebat ab alto: nō ē Quinta hoc loco prænomen postpositum uersus gratia: uel ordinis nomen: ut quidā putant. Legimus enim apud Liuiū matronæ primores ciuitatis, inter quas unius Claudiæ Quintæ insigne est, nomē accepere. Hæc Claudia expimento religionis pudicissima iudicata est: ut inquit Plinius. Nauē. n. cū sacris matris Deū obhærētem uado Tyberino extraxit precata palam: ut si sibi pudicitia cōstaret sequeretur. Cuius statua (ut Valerius Maximus scribit) in uehiculo ædis matris Deū posita: eadem æde bis incēdio cōsumpta: flammis intacta pmānsit. Alia eius gentis Claudia nouo more (ut ait Suetonius) apud populū pulsū subiit iudicū maiestatis: q; in conferta multitudine optauit: ut frater suus pulcher reuiuisceret: atq; iterū classem amitteret: ut minor turba Romæ foret. Sciēdum gentem Claudiā ortam ee ex Regillis oppido Sabinorū: deductāq; ab Appio Clauso: cui postea Appio Claudio fuit Romæ nomen: ut inqt Liuius: qui post exactos reges cū quinq; millibus clientum & amicorum uenit Romā: & susceptus habitandā urbis partem accepit: quo Claudia tribus est & familia nominata: ut Seruius scribit. Vnde illud est Vir. vii. Aenei. Ecce Sabinorū prisco de sanguine magnum Agmen agens Clausus: magnique ipse agminis instar Claudia nunc a quo diffunditur & tribus & gens. Lege Liuium libro secundo primæ Decadis: & Plutarchum in Publicola. Meminit & eiusdē Appii Clausi Cornelius Tacitus his uerbis: Maiores mei quorum antiquissimus Clausus origine Sabina simul in ciuitatem Romanam & in familias patriciorum ascitus est: hortant ut pibus cōsiliis rēp. capessant. Ab eo Claudio Sillius Clausos uocat quos Claudios dicimus: ut Clausorū decō atq; erepto maxia Romæ Spes uero Marcello.

PAV. MAR. ¶ Et legit: nauigat. ¶ Aequora Afra: mare Libycū. Nam Libycum illud ingens pelagus: quod inter Siciliam & ipsam Libyam. ¶ Et respicit regna Sardoa a sinistris remis e mari Libyco flectenti in oram Latinorū & hostia Tyberina est Sardinia magna insula a sinistris: ideo a sinistris remis dixit. Nam a sinistra parte relinquitur in mari Tyrrheno: ita appellata dicitur insula a Sardo Herculis filio: ut testis est Solinus. ¶ Et petit ipsa nauis. ¶ Ausoniam: quia flexit cursum in littus Ausonium. ¶ Contigit hostia Tyberina: scilicet ubi & Hostia urbs ab Anco Martio fundata. ¶ Qua se Tyberinus: Tybris fluuius. ¶ Diuidit in altum: in pelagus: quasi qua in mare influit. ¶ Et natat campo liberiore: per latiora spatia: nā illuc usq; fertur per alueum: postea exit in mare Tyrrhenum. Latiores quidam aquarū cāpos: per quos iaz libertus natat. ¶ Omnis eques: exiuere ob uiā Deæ usq; ad hostia Tyberina uniuscuiusq; ordinis uiri, & matrōæ, & uirgines. Hæsitq; nauis in uadis Tybridis ut nulla hominum ui trahi posset. ¶ Omnis cēs: omnes illi qui erant equestris ordinis. ¶ Et grauis senatus: graues ipi senatores. ¶ Cum plebe mixta: cū populo. ¶ Procedunt pariter: simul omnes eunt cum pōpa. ¶ Et matres & nati: filii. ¶ Et uiri: quia exinere obuiaz tam mares, q; mulieres cuiuscunq; ætatis, ordinis, & conditionis. ¶ Et quæ colūt sanctos foces uirginitate: hoc est uirgines Vestales: q; æternum ignem caste seruant. ¶ Viri lassant: desatigant. ¶ Brachia sedula: cum sedulitate & omni conamine trahentia. ¶ Fune contento: extento: quo conabantur trahere nauem in uadis Tyrrhenum. ¶ Nauis hospita: peregrina: & quæ peregrinā Deā ferebat. ¶ Vix subit: uix subire pōt. imo subire non poterat. ¶ Aquas aduersas: aduersum amnē. ¶ Tellus fuerat diu ficca: diu non pluerat: sic aruerat tellus: & quia nullis imbribus erat adiutus amnis: tenuis tunc erat eius aqua. ¶ Sitis: ipsa siccitas ob aquæ penuriā. ¶ Vsserat herbas: deficiente humore aruerāt & ipsæ herbæ. ¶ Carina pōsa: suo. i. onere. ¶ Sedit: subsidit hærēs. ¶ Vado limoso: i uadis Tyberinis: & lutosis. ¶ Quisqs adest opi: ipsi qdem opo so laberi trahēdæ nauis. ¶ Laborat plusq; p pte: q; si plusq; qlq; suis uirib⁹ possit. ¶ Et adiuuat manus fortes: robustas & fortiter trahētes. ¶ Voce sonāte: clamor. ¶ Illa: nauis. ¶ Sedet: firma hæret. ¶ Velut insula stabilis: immobilis. ¶ Medio pō. in medio mari: qa ut moueri nō pōt insula: ita moueri nō poterat nauis. ¶ Viri attōiti: exterriti. ¶ Stant & pa. mōstro: q; si stātes expauescunt eo nauis miraculo: q; nullo hoium conatu moueri poterat. ¶ Claudia Quinta: cū uiri frustra cōarent: ex clarissima Claudiorū familia uirgo Claudia pcessit: q; cū casta nō crederet: Deā ipsam obtestata: ut suæ testimonio pudicitiæ perhiberet. Exiguo deinde conamine funē trahētē nauis sequuta est: meminit huius rei Diuus Hieronymus, & Trāquillus i uita Tiberii de eadē inqt: Quæ nauē cū sacris matris Deū Idææ obhærētē Tyberino uado extraxit: p̄cata p palam ut ita demū sequeret si sibi pudicitia cōstaret. ¶ Claudia Quinta: non quæ esset Quinta numero: sed noīe. ¶ Referebat genus: ducebat originē. ¶ Ab alto Clauso: a quo emanauit domus Claudia: de quo Vir. in. vii. Aenei. Ecce Sabinorum prisco de sanguine magnum Agmen agens Clausus: magnique ipse agminis instar Claudia nūc a quo diffunditur, & tribus, & gens: Per Latium posq; in partē data Roma Sabinis & cætera.

Periphrasis

Claudia Quinta

Imago matris Deorū ab incēdio seruata

Claudia gens

Quinto cū honore acceptā est a Romana mater Deorū

Claudia uirgo

Aequoraq; Afra legit: Sardoaq; regna sinistris
Respicit a remis: Ausoniamq; tenet.
Hostia contigerat: qua se Tyberinus in altum
Diuidit: & campo liberiore natat.
Omnis eques, mixtaq; grauis cum plebe senatus
Obuius ad Thusci fluminis ora uenit.
Procedunt pariter matres, natiq;, uiriq;:
Quæq; colunt sanctos uirginitate focos.
Sedula fune uiri contento brachia lassant:
Vix subit aduersas hospita nauis aquas.
Sicca diu fuerat tellus, sitis usserat herbas:
Sedit limoso pressa carina uado.
Quisquis adest operi, pluscq; pro parte laborat:
Adiuuat & fortes uoce sonante manus.
Illa uelut medio stabilis sedet insula ponto:
Attoniti monstro stantq;, pauentq; uiri.
Claudia Quinta genus Clauso referebat ab alto:

ANT. FAN.

¶Impar nobilitate:uersus gratia e litera pro i ponitur. Dicimus enim ſum impar tibi. Potes & mutationem caſus factam accipere. ☞ Caſta quidem, ſed nõ eſt credita: falſo populi iudicio, famæq; mendacio impudica diceba tur. ut Hic priſca ducens Clauſorum ab origine nomen Claudia non æqua populi mala credita fama. ☞ Ornatis uarie ꝓdiſſe capillis Obfuit: ſtultum uulgus impudicam arguebat ex ornatu. ☞ Cõſcia mens recti famæ mendacia ridet: ſpernit obtrectãtium linguas: qui nullius eſt ſuæ turpitudinis conſcius. Iuuenalis: Viuendum eſt recte tum propter plurima: tumq; His præcipue cauſis ut linguas mancipiorum cõtẽnas. Eſt autem ſententia color rhetoricus. ☞ Sed nos i uitiũ credula turba ſumus: honeſta reprehendendi ratio. Miſcet. n. ſe mortalibus muſa: quos arguit Iuuenalis: Hic uiuimus ambitioſa paupertate omnes. ☞ Fluminis hauſit aquam: ſic Virgi. in. ix. Aen. Ad undam proceſſit: ſſimoq; hauſic de gurgite lympham Multa Deo orãs. ☞ Ter caput irrorat: ter tollit ad æthera palmas: impari utitur numero: ꝙ & numero Deus impare gaudet: & ſtatiꝫ omnia ſunt ceſſura feliciter. ☞ Sub certa cõditione: ut a te damnata nõ immerito pœnas luam: abſolute uero certo iudicio populo Ro. uita ꝓbet. ☞ In ſcæna: in ludis ſcænicis ubi nauem tractã a Claudia retulerant hiſtriones: uel reuera in conſpectu populi tanq; i ſcæna: qd magis placet. ☞ Laudatq; ſe. nõ laudat uerbis dũ ſequtur: ſed qa ſequitur laudat: hoc eſt teſtatur pudicã.

Nec facies impar nobilitate fuit.
Caſta quidem (ſed nõ eſt credita) rumor iniquus
Læſerat: & falſi criminis acta rea eſt.
Cultus, & ornatis uarie prodiſſe capillis,
Obfuit: ad rigidos promptaq; lingua ſenes.
Conſcia mens recti famæ mendacia ridet:
Sed nos in uitium credula turba ſumus.
Hæc ubi caſtarum proceſſit ab agmine matrum:
Et manibus puram fluminis hauſit aquam:
Ter caput irrorat: ter tollit ad æthera palmas:
Quicunq; aſpiciunt mente carere putant.
Submiſſoq; genu, uultus in imagine Diuæ
Fixit: & hos edit crine iacente ſonos.
Supplicis alma tuæ genitrix fœcunda Deorum
Accipe ſub certa conditione preces.
Caſta negor: ſi tu damnas: meruiſſe fatebor:
Morte luam pœnas iudice uicta Dea.
Sed ſi crimen abeſt tu noſtræ pignora uitæ:
Re dabis: & caſtas caſta ſequere manus.
Dixit: & exiguo funem conamine traxit:
(Mira, ſed in ſcæna teſtificata loquor)
Mota Dea eſt: ſequiturq; ducẽ: laudatq; ſeq̃ndo:
Index lætitiæ fertur ad aſtra ſonus.
Fluminis ad flexum ueniunt: Tyberina priores

Mens recti conſcia obtrectantiũ linguas cõtemnit

Ter cũ aqua lãcta uocabant

Animꝰ honeſti cõſcius eſt etiaꝫ mali

¶Nec facies: ipſius Claudiæ. ☞ Fuit impar nobilitate: nã ut præſtãtis nobilitatis: ita formæ quoq; præſtãtis. ☞ Caſta quidem erat, ſed non eſt credita: nõ credebatur eẽ caſta. ☞ Rumor iniquus: non æquus: ſed falſus & cõflictus. ☞ Læſerat: offenderat illam nota uiolatæ pudicitiæ. ☞ Et eſt acta rea falſi criminis: falſo arguebatur ſtupri: & uirginitatis non ſeruatæ. ☞ Obfuit cultus: ex his ſumebantur ſigna coniecturalia corrupti animi & corporis: ꝙ ſe excolebat: tanquam amantibus placitura. ipſe ergo cultus formæ obfuit. ☞ Et prodiiſſe: apparuiſſe. ☞ Capillis uarie ornatis: quos uario modo & pectebat: & innectebat. ☞ Mens cõſcia recti: animus honeſtatis ſuæ cõſcius. ☞ Riſit mẽdacia famæ: mendacem famã, & rumorem: qui falſo ferebatur. ☞ Sed nos: loquit muſa: ſed perinde ac homo: qa nos hoies. ſ. ☞ Sumus credula turba in uitiũ: facile credimus qcqd uituperandum quoq; affertur. ☞ Hæc: Claudia. ☞ Vbi: poſtq̃. ☞ Proceſſit ab agmine: a multitudine. ☞ Caſtarũ matrum pudicarum matronarum. ☞ Et manibus hauſit aquam puram fl. & manus abluit: & his aquam Tyberini gurgitis hauſit. ☞ Ter caput irrorat: ter aqua fluminea caput ſudit. ☞ Ter tollit palmas ad æthera: ter manus in cælum ſuſtulit. ☞ Quicũq; aſpiciũt: eam: ſcilicet ita agentem. ☞ Putant carere mente: exiſtimant amentem & inſanam. ☞ Et ſubmiſſo genu: iam inflexis genibus ipſa Claudia. ☞ Fixit uultus in imagine Diuæ: fixit oculos in ſimulachrum ipſius matris Deum. ☞ Et dixit hos ſonos: hæc uerba. ☞ Crine iacẽte: paſſis crinibus. ☞ Alma genitrix Deorum fœcunda: o mater Deorũ. Alma dixit: ꝙ Deos peperit: a quibus omnia alũtur. Fœcunda ob tot felices partus. Genitrix ꝙ a matre hanc habeat diſtantiam: qa genitrix (ut inquit Nonius) ſemper quæ genuerit nuncupatur. Mater uero aliquã do pro nutrice ponitur. Virgi. in octauo: Geminos huic ubera circum Ludere pendentes pueros: & lambere matrem. Plautus in Menechmis: Ita forma ſimilis pueri: ut mater ſua non internoſcere poſſet: quæ mammam dabat: nec adeo mater ipſa: quæ illos pepererat. ☞ Accipe ꝑces: meas. ☞ Sub certa conditione: ſumpſit uerbum e iure ciuili: de conditionibus in facto conſiſtentibus: de qbus ita agit Paulus iuriſconſultus titulo de conditionibus: Conditiones conſiſtentes in facto uarietatem habent: & quaſi tripartitam recipiunt diuiſionem: ut quid detur: ut quid fiat: ut quid obtingat: uel retro ne detur: ne fiat: ne obtingat: ex his dandi, faciendiq; cõditiones: in perſonas collocantur: aut ipſorum: quibus qd relinquitur: aut aliorũ. Tertia ſpecies in euentu ponetur &c. Hæc uero conditio ut fiat erit. ☞ Caſta negor: dicunt oẽs me nõ eſſe caſtam. ☞ Si tu dãnas me. ſ. tanq̃ corruptã: & nõ caſtã. ☞ Fatebor meruiſſe: dicã igenue me mereri ſuppliciũ. ☞ Morte luã pœnas: plectar morte. Luere pœnas pati ſupplicii pro crimie. ☞ Victa iudice Dea: uicta ego tuo iudicio ſupplicio afficiar. ☞ Sed ſi crimẽ abeſt: ſi ſciã me caſtã & icorruptã. ☞ Dabis tu re pignera nr̃æ uitæ: re ipſa oñdas ſigna: tanq̃ pignora & teſtes uitæ meæ pudicæ. ☞ Et tu caſta: pudica & ſancta. ☞ Seq̃re manus caſtas: meas. ſ. ☞ Dixit: ita ꝑcata eſt Claudia. ☞ Et traxit funem: ipſius nauis. ☞ Exiguo conamine: puo conatu. Nã puo labore traxit: & facillime ſequuta eſt ratis. ☞ Mira loquor: dico qdem admirabilia. ☞ Sꝫ teſtificata in ſcæna: q̃ relata fuere i theatro: ut adhiberi fides debeat. ☞ Mota Dea eſt: ꝑcibus ipſius Claudiæ. ☞ Et ſequit ducẽ: ꝑcedentẽ, & trahentẽ uirginẽ. ☞ Et ſequendo laudat: ex hoc ipſo laudare uꝫ: qa ſequit trahentem in ꝓbationem & cõmendationẽ pudicitiæ illius. ☞ Sonus index lætitiæ: hoc eſt plauſus quo animorum indicatur lætitia. ☞ Fertur ad aſtra: nam datus eſt uirgini plauſus ingẽs: & uoces ad ſidera ſublatæ. ☞ Veniunt ad fluxum fluminis: Claudia, ſenatus, & populus, & matronæ ueniunt illuc: ubi ſe incipit reflectere in læuam amnis. ☞ Priores dixere atria Tyberina: dixere ueteres eſſe domum Tybridis.

Cõditio ſm pauluꝫ iure cõſultũ

Miraculũ qõ ſecuta ẽ funem Claudię mater Deoruꝫ

¶Vnde

ANT. FAN. ¶Vnde siniſter abit:fabulatur ibi eſſe regiã Tyberini, ubi fluuius flectitur ſiniſtrorſum.¶Operum,coniugiq; rudem:ut hoſtia eſſet puriſſima.¶Eſt locus in Ty.q.lu. infl.Al.huius fluuii ſupra meminimus:ubi mater Deũ.vi. calendis Aprilis lauabatur: ut ait Vibius Sequeſter. Defluit autem Almo in Tyberim non admodum longe a porta Capena:ut non nulli dicũt : quibus illud aſtipulatur:Ipa ledẽs plauſtro porta eſt inuecta Capena.Lota igit eſt Cybele tũc in eo fluuio:uñ factũ exiſtimam?:ut poſtea illic lauari cõſueuerit.¶Comites:non oẽs qui Deã comitabant: ſed Galli: ut diximus ſupra.¶Furioſaq; tibia:ob Gallos q furere uidebant.¶Taurea ter. tympana: quibus Curetes uſi fuerãt cũ Rhea Iouẽ peperiſſet.Ea e pellib? fieri dubiũ nõ eſt.¶Boues:a qbus Deę plauſtrũ trahebat.¶Naſica accepit,tẽpli nõ perſtitit auctor: Accepit legendũ eſt nõ incepit:ut qdã uolũt: q exiſtimãt uotã fuiſſe hanc ædẽ a Scipione Naſica: qd alienũ eſt ab hiſtoria Liuii: qui ſcribit Naſicã in ſalum naue euectũ Deã a ſacerdotibus accepiſſe:atq; in terrã extuliſſe.&M.Liniũ &Claudiũ cẽſores ædẽ matris Deũ faciendã locaſſe:eãq;.xiii.anno poſtq̃ locata erat,M.Iunium Brutũ dedicaſſe.Quare non placet: quod in opuſculo uirorum illuſtrium legimus:ubi eius libelli auctor quicunque fuerit : neque enim eſt Plinius:ut multi putant: ſcribit templumhoc incepiſſe Naſicã:quod cum bis incẽdio abſumptum fuerit (ut diximus ſupra)nemini mirũ uideri debet:q; Ouidius ſcribit hoc loco:& Metellũ ei? ædis auctorẽ fuiſſe.& poſt Metellũ Auguſtum:quem cõſtat refeciſſe ædes ſacras: uetuſtate collapſas:aut incẽdio abſumptas:teſte Sueto.Hic eſt q feſtũ matris Deũ Romæ celebrari(ut diximus)conſueuit:non pridie idus Aprilis:ſed nonis huius mẽſis:quibus ea ædes ab Auguſto fuerat dedicata:quã qdã uolũt fuiſſe nõ longe ab ea porta:qua Deæ ſimulachrũ in urbẽ inuectum eſt:ſed in palatio fuit:teſte Liuio.¶Parua cur ſtipe quærat opes:moris fuit hoc tempore ut Romani matri Deum nummos ſiue ſtipem,quamuis paruam, oferrent:quoniam ſtipe a populo collata eius Deæ templum a Metello fuerat conſtitutum.

PAV. MAR. ¶Vnde siniſter abit:uertit ſe in ſiniſtrã:ubi eſt ille reflex? fluminis:putauere antiq eẽ regiã numinis Tyberini. Vñ Vir.de eodẽ loco:cum facit Deũ ipſum loquentem : Ego ſum pleno:quẽ flumine cernis Stringẽtẽ ripas:& pinguia culta ſecantẽ:Cæruleus Tybris cælo gratiſſimus amnis. Hic mihi magna domus:celſis caput urbibus exit.¶Nox aderat:ſubſtitere per noctẽ in ipſo flexu:quo ab hoſtiis Tyberinis uenerãt.¶Religãt funẽ a ſti.quer.a trifico q̃rcus:religare pro innectere:ſeu ligare dicimus. Vir. Cum Laomedontia pubes Gramineo ripæ religauit ab aggere daſſem.¶Corpa ſuo.ci.poſtq̃ comederãt.¶Dant lo. ſom.qeti ſe tradiderũt.¶Lux aderat:iã illuxerat.¶Soluunt funem a ſti.q.ubi ueſperi religauerant.¶Tamen: antequam ſoluerent.¶Dedere thura po.fo, erecta ad tempus ara: & ſuccenſo igne thura adoleuere.¶Ante coronarunt puppim: antequam inde diſcederẽt nauem uirentibus coronarunt.¶Et mactarunt iuuencam ſine labe: delectam ex armẽto ſine ulla macula: quæ nulla poſſet labe notari iuuencaz immolarunt.¶Et rudem operum, & coniugii: quæ nec araſſet:nec taurum ſuſtinuiſſet.&tria dat huic hoſtiæ:facit delectã, iniugem, & puram: ſed de his diximus in primo libro.¶Eſt locus: facit topographiam. ¶Quo Almo lubricus. influit in Tyberim:Almo paruus eſt fluuius qui interſecans Hoſtienſem uiam non longe ab illo flexu init Tybrim.Aliqui putant eẽ illũ: qui ẽ inter portã urbis Hoſtiẽſem,& tẽplum diui Pauli.remotior ab urbe eẽ non põt:q̃a Galli quotãuis ibãt illuc cũ matris ſimulachro: qd idicat Luca.Et lotã paruo reuocãt Almone Cybelẽ.¶Et minor:amnis.¶Perdit nomẽ in magno amne: Almo paru? flu.amittit ſuũ nomen:cum influit in Tybrim.ut de Iſara inqt Luc. cum influit in Rhodanum: Qui gurgite ductus Per tã multa ſuo: famæ maioris in amnem Lapſus ad æquoreas nomen non pertulit undas.¶Illic:in eo loco apud hoſtium Almonis.¶Sacerdos canus:iam ſenior.¶Cum ueſte purpurea: quo eſſet ornatior.¶Lauit dominam: Deæ ſimulachrum.¶Et ſacra: quæ ſimul ferebantur.¶Aquis Almonis:ipſius parui amnis.& inde mos ſumpſit initium referendæ Deæ illuc.¶Exululant comites: Galli miniſtri Cybelis ululatum ediderunt.¶Et flatur: flatu reſonant.¶Tibia furioſa:uel horrenda(ut paulo ſuperius)horrendo ſono dixit,uel furioſa:quia furere ipſi miniſtri uidebantur.¶Et manus molles:mollium miniſtrorum.¶Feriunt terga taurea:tympana ex taurorum corio.¶Claudia præcedit:anteit.¶Celeberrima: laudatiſſima.¶Vultu lætoilæta enim alias anteeedebat.¶Vix tandem eſt credita pudica:tandem omnes credidere eam caſtam : ſed difficulter:credidere tamen.¶Teſte Dea:quæ caſtas eius manus ſequuta eſt.¶Ipſa: Deũ mater.¶Sedens plauſtro : quæ iam currui erat impoſita.¶Eſt inuecta:illata,& intra urbem uecta.¶Porta Capena: qua exitur in uiam Appiam: & inde regio portæ Capenæ dicta eſt : qua porta itur ad ædem Diui Sebaſtiani. Boues iunctæ : quæ iugatæ currum trahunt.¶Sparguntur flore recente:recentibus floribus & uias ſternebant:& qui in ſpectaculo erant prætereuntes floribus ſpargebant¶Naſica accepit:P.Scipio Naſica:quiuir optimus a ſenatu iudicatus eſt Deam accepit in ingreſſu urbis.Verum Liui. inquit ab hoc acceptam in hoſtiis Tyberinis:dediſſeq; inde ferendam matronis.¶Tẽ-

Topographia

Sacra Cybelis agebatur cum aquaſiu. Almõis

Cybeles ędes ubi

M.Liui? ædẽ matri Deorum dedicauit

Tympana

Q. Cæcilius Metellus tẽplũ cõſtituit mſri Deoꝝ iuxta portã Capenam

plũ nõ perſti. au. hic ipſe Naſica templũ Deæ non conſtruxit: ſed Q. Cæcilius Metellus: ex donis Deæ collatis templum in regione portæ Capenæ matri Deoꝝ erexit: inſtauratq; illud poſtea Auguſt⁹: & ludos cõſtituit: & ut eidem a mulieribus carmina canerentur. Vnde in prin. ſecundi libri Triſtiũ: ipſe quoq; Aulonias Cæſar matresq; nurus q; Carmina turrigerę dicere iuſſit Opi. ☞ Auguſt⁹ nũc eſt: auctor. i. tẽpli, nã illud reſtituit tpe ipſius poetæ: ideo nunc eſt: qa noſtro tpe ædẽ reparauit. ☞ Ante erat Metel. Cęcilius erat auctor: qui ab initio erexit. ☞ Subſtitit hic Erato: hic deſiit loqui muſa. ☞ Mora fit: retardat. ☞ Dum cæ quęro: in quibus inerat dubitatio. ☞ Dic inq̃ cur quærat opes? ipſa Dea cur ſibi nũmos q̃rit. ☞ Parua ſti. paruo nummo. Eo. n. die ſinguli ſingulos nũmos offerebãt. ☞ Ait cõ. æs po. ut paulo ſuperius diximus. Populus frequens in palatio dona Deæ tulit: qđ teſtat Liui. Ergo ab ære collato a populo mos conferendarum quotannis ſtipũ originem ſumpſit. ☞ De quo: ære, quod populus cõtulit. ☞ Metellus: ipſe Q. Cæcilius Metel. ☞ Fecit delu. extruxit templum. ☞ Inde: ex eo. ☞ Manet mos: ſeruatur conſuetudo. ☞ Dandæ ſtipis: offerendorum nummorum.

Cur uicibus factis ineunt conuiuia quæro:
Tunc magis indictas concelebrantq; dapes.
Quod bene mutarit ſedem Berecynthia dixit:
Captant mutatis ſedibus omen idem.
Inſtiteram quare primi Megaleſia ludi
Vrbe forent noſtra: cum Dea (ſenſit enim)
Illa Deos inquit peperit: ceſſere parenti:
Principiumq; dati mater honoris habet.
Cur igitur Gallos, qui ſe excidere, uocamus?
Cum tantum a Phrygia Gallica diſtat humus?
Inter ait uiridem Cybelen, altaſq; Celænas
Amnis it inſana nomine Gallus aqua.
Qui bibit inde, furit: procul hinc diſcedite, queis eſt
Cura bonæ mentis: qui bibit inde, furit.

Epulones uiri tres ſm Cice.

giæ p urbe Roma. ☞ Captãt idẽ omen: pſperæ mutationis. ☞ Mutatis ſedibus: cum e cõuiuio in cõuiuiũ le recipiãt. Præerant huic rei epulones: qbus id inditũ nomẽ: qp (Põpeio teſte) indicendi Ioui, cæteriſq; Diis epulas ptãte; hẽrent. & Cice. in lib. de Oratore: Pontifices inqt ueteres pp ſacroꝝ multitudinẽ tres uiros epulões eſſe uoluerũt: cum eſſent ipſi a Numa: ut etiam illud ludicrum epulare ſacrificium facerent inſtituti. & alio loco: Romæ inquit erant ſacra Deæ matris: in quibus diebus feſtis nocte epulabant. Erant autẽ ſeptem numero & cætera. Hi ergo erant: qui conuiuia commutabant. ☞ Inſtiteram: quærens ſcilicet. ☞ Quare ludi Megaleſia forent primi in urbe noſtra: cur Romæ primi dicantur: & primo loco fiant ludi ipſi: quos conſtituit Marcus Iunius Brutus: & Megaleſia appellantur: & de quibus paulo ſuperi⁹ diximus: & quorum Liuius meminit. ☞ Cuꝫ Dea: Erato. ☞ Inquit enim: quia. ☞ Sẽſit: me ſcilicet quærentem. ☞ Illa: Cybele. ☞ Peperit Deos: Iouem, Iunonem, Neptunũ, Plutonem. ☞ Ceſſere parenti: Dii ipſi uoluere mſri cedere. ☞ Et mater habet principium dati honoris: hoc eſt primum ludorum honorem: nam cum ludi Diis exhibeantur: primus honos matri Deorum debetur, ideo ipſi primi, & magni dicuntur ludi. ☞ Cur ergo uocamus Gallos, qui ſe excidere: alia quæſtio cur Galli dicti ſint miniſtri Cybeles: qui ſibi uirilia exciderunt: ſeu amputauerunt. ☞ Cum humus Gallica: Gallia ipſa. ☞ Tantum diſtet: diſiuncta & longe remota ſit. ☞ A Phrygia: unde huc aduecta Dea: hoc inquit cur appellantur eo nomine: quandoquidem a Gallia appellari non potuerint. ☞ Inter ait uiridem Cybelem: muſa cauſam appellationis ad Gallum fluuium refert: cuius aqua epota furorem gignit. Is labitur per ea loca Phrygiæ: ubi matris Deum erant tẽpla. Initium enim capit ex modris Phrygiæ: & in Sagarum amnem influit. & Plinius inquit: Gallus Phrygiæ flumen eſt: de cuius aqua potantes redduntur inſani. & Martianus aſſerit ab eo miniſtros matris Deum Gallos dictos. ☞ Ait: ipſa Erato. ☞ Gallus amnis nomine: fluuius. ☞ Aqua inſana: inſaniam & furorem incutienti. ☞ It: fluit. ☞ Inter uiridem Cybelen: Cybelon & Cybelen dicimus montem: de quo paulo ſuperius. ☞ Et altas Celænas: Celænæ in Phrygia collis quidam eſt: ut Strabo inquit: in quo urbs fuit eiuſdem nominis. Hinc Antiochus Soter homines tranſtulit in eam: quæ nunc Apamia dicitur. & urbem appellauit de nomine matris Apamiæ Artabazi filiæ: quæ Seleuco Nicatori nupſit. Hæc in Phrygia ab illo referuntur. Sed ipſorum locorum nomina: in loca noſtra Marſorum trãſlata ſunt: ut fuiſſe hæc oppida putauerim: etiam ante Marſiam ex Aſia pulſuꝫ: ſed de his in ſexto lib. plura dicemus. ☞ Qui bibit inde: ex eo fluuio. ☞ Furit: furorem concipit. ☞ Diſcedite hinc procul: longe ab hoc fluuio recedite ne ſitis poſtea furore perciti. ☞ Queis: pro quibus. ☞ Eſt cura bonæ mentis: qui ſanæ mentis eſtis: & inſanire non uultis. ☞ Qui bibit inde, furit: repetitio prioris expoſitionis: ad uehementiora monita.

ANT. FAN. Sodalitates mutuæ in ſacris Cybeles Megaleſia primum in urbe ludi Celænę

¶ Cur uicibus factis ineant, cõ. quæro: mutuas ſodalitates dicit. Cice. in Catone maiore: Sodalitates. n. me q̃ſtore cõſtitutæ ſunt ſacris Idæis magnæ mſris acceptis. ☞ Indictas: a pontifice: ſiue a Gallis comitibus mſris Deũ: ſiue ab epulonibus. Lege Feſtũ. ☞ Mutatis ſedibus: mutant a nobis ſedes cũ e cõuiuiis accedimus ad diuerſa cõuiuia. Quod Romani faciebãt boni ominis cã: qm̃ Cybele e Phrygia Romã trãſlata bene ac feliciter ſedẽ mutauerat. ☞ Quare pri. me. lu. Vr. fo. no. hi ludi (quoꝝ ſupra meminimus) iure primi ludoꝝ oium habebãtur: qa par erat: ut Dii parenti ſuæ cederent: & eũ honorẽ matri exhiberẽt. ☞ Cur igit &c. diximus ſupra matris Deum comites a Gallo flumine Gallos uocari. ☞ Altaſq; Celænas: urbẽ Phrygiæ patriã Marſiæ: quem ab Apolline ſuperatum & excoriatũ ferunt. Vnde illud eſt Lucani: Et quæ tuæ munera Pallas Lugent damnatæ Phœbo uictore Celænę. Id oppidum nõnulli Lydiæ tribuunt: qđ nos mouere non debet: cum Phrygiæ, Cariæ, ac Lydiæ loca ita inter ſe coeant: ut nõ facile diſtinguantur. Sciendũ & collẽ ipſum in quo urbs eſt Celænas dici: ut auctor eſt Strabo: & oppidũ ipſuꝫ: in cuius foro ſuſpenſa uiſebatur Marſiæ pellis, ut Herodotus ſcribit: in utrem formata: quã ei detractam Phryges ferebant Apollinem ſuſpendiſſe. ☞ Inſana: quæ inſanos facit: ut dictum eſt. ☞ Procul hinc diſcedite queis eſt Cubo. mẽ. ſenſus eſt: Vos quibus cura eſt bonæ mentis diſcedite procul a Gallo flumine.

De pelle Marſiæ ſm Herodotũ

Quare dicti ſũt Galli ſacerdotes Cybeles

PAV. MAR. ¶ Quæro cur ineant cõuiuia factis uicibus: poſtea iterrogo uñ ea ſit conſuetudo: qp in his feſtis uiciſſim mõ ad hæc: mõ ad illa cõuiuia erant. ☞ Et magis tunc: magis q̃ ullo unq̃ tpe. ☞ Concelebrãt: cũ celebritate frequentant. ☞ Dapes indictas: ipſa cõuiuia indicta: nã indicebant ab ipſis ſacerdotibus: & poſtea uiciſſim ibãt. ☞ Quod Berecynthia ideo factis uicibus ineunt cõuiuia: qđ Deoꝝ mater. ☞ Bene mutauit ſedẽ: pſpere cõmutauit mõtes Phry

¶ Herbolum

ANT. FAN. Moretū

¶Herbosum moretum:in sodalitatibus magnæ matris apponebat conuiuis moretū e lacte,caseo,& herbis ob conuenientiam eius cibi cum Dea. Lac eni,& herbæ fuit ueterū cibus:& ipsam Deā uetustissimā esse nemo dubitauerit:quippe quę est Deoꝝ mater.℣ Lacte mero:lacte solo.Hoc cibo uiuunt nonnulli barbari: quos mirat Plinius ignorare aut spernere tot sæculis casei dotē: quo tradūt uixisse Zoroastrē in desertis annis.xx. ita tēperato:ut uetustatem nō sentiret.℣ Postera cū cælo motis Pallantias astris Fulserit. viii. idus Aprilis celebrat dedicatio ædis Fortūę publicę in mōte Quirinali: quo in loco sacrata est ędes eius Deæ:quā nōnulli Protogeniā,Liuius Primigeniā uocat:nō a Cn. Domitio prętore urbano:ut quidam uolunt:non intelligentes quid Liuius tradat:sed a Q. Martio Ahala duūuiro:ad idipsum creato:quam ædē uouerat decem annis ante P. Sempronius Sophus:qui cum in agro Crotoniēsi cum Hannibale male pugnasset:coniunctis deinde copiis cū legionibus P. Licinii proconsulis:cum eodem hoste conflixit:& cum in principio pugnæ ædem Fortunæ primigeniæ uouisset:si hostes funderentur compos eius uoti factus est. Hostes enim fusi ac fugati sunt: & supra quatuor millia armatorum cæsa. Itaq; idem Sempronius cēsor postea eam ædem locauit:quę neq; ab eo neq; a Cn. Domitio:sed a Q. Martio dedicata est. Est autem fortuna publica:quæ & primigenia dicitur:ne quis dubitet legat tertiæ Decadis Liui librum nonum non longe a fine:ubi eius fortunæ historicus meminit:cū in eodem libro ac paulo ante scripsisset tēporibus secundi belli Punici matrem Deum e Phrygia in Italiā fuisse trāslatam. Idem etiam tradit M. Liuium & C. Claudium censores ædē matris Deum locasse in palatio faciendam. Pallantias autē Aurora dicitur a fratre Pallante:ut Cum prætuia lucis Tradendū Phœbo Pallantias inficit orbem. Est frater eius Pallas Titanis filius:ex quo & terra natam esse Auroram fabulantur. Sunt & qui Auroræ patrem Pallantem uocant.℣ Luna leuarit equos: equi a Luna hoc loco leuari onere dicuntur lucis aduentu.℣ Tertia lux.vi.idus Aprilis Iulius Cæsar in Libya superauit Iubā,& Scipionem cum persequeretur reliquias exercit? Pompeiani. Nota est historia. Sciendum tamen Iubam quem fuisse & superbum & inertissimum legimus: ideo hoc in loco magnanimum dici: quod & magno animo Cæsari aduersatus est,& in oppido Zamæ lignis congestis maximam in medio foro pyram construxit: ut si forte bello foret superatus igne subiecto se in eam proiiceret:is demum fluentibus rebus ad uoluntatem Cæsaris cum Petreio conatus est ut per uirtutem interfecti esse uiderentur:& cum infirmiorem illum ferro consumpsisset, impetrauit a seruo ut se interficeret: idq; obtinuit. Appianus scribit eum regem ac Petreium: cum nec fugam:nec salutem ulterius spectare possent: inedia se ac uulneribus inuicem confeciſſe. Triumphauit autem Cæsar (ut inquit Plutarchus) non de Scipione sed de Iuba rege: cuius filius Iuba in triumpho ductus est admodum infans:fortunatusq; ea captiuitate: qua factum est:ut ex Numida ac barbaro inter scriptores doctissimos numeretur. Sane Iubam auctor perfidum uocat: ob Afrorum ingenia:quæ & fallere, & fidem frangere consueuerunt.

¶Non pudet herbosum: ultima quæstio: cur in epulis Deæ moretum adhibebatur. Causam refert musa ad antiquos cibos:cū lacte & herbis olim homines uescerentur. Neq; n. est aliud moretum:nisi admixtio multarū rerum cū lacte & caseo. Licet sint qui pro intinctu uiridi accipiant.℣ Dixi: ego. Nō pudet posuisse in mēsis dominæ:appōere Deæ epulis.℣ Herbosum moretum: ex herbis,& lacte, & caseo cōfectū.℣ An sua causa subest:an est aliqua causa ꝓpria quare id fiat.℣ An ueteres: antiqui.℣ Narrantur usi: quasi dicunt uesci solitos ipsos ueteres.℣ Mero lacte, & herbis:his. n. uescebātur ante panis usuꝫ.℣ Si quos: q̄si & aliis cibis si aliquos.℣ Ferebat terra sua sponte:non arata:non consita: sed suapte natura.℣ Cādidus caseus miscetur elixæ herbę: hoc nunc offert epulis Deæ:caseus cum herbis elixis: ꝙ moretū.℣ Vt Dea prisca:Deorū mater antiq̄.℣ Cognoscat primos cibos:qualibus Saturni tpe uesci consueuerunt. Hactenus de sacris Cybeles.℣ Postera cū cęlo. viii. idus Apriles:hoc est sexta die mensis. Erit festum publicę Fortunæ:cuius tēplum a Cæsare cōsecratum est in colle Quirinali:post Afrā uictoriā de Scipione & rege Iuba: de quo paulopost.℣ Postera Pallantias:sequens Aurora Pallantis ex Titanū genere filia.℣ Cum fulserit motis astris:pulsis sideribus:quæ aduentu maioris luminis obscurat.℣ Et Luna leuarit equos niueos:alleuiarit ab ipso ope:hoc est ubi occidet Luna:& māe illuxit.℣ Verus erit qui dicet:uera loquet quicunq; id asseret.℣ Publica Fortuna est sacrata: ædes Fortunæ publicæ consecrata fuit quōdā.℣ Hac die:quę octaua ē iduū Aprilū.℣ Tertia lux: tertia dies a festo publicæ Fortunæ:hoc est.vi. idus Apri.℣ Erit ludis: deputata.ad exhibēdos ludos:eo. n. die ludi fiunt.℣ Memini:memoria repeto.℣ Hac:die.l.℣ Quidā senior continuus mihi spectāti:q spectabam ipsos ludos.℣ Et loco:q̄si q continuato ordine proximo nihil loco sedebat:cū proximus esset dignitate.℣ Ait:dixit.℣ Hæc illa dies:referebat ille senex in ludis eum esse diem:quo Cæsar in Africa uictor fuerat. Et. n. uicto Cæsar Pharnace Romā rediit. Consul iterū creatus est: ubi cognouit Catonis & Scipionis fugā in Africā:qui ad bellum ab rege Iuba accendebant:illuc traiecit: & Catone iam mortuo Iubæ & Scipionis debellauit exercitum. Ex pauentibus inaudito prius tubaꝝ clamore regiis elephātis:Scipio naue fugiens seipsum interemit. Rex interim Iuba:ut in cōmētariis est ab oibus ciuitatibus exclusus: desperata salute:cum iam conatus esset cū Petreio: ut per uirtutē interfecti esse uiderent:ferro inter se depugnant: atq; infirmiorem,imbecilliorēq; Iuba Petreium facile ferro cōsumpsit:deinde ipse sibi cū conaret gladio traiicere pect?:nec posset:p̄cibus a seruo suo ipetrauit:ut se iterfi ceret:idq; obtinuit &c. Cęlar uero Romam ex Africa redi ens(ut inqt Plutar.) ex ea uictoria magnifice per ora populi ferebat. Tantū. n. agri ab eo inditionē Iubactū:ut de Iuba

PAV MAR.

Non pudet herbosum dixi posuisse moretum
In dominæ mensis:an sua causa subest?
Lacte mero ueteres usi narrantur & herbis:
Sponte sua si quas terra ferebat:ait.
Candidus elixæ miscetur caseus herbæ:
Cognoscat priscos ut Dea prisca cibos.
¶Postera cum cælo motis Pallantias astris
Fulserit:& niueos Luna leuarit equos:
Qui dicit,quondam sacrata est colle Quirini
Hac Fortuna die publica:uerus erit.
¶Tertia lux(memini)ludis erit:hac mihi quidā
Spectanti senior,continuusq; loco,
Hæc ait illa dies:Libycis qua Cæsar in oris

Caseidos

Fortūæ publicæ festū in monte Quirinali .viii. id? Aprilis progenia Fortūa seu Primigenia

Pallantias

Ludi in honorē Cæsaris ob uictū Iubā .vi. idus Aprilis

Iubæ mors Iuba scripto

Die sexta Aprilis fuit tēplum Deæ fortunę publicæ sacratum

Tres triūphi Cai Cæsaris de Alexandria Pō to & Africāo

annuo prouentu percepturus fiscus esset. Tritici quidē ducenta millia modium, Atticorum:olei uero trecentas myriadas. Aliquot inde triumphos egit: Alexandrinum, Ponticum, Africanum:non de Scipione:sed de Iuba rege:eius filius Iuba quoq; nomine:infans admoduꝫ in eo deductus est triumpho. Fortunatissimam utiq; captiuitatem:qua effectum est: ut ex Barbaro,s, ac Numida iter doctissimos scriptores adnumeretur. Post triumphos ingentia militibus cōgiaria dedit. Ad conciliandam sibi plebem: spectacula edidit:conuiuiaq; celebrauit. Vno die i duobus ac uiginti millibus triclyniorum epulum prębens uniuersis. Munus gladiatorum ac nauale certamen adhibuit & reliqua. Ille igitur senex referebat Cæsaris uictoriam:qua quidem ipsi luci fuisse uidentur instituti. ☞ Hęc illa:dies scilicet. ☞ Qua Cęsar in oris Libycis:in Africa.

ANT. FAN.

¶ Contudit:perfregit ac tundendo superauit. ☞ Tribunus:hic senior:qui Ouidio ludos spectanti assidebat tribunus militum fuerat sub Cæsare. Est autē a Tribu Tribunis nomen inditum. Fuerunt enim sub Romulo tres Tribus:quibus qui pręerant Tribuni uocabant. ☞ Hāc ego militia sedem,tu pace parasti:Augustus (teste Suetonio)in spectaculis milites secreuit a populo:& cuꝫ plerisq; equitum attrito bellis ciuilibus patrimonio spectare ludos e.xiiii. non auderent metu pœnæ theatralis:pronunciauit non teneri ea quibus ipsis, parētibusue equester census unquam fuisset. ☞ Inter bisquinos usus honore uiros:poeta hoc loco decemuirum se fuisse testat: nam erant,qui Ouidium equitem quidem fuisse dicunt: sed nullum honorem præterea nisi triumuiratum: tulisse. Ii ne deinceps fallantur: uideant accuratius quomodo hunc locum interpretentur. & illum:Nec male commissa est nobis fortuna reorum Vsq; decem decies inspicienda uiris. Sane triumuiratum Ouidius tulit admodū iuuenis. ut Cœpimus & tenerę primos ætatis honores: Deq; uiris quondam pars tribus una fui. Sciendum decemuiros sub Augusto centumuiralem hastam coegisse: quam quęstura functi cogere consueuerant. Is etiam noua quædam officia excogitauit:in quibus triumuiratuꝫ legēdi senatus: & triumuiratum recognoscendi turmas equitum:adiecitque Tribus iudicum Decuriis quartaꝫ ex inferiore censu:quæ ducenariorum uocata est: indicaq; uitque de leuioribus summis. ☞ Pēdula cælestes Li. mo. aquas:Libra in ortum ferebatur:cum Sol una cum Ariete ludis nondum perfectis(ut auctor inquit)tenderet ad occasum. vi. idus huius mensis: quo tempore significat tempestas auctore Columella. Pendulam autem Libram dicit:non qđ occidat. Id enim fieri nullo modo potest:ludis nōdum absolutis:& pauloante Solis occasum: sed q̄ Pendulum est Libræ perpetuum epitheton. Quis.n. nesciat solum cum Ariete in occasum tendēte nocte iam ꝓpinqua cum Solem ipsum pars Arietis antecedat Librā necessario ī ortum ferri? ☞ Ante tamē,q̄ summa dies spectacula sistat, Ensifer Orion æquore mersus erit: Orion in cælo ita fortunatus est,ut ensem gerere uideat. Vnde illud est Lucani: Ensiferi nimium fulget latus Orionis. Est autem huius signi tanta magnitudo:ut multis diebꝰ oriatur & occidat. Quare(ut inquit Seruius) eius apud peritos est incerta tempestas:dicitur tamen occidere ex ortu Scorpionis:a quo interemptus creditur. Vnde cōsequens est:ut hoc tempore pene occidat cum Solis occasu:qui magnam partem Arietis emensus est. Is enim ubi Oceano immersus est trahit secum(ut ita dixerim) Taurum:cuius occasu sine dubio & Scorpius oriat̄, & Oriō occidat necesse est:qui in cælo ita locatus est:ut dextra ensem tenere, & cum Tauro certare uideatur: itaq; Hesiodus Orionis occasu uerno,i. hoc tempore terram esse arandam docet. Pli. auctor est in Creta terrę motu rupto monte inuentum esse corpus stans.xlvi. cubitorum: qđ quidam fuisse Orionis tradiderunt. Sciendum Accium hoc signum Iugulā appellasse:teste Varrone. Alii Iugulā stellam eē uolunt:sic dictā a forma iuglandis: quæ cæteris nucibus maior est.

Perfida magnanimi contudit arma Iubæ.
Dux mihi Cæsar erat:sub quo meruisse tribunus
Glorior:officiis præfuit ille meis.
Hanc ego militia sedem,tu pace,parasti
Inter bisquinos usus honore uiros.
Plura locuturi subito subducimur imbre:
Pendula cælestes Libra mouebat aquas.
Ante tamen,q̄ summa dies spectacula sistat:
Ensifer Orion æquore mersus erit.

Milites in theatro ledebant secreti a populo

Ouidiꝰ fuit decemuir Triūuiratus sub augusto

Libra ī ortū fertur, vi. id. Apri. Libra pēdula

Orionis ensifer occidit .vi. id. Apri. Orion magnitudo

Iugula

PAV. MAR.

¶ Contudit:tundendo attriuit & oppressit. ☞ Arma perfida:perfidam & fœdifragam Punicam militiam. ☞ Magnanimi Iubæ: regis Mauritaniæ. ☞ Dux mihi Cæsar erat:quasi eo tēpore ego sub Cæsare militabam. ☞ Sub quo tribunus:qui eraꝫ tribunus militum. ☞ Glorior meruisse:ad gloriam mihi ascribo sub Cæsare militasse. ☞ Ille: Cæsar. ☞ Præfuit officiis meis: quia ille imperator:& ego sub eo tribunus. ☞ Ego paraui hanc sedem militia, tu parasti pace:erant in eo ordine subselliorum:ubi sedere non licebat:nisi qui magistratum gesserant. Inquit ergo ille se militia:quia tribunus fuerat: ius in eo subselliorum ordine sibi parasse: Poetam uero domi in pace. ☞ Vsus honore inter bisquinos uiros: qui magistratum in decemuiratu gessisti. Fuerat.n. poeta decemuir: antea tamen iuuenis triumuir. Vnde in.iiii. Tristium: Cœpimus & tenerę primos ætatis honores: Deq; uiris quondam pars tribus una fui. Egitq; causas in foro centumuirali:de quo in.ii. Tristium ad Augustum: Nec male commissa est nobis fortuna reorum: Vsq; decem decies inspicienda uiris: quin inter centum uiros iudicium dixisse cōstat:ut a principio diximus. Hoc autem in loco decemuirum sese ostendit. Fuit.n. in eo magistratu decemuirali: in quo ipsi iudices de causis ad arbitrium iudicabant:de quo seipsum ab integritate & fide commendat. in.ii. eni Tristium sic inqt: Res quoq; priuatas statui sine crimine iudex: Deq; mea fasta est pars quoq; uicta fide:sed de huiusmodi iudiciis in libris de Oratore ad Q. fratrem Ciceronis cumulatius differemus. ☞ Plura locuturi: cum & alia multi simul collocuturi essemus. ☞ Subducimur:repellimur a subselliis. ☞ Subito imbre: subita pluuia. ☞ Libra pendula: pendens: quæ iam in occasu erat. ☞ Mouebat cælestes aquas: inferebat pluuias. Egimus superius de occasu Libræ:non exigit hic locus:ut ea repetamus:quæ iam dicta sunt. Sed illud dixisse satis sit libram in occasu pluuias plerunq; inferre: nunc quoq; in ipso occasu premitur:ideo mouet aquas. ☞ Tamen anteq̄ summa dies:anteq̄ ultima pars diei. ☞ Sistat spectacula: quasi finem imponat ludis. ☞ Orion ensifer: ferens ensem. Nam armatus cum gladio figuratur. ☞ Erit mersus æquore:iam occiderit:sic designat ipsius Orionis occasum: quod quidem sidus procellosum est. Plinius, tamen occidere inquit gladium eius idibus Nouembris:sic magna esset differentia in occasu. Nos autem in sequenti libro:quæ ad eum pertinent latius referemus.

De officio cētū uiro, iudicā. ꝓ arbitrio

¶ Cum

ANT. FAN. Eos a Græcis Ios dr Eous

¶Cum Romam inſpexerit Eos:Aurora Eos dicit ut ſupra docuimus:& a Græcis Ios:teſte Seruio.Nã Eous eſt Lucifer,ut Te matutinus flentẽ conſpexit Eous.& Flentẽ paulo uidit poſt Heſperus idẽ.Eſt ẽt Eous adiectiuũ: cuius prima ſyllaba mõ producit natura:mõ corripit obſequentem uocalẽ.Vel qm̃ & Ios dicimus & Eos. Sane

Ceriti

ges:uel a creando:ut Ser.ſcribit:a qua Ceriti dicti ſunt: teſte Nonio:quaſi Cereris ira uexati.℣ Circus erit põpa celeber,numeroq; Deorum:Cereri(ut diximus teſte Tacito)Romani Circenſes ludos celebrabãt:in quorum põpa Deorum imagines uehebant.Vnde illud eſt Macrobii:Vehit enim ſimulachrũ Dei Heliopolitani ferculo:ueluti uehunt in pompa ludorum circenſiũ Deoꝝ ſimulachra. Et illud: Euenitq; ut circenſium die puer de cœnaculo põpam ſuperne deſpiceret:& matri referret: quo ordine ſecreta ſacrorũ in arca pilenti compoſita uidiſſet.Tranquillus in Auguſto:Die Circẽſium proximo ſolemni pompæ ſimulachrum Dei detraxit. Ferebatur autem ea pompa circum metas:teſte Varrõe:qui ait circum maximum dictum:quod circum ſpectaculis ædificatus ubi ludi fiunt:& quod ibi circum metas ferũt pompa & equi currunt.Eũ circũ apud quẽ(ut diximus) ædes Cereris fuit:Plinius ſcribit a Cæſare dictatore: ut ſupra docuimus in ſecundo huius operis libro:extructũ fuiſſe:lõgitudine ſtadiorũ trium ac latitudine unius:ſed cũ ædificiis iugerum quaternũ ad ſedem ducentorũ quadraginta milliũ.Conſtat tamẽ(auctore Liuio) eius Circi locum ante a Tarquinio Priſco eſſe deſignatũ:ac diuiſa loca patribus:equitibuſq; ubi ſpectacula ſibi quiſq; faceret.Sciẽdum uehiculum quo Deorũ exuuiæ(ut ait Feſtus) ludis Circenſibus in Circũ ad Palatinar uehebant Thenſaꝝ appellari:quæ erat argentea: ut idem auctor docet: dicta a re diuina:auctore Seruio. ℣ Prima palma: celebrãtur primum Equiria:deinde Cereris ludi. ℣ Spõte Deæ munus,promeritumq; patet:tale eſt Cereris meritum:ut nõ facile detur melius aliquid inueniri:cum in inuẽto Cereris ſita ſit non uiuendi tantum:ſed bene atque honeſte uiuendi rõ:quorum alterũ frumẽta præſtãt:alterꝝ leges.

Helíopolitãi Dei ſimulachrum

Pompa circẽſiũ circa metas ferebatur

Circus maximus

Thẽſa

¶Proxima uictricẽ cum Romã inſpexerit Eos,
Et dederit Phœbo ſtella fugata locum:
Circus erit pompa celeber,numeroq; Deorum:
Primaq; uentoſis palma petetur equis.
Hinc Cereris ludi:non eſt opus indice cauſæ.
Sponte Deæ munus,promeritumq; patet.

¶Proxima uictricẽ,v.idus Apri.hoc eſt nono die menſis: ludi fiunt ad honorẽ Cereris in Circo maxio: primum tamen fiunt Equiria.Ad ludos aũt cum põpa itur: ferũtur q; Deoꝝ imagines magna reuerentia & frequentia populi:habeturq; is Cereri honor:quod ab ea reperto frumẽto:& cõficiendi panis uſu filueſtrẽ uictũ delicatiori cibo mutarit.De Cerere plura diximus ĩ pri.lib. Hoc quo q; loco plura referent:præſertim quæ ad Proſerpinæ raptum:& errores ipſius ſpectant.℣ Proxima Eos:ſequẽs Aurora.nam ἠὼς Aurora ẽ.℣ Cum inſpexerit Romã uictricẽ:hoc eſt cum ſequens dies effulſerit,& Romam orbis uictricem radiis illuſtrarit.℣ Et ſtella fugata dederit locũ Phœbo:quaſi ſtellæ erunt ab aſpectu noſtro fugatæ:nam uincentur a maiore lumine.℣ Circus: maximus .ſ.quem Tarquinius Priſcus extruxit inter Auentinum & Pallãtium.℣ Erit celeber põpa:nam cum pompa frequentatus.Pompa enim eſt ipſe ordo procedentium in ſupplicatione.Vnde nũc a noſtris proceſſio dicitur:& pompam quoq; funebrem dicimus.℣ Et numero Deoꝝ: q̃ſi multis Deorũ imaginibus:quæ ordine quoq; ſuo referũtur.℣ Et prima palma:pria uictoria in ipſo Circo.℣ Petetur equis uentoſis:pernicibus inſtar uentorũ. Primo enim loco erit equoꝝ curſus.℣ Hinc:poſt Equiria.℣ Ludi Cereris:qui exhibentur ad honorem Cereris.℣ Non eſt opus indice cauſæ:demonſtratore originis horum ludorum:quia non eſt petere a numinibus rationem: cum per ſe pateat. ℣ Munus Deæ: Cereris. ℣ Et promeritum: quaſi quod ipſa de genere humano promerita ſit. ℣ Patet ſponte:per ſe & ratione ſui ipſius manifeſtũ eſt.

PAV. MAR.

Iugula

PAV. MAR.

De offi cio cẽtũ uiro, iudicã . p arbitrio

Cereris Eleuſinę tẽplũ Cereris ſacrum non fiebat a lugẽtibus

Cereris Eleuſinæ:ut auctor eſt Strabo:ubi(ut qdã tradũt) q; noctu ſacra Cereris fierẽt ſacerdotes facibus diſcurrẽtes:quos ab eaꝝ geſtatõe Daduchos appellarunt:& cur ſu prope Bacchico furẽtes Deã colebantia cuius ſacris ĩpti,& ſcelerati uoce preꝯonis ſũmouebant:Romæ aũt ſolis matronis licebat ſacrũ Cereris anniuerſariũ celebrare:qđ itermiſſum eſt pp cladẽ Cãnenſem:cũ nulla eo tpe matrona luctus expers foret.Lugẽtibus.n.(ut inqt Liuius)ad ſacrũ facere non licebat:qđ gratũ erat:ut ſcribit Plut.ſi a lætis hoĩbus celebrareť.Huius Deæ feſta:qm̃ e Græcia tranſlata fuiſſent:græca ſacra dicebant: auctore Feſto.Cuius ædes(ut ait Pli.) ad Circum maximũ fuit: quã Demophilus & Gorgaſus palæſtæ laudatiſſimi, atq; pictores utroq; genere artis ſuæ excoluerunt:uerſib? inſcriptis greꝯe: quibus ſignificarunt a dextra opera Demophili eſſe:a parte læua Gorgaſi.Meminiſſe aũt debemus q; Seruius tradit Cererẽ Deã eſſe ruſticoꝝ:cui Virg. in pri.Georg.ãniuerſariũ ſacrũ uerno tpe fieri præcipit: ut Annua magnæ Sacra refer Cereri lætis opatus i herbis Extremæ ſub caſu hyemis iam uere ſereno. Sacrificabatur autẽ Cereri & Premetio(ut ĩquit Feſtus)de ſpicis quas primum meſſuiſſent, & lacte, melle ,ac uino.ut Cui tu lacte fauos & miti dilue Baccho:& porca fœcunda & grauida in ſacrificio amburuali.Itẽ ad.xii.Calẽ. Ianuarias:ſue prægnãte panibus ac muſſo:ut Mac. tradit, Cæterũ in Cæreris nuptiis(auctore Seruio)uinũ adhiberi neſas erat:quæ(ut idem inquit) Horci nuptiæ dicebãtur:ſolebantq; a põtificibus ſolẽnitate maxima celebrari. In ſacris autẽ muſſo libari nõ ignorauit Virg.teſte Mac. Vñ in Georgicis miti Baccho ĩquit:Fauos dilue mitеſcere uinũ:dicens cum muſſum fieri cœperit.Sacerdotes Cereris Baptæ dicebantur:q; lauari eos oporteret dũ initiarentur.Initia autem(ut Varro ſcribit)dicunt Cereris ſacra.Ipſa autẽ Ceres(ut eidẽ placet)dicta eſt q; gerat fru-

Initia Ceres unde dicta

ANT. FAN. ¶Panis erant primis uirides mortalibus herbæ: Diodorus: Eodemq; modo & homines a principio genitos dicunt in agris pastum quęrētes: siluestri & incondita uita uixisse: quibus herbę, & arborum fructus ultro uictum præberent. ℣ Gramen: herbæ speciē hic accipimus oīb⁹ notam. ℣ Bene erat iam glande reperta: glandis farina spissatur in panis usum: auctore Plinio. ℣ Magnificas opes: si ad herbas nō ad frumenta referantur. ℣ Perpetuo debuit illa tegi: ne inde fierent arma bellica: quib⁹ agricultura ipedit, & hoies pereūt. ℣ Perpetuumq; du. Augustū qui auctor est pacis: cuius Ceres alumna est. ℣ Honorē: sacrificiū e mola: ea enīz est quā p farra & micā saliētem significat. ℣ Vnctas ac.tę, pice uel cera & similibus: ut facile ardeant. Vult aūt accendi tædas: qa eaz ope Ceres raptā Proserpinā quæsisse dicit: ut Illic accēdit geminas pro lāpa de pinus: Hic Cereris sacris nūc quoq; tæda dat. Hanc ob cām Ceres Dea tædifera dicit: ut Et p tædiferę mystica sacra Deæ. ℣ Bos aret: nō uult bouē mactari Cereri: cuius opa mortales percipiunt eius Deæ munera. ℣ Plura re, multa qdem audies & recognosces quę nosti: docebēris quæ nosti.

Panis erant primis uirides mortalibus herbæ:
Quas tellus nullo sollicitante dabat.
Et modo carpebant uiuax de cespite gramen
Nunc epulæ tenera fronde cacumen erant.
Postmodo glans nata é: bene erat iá gláde repta:
Duraq; magnificas quercus habebat opes.
Prima Ceres homine ad meliora alimēta uocato
Mutauit glandes utiliore cibo.
Illa iugo tauros co lum præbere coegit:
Tunc primum Soles eruta uidit humus.
Aes erat in pretio: Chalybis iam massa placebat:
Heu quam perpetuo debuit illa tegi.
Pace Ceres læta est: & uos orate coloni
Perpetuam pacem, pacificumq; ducem.
Farra Deæ, micæq; licet salientis honorem
Detis, & in ueteres thurea grana focos.
Etsi thura aberunt: unctas accendite tædas:
Parua bonæ Cereri, sint modo casta, placent.
A boue succincti cultros remouete ministri:
Bos aret: ignauam sacrificate suem.
Apta iugo ceruix non est ferienda securi:
Viuat: & in dura sæpe laboret humo.
Exigit ipse locus, raptus ut uirginis edam:
Plura recognosces: pauca docendus eris.

PAV. MAR. ¶Virides herbæ erāt panis primis mortalibus: ut referat merita Cereris splēdidioris cibi inuentricis: hoc inqt:

Primi uescebantur herbis hoies d inde glādibus arefactis

Primi mortales loco panis, qui nōdū traditus erat, uescebantur uirentibus herbis. ℣ Quas: herbas. ℣ Dabat tellus nullo sollicitante: nullo terram ipsam colēte. Sua enim spōte ꝓcreabat herbas. ℣ Et modo carpebant: ipsi mortales. ℣ Gramē uiuax: uirens: qꝫ tam cito nō arescit. ℣ De cespite: de terra herbida. ℣ Nunc epulæ: mortaliū. ℣ Erat cacumē tenera fronde: summitas illa tenellarum frondiū: quę quia tenellior: & ad esum quoq; facilior est. ℣ Post modo glans nata ē: ab initio uesci cœpere tenellis: & tū pullulantibus frōdibus: postea natæ sunt ipsæ glandes: & hic cœpit esse pretiosior cibus. ℣ Bene erat: hominibus. l. ℣ Iā reperta glāde: quoniam pluris erant glādes: & glandiferæ arbores ipsis herbis. Vnde & Pli. inquit: Proximum erat narrare glandiferas quoq;: quæ priæ uictū mortaliū aluerūt. Nutrices inopis ac fere sortis &c. Et paulo post: Glāde opes nunc quoq; multaz gentium cōstant: necnon & inopia frugum arefactis emolit farina: spissaturq; in panis usuz, & reliqua. ℣ Et dura quercus: quæ prima est glandifera rū arboz. ℣ Habebat opes magnificas: propter splendidiorem cibū ex glandibus q̄ ex herbis. ℣ Prima Ce. uo. ho. ad me ali. cum uocasset hominem ad utiliorem, ꝑstantiorēq; cibū. ℣ Mutauit glan. ci. ul. hoc est pane. Tradito n. usu panis glandes reiectę sunt. ℣ Illa coe. tau. prę. col. iu. prima Ceres domare boues & ad iugū ligare docuit. Sed qui prius domuerit: in primo diximus. ℣ Tunc primum Soles eruta uidit humus. ℣ Videt Soles: nam quę prius euersa non fuerat: cum nulla esset ratio colendoz agrorum tum primū effossa soli patuit. ℣ Aes erat in ꝑtio: cœperat iam eē in pretio: cū esset opus ferreis instrumentis ad proscidendam terraz. ℣ Iā massa Chalybis: ipse infabricatus Chalybs: ita appellatus a Chalybibus populis ad dextram Euxini: primis ipsius generis ęris repertorib⁹. ℣ Placebat: ad formāda. l. rustica istrumēta. ℣ Heu q̄ppetuo debuit tegi: illa Chalybis massa: utilius enim esset materies ferri si semp tecta fuisset: Nō gesta armata bella cruēta manu: Cā fuit ferri crebræq; rapinæ: Excidiū miseris, exitiū q; fuit, iō poeta optaret tectam fuisse semp ferri massam: quia inde fabricata bellica instrā. ℣ Ceres est lę. pa. quoniam: ut in fine primi dixerat: Pax Cererem nutrit, pacis alumna Ceres. ℣ Et uos co. agricolæ. ℣ Orate: ꝑcibus a Diis poscite. ℣ Pacē ppe. q̄ perpetua & sine itermissione sit. ℣ Et ppetuum du. optate perpetuā uitam Tiberio, q pacē ꝑstat. ℣ Farra licet: Ceres nō exigit opulentū sacrificiū: sed farra & sale contenta ē: & thure, & succensis tædis. ℣ Licet detis: offeratis. ℣ Deæ: Cereri. ℣ Farra: q̄ quo eēnt in ꝓtio in prio & secundo diximus. ℣ Et honorē micæ saliētis: hoc est micæ salis: nā igne saliēs edit crepitum. Offeratis igitur molā: q̄ erat ex sale & farre mollito. ℣ Et gra. thu. grana thuris adolenda. ℣ In ue. fo. in ueteres aras. ℣ Et si thura aberunt: cum haberi thus non poterit. ℣ Accendite tæ. un. q̄ pinguedine prius pungi dīt: ut uehementius accendant. In ludis. n. Cereris tædæ accensæ ferunt: qꝫ raptā filiā accensa face quęsierit. ℣ Parua: munera. l. ℣ Placent bo. Ce. qa modico contenta est. ℣ Sint mō ca. ea quæ offerunt: q̄si mō pia & casta mente offerant: ut in pri. lib. diximus: Mens humilis: mens casta placet: castam accipe mentē. ℣ A boue suc. ad monet ne bos imolet. Nā capitale erat apud ueteres bouem mactare: quē (ut Pli. inqt) sociū laboris: atq; agriculturæ hēmus: ut in primo quoq; dictū. ℣ O ministri suc. uos q succincta uestę sacra ministratis. Qui mos succingēdi a Gabinis emanauit. Nā Gabini cū sacrificarent: uestes succinxere: ut expeditiores essent ad insequendos lupos: qui hostias fugabant. Et itez cū nunciatū esset affore ꝑdones succincti accurrerunt. Quare constituere ut deinceps succincti sacrificarent: & inde est ꝙ Luc. inquit: Turba minor ritu sequitur succincta Gabino. ℣ Remouete cul. a boue: nolite bouē imolare: & ab eo remouete gladios. ℣ Aret bos: arate, & proscindite terram boue. ℣ Sacrificate ing. suē: imolate porcū ignauū, & inutilem & inertē: quia neq; lana ut oues. neq; ferendo onere: ut equi: muli: asini: cameli. neq; arando: ut boues uiuant. Sed immolatur Cereri ꝙ semina eruerit: ut in prio diximus.

Quo ꝑtio eēnt farra apud ueteres

Gabini cū sacrificarent uestes succinxere

dixímus.¶ Ceruix:bouis.l.apta.¶ Iugo: ferēdo.¶ Non eſt fe.cædenda.¶ Securi:ga bouē ferire nō debem⁹.¶ Vi uat:bos.¶ Et ſæpe la.du.hu.exerceat i ꝓſcindēda terra. ¶ Exigit iſte lo.qm̄ Cereris ſacra canim⁹:ipſa res exige re uidet.¶ Vt edā rap.uir.quēadmodū a Plutone Proſer pina Cereris filia rapta fuerit.¶ Plura reco.in huius ra ptus relatiōe:multa gdē re cognoſces.¶ Pauca eris d. quia paucis ego expediam.

ANT. FAN. Trinacria

¶ Terra trib.ſcop.ua.pro in æquor Tri.Sicilia quę & Si cania dſ Trinacriæ quoq noīe a multis appellat: aut triquatræ a triangula ſpe cie:ut inquit Plinius inſu læ quot anguli ſunt totide3 promontoria ad extremum efficiunt: quoꝝ Pachynus ad orientē uergit:ut auctor eſt Strabo.Pelorus in Italiā. tertiū uero quod Lilybeum uocant in Libyā extētum ſi mul & hyberū ꝓſpectat occaſu3.Sed Trinacria(ut idē geographus docet)nomen eſt primis ſæculis uſurpatū: nā poſtea hæc inſula tranſlato in cōſonantiorē uocē uo cabulo Trinacris appellata eſt.Siciliā uero dictā uolunt ab Italis:quos Siculos appellarunt.Sed ſunt qui uelint Sicanos Hiſpaniæ populos in Italiā uenīſſe duce Sicelo: qui inde pulſi inſulā uicinā Italiæ tenuerunt.Vñ ab ipſis Sicaniam:ab eorum duce putarunt Siciliā nominatam.

Pachy nus
Pelor⁹
Lilybeū
Sicilia
Sicania

¶ Grata domus Cereri: Luca. in.iii. Pharſaliæ:Vtraq; frugiferis eſt inſula nobilis aruis:Nec plus Heſperiam lō ginqs meſſibus ullæ:Nec Romana magis cōplerunt hor rea terrę.Inde(ut inquit Solinus)Ceres fuit magiſtra ſru ctuariæ ſationis.Nos tñ depruuatum Solini locum arbi tramur:legendūq; frumentariæ ſationis.¶ In qbus ē cul to fertilis Enna ſolo:huius urbis nomen geminato n ſcri bendum eſt:dicēdūq; Enna nō Aetna. Nec.n, uel Aetnā mōtem accipimus perpetuo clarꝝ incendio:cuius crater ambitu.xx.ſtadiorꝝ patere dicitur. Vel Aetnam oppidū qđ abeſt a Catana ſtadiis.lxxx.Vel Catanā ipſam quam Syracuſanorꝝ tyrānus Hieron pulſis inde ueteribus ico lis Aetnam pro Catana appellauit:cuz neutrū eorꝝ oppi dorꝝ uel æde Cereris:uel frumenti copia celebret.Sed ac cipimus hoc loco eam Ennam:quæ(ut ſcribit Pōponius Mela)famam hēt ob Cereris templum:ac non longe di ſtat ab Eryce:cuius incolas Pli.uocat Ennenies: ac mani feſte ab Athenienſibus ſeparat.Id ut diligentius animad uerteremus effecit iampridem Perutius Doxa Fanēſis: uir acri ingenio,admirandoq;:qui omnes totius orbis p uincias ſeparatim expinxit:& loca in his ſuis interuallis ita diſtrinxit:ut exiſtimemus nihil exactius pene fieri po tuiſſe.Is eſt quē anno ſalutis.M.cccclxxviii.Senatus Fa nenſis triumuirꝝ legit portui deſignando: qui nunc me quęſtore magna impenſa ad Argillam flumē extruit.En næ ager feraciſſimus eſt:cuius meminit Strabo his uer bis:Intra inſulam eſt Enna modicis quidem poſſeſſa in quilinis ſuper collem iacens:in qua ſacra Cereris ædes eſt.Ea mōtanas amplectitur planicies totas arabiles, So linus autem:Hic iquit campus Ennenſis in floribus ſem p,& omni uernus die: quē propter eſt demerſum fora men:quo Ditem patrē ad raptus libere exeuntem fama eſt lucem hauſiſſe.¶ Arethuſa:hæc uirgo Dianæ comes in fontem ſui nominis conuerſa eſt: quo Syracuſæ glo riant.Nota eſt fabula.In eo fonte Plin.reddi inquit iacta in Alpheum: qui per Olympiam fluens Peloponeſiaco littori ifunditur:& quod mirum eſt eiuſdē fontis aquas ſimum redolere propter Olympiam. Quidam dicūt(ut ſcribit Seru.)ad Arethuſam nympham Sicilię Alpheum ex Elide uenire per maria.Alii ipſam Arethuſam in fon tem mutatā3 Alpheum fugere:& ex Elide ad Siciliā ue nire.Strabo Geographus quod de Alpheo & Arethuſa nonnulli uerum putant omnino exiſtimat fabuloſum.

Terra tribus ſcopulis uaſtum procurrit in æquor
Trinacris,a poſitu nomen adepta loci.
Grata domus Cereri:multas ea poſſidet urbes:
In quibus eſt culto fertilis Enna ſolo.
Frigida cæleſtum matres Arethuſa uocarat:
Venerat ad ſacras & Dea flaua dapes.

¶ Vocarat: ad conuiuium:quod ſequens uerſus oſten dit.¶ Dea flaua:Ceres propter ariſtarum maturitatem, quibus color flauus eſt.

Siciliæ fertilitas

Enna

Aetnā pro Catana poſitā no ta

Enna fuit ubi erat tēplū Cereris ſolemne

¶ Terra tri. ſcop. aggredi tur Proſerpinæ raptum:qui ab aliis quoq; poetis cele bratus eſt.Et poſt poetā ip ſum Claudianus cecinit ſū ma cum maieſtate dicendi: quē nos quoq; magna dili gentia & cura interptati ſu mus.Raptus Proſerpinę in Enna:nō in Aetna monte:ſed in pratis Ennæ ciuitatis:q̄ eſt in medio ferme loco ipſius inſulæ.Diu deinde mr̄ eā q̄ritans errauit.Donec ab ſole cognouit a patruo raptā: legemq; accepit reducere ab inferis poſſe:niſi quid illa in Herebo comediſſet.Cōptū eſt hauſiſſe grana mali pūici: reuocari penit⁹ nō potuit.Datū tñ:ut aliquo tpe eēt cū mre ſuprius:aliquo apud iferos cum uiro.Hęc ex fabula. Euſebius aūt inqt Proſerpinā ſpecioſiſſimā fuiſſe uirgi nē Cereris filiā:& Sicani regis uxorē.Quā ob famā ſin gularis pulchritudinis:Orcus Molloſſorū rex rapuit, & mrimonio ſibi copulauit.Sed qa de Sicilia & raptu uir ginis ſumus acturi.Facit ad rē illud qđ Diod.inqt:Sicilia optia inſularꝝ oīum antiqtate rerū cæteras añcellit.Hæc oli Triacria ab eius forma primū appellata. Sicania dei ceps ab incolis dicta eſt.Poſtremo ab Italis:q Siculi dice cebant,Siciliā dixere.Tradūt Siculi Siciliā Cereri ac Pro ſerpinæ ſacrā eſſe.Fabulāturq; poetaꝝ qdā poſt Plutōis ac Proſerpiæ nuptias:hāc inſulā Anacalyptræ nymphæ traditā.Sicanos aūt,q in ea hitarunt idigenas eē, ſcripto res tradūt.Has primū Deas i Sicilia uiſas.Inq; ea prio fru mētū terræ bonitate ortū in agro Leōtino:qđ has Deas repiſſe cōſtat.Raptā ibi Proſerpinā argumēto eſſe uolūt: qđ hæ Deæ i hac tanq̄ inſula admodū eis dilecta, habita rūt.Raptū Proſerpinæ in pratis iuxta Ennā ciuitati pro piqs ferūt:q̄ liliis,uariiſq; floribꝰ Dea dignis ornata erāt. Vbi pp odorꝝ fragantiā ſagaces canes odoratu carēt. Eſt ibi pratū a ſuperiore pte planū:admodū aqs redūdās. Al tus circū, & ꝓcipitiis undiq; abſciſus locus:ex quo a non nullis Siciliæ umbelicus appellat.Spelunca inſuper gran dis eſt:per quā Plutonē fabulant cū rapta uirgine curru trāſiſſe.Hæc Diodo. & Solinus inquit: In Sicilia cāpum Enneū eſſe floridū:& ſemper uernantē:ubi & demerſum foramē aſpicitur:per qđ Ditē ad raptū Proſerpinæ exeū tē:fama ē hauſiſſe lucē &c.¶ Terra procurrit in ęquor: protendit in magnū pelagus.¶ Tribus ſco. tribus pro montoriis Lilybeo, Pachyno,Peloro.¶ Adepta no. Tri. a po.loci:quæ a ſitu & forma triangulari Trinacris eſt appellata.Vñ Strabo:Sicilia inquit tribus formata angu lis.Iccirco primus ſenilis Trinacria: poſterius Trinacris appellata eſt:trāſlato in conſonantiorē uocē uocabulo. ¶ Grata domus Cereri:qm̄ eam inſulā incoluit.¶ Ea:Si cilia.¶ Poſſidet multas urbes:nā multæ ſunt in ea ciui tates:cum populoſiſſima ſit.¶ In quibus:urbibus.¶ Eſt Enna fertilis culto ſolo:Enna q̄ feracē hēt agrum. Nec in telligas de monte Aetna:aut de urbe:q̄ in eo monte ſita ē:ſed de Enna per duplex.n.non per.t n: qđ oppidū ē in media fere inſula.Cuius Ci.mēinit in Verrinis.& Strabo inquit:Intra inſulā eſt Enna:modicis quidē poſſeſſa inqui linis ſuper collē iacēs:in qua ſacra Cereri ædes. Ea mon tanas amplectitur planities totas arabiles.¶ Frigida cæ

PAV. MAR. Rapt⁹ Proſerpinæ fuit in Enna non i Aetna & ob grana mali pu nicirapi ñpotuit

Anacalyptræ nymphæ

De raptu Proſerpinæ in pratis ubi florum fragrantia cāes odoratu carēt

Enna ciuitas ẽ i media fere insula

Filia, consuetis ut erat comitata puellis:
Errabat nudo per sua prata pede.
Valle sub umbrosa locus est aspergine multa
Humidus ex alto desilentis aquæ.
Tot fuerant illic, quot habet natura, colores:
Pictaq; dissimili flore nitebat humus.
Quam simul aspexit: comites accedite dixit:
Et mecum plenos flore referte sinus.
Præda puellares animos oblectat inanis:
Et non sentitur sedulitate labor.
Hæc implet lento calathos e uimine nexos:
Hæc gremium, laxos degrauat illa sinus.
Illa legit calthas: huic sunt uiolaria curæ:
Illa papauereas subsecat ungue comas.
Has Hyacinthe, tenes: illas Amarante moraris:
Pars thyma, pars rorem, pars meliloton amãt.
Plurima lecta rosa est: sunt & sine nomine flores:
Ipsa crocos tenues, liliaq; alba legit.
Carpendi studio paulatim longius itur:
Et dominam casu nulla secuta comes.

Enna ciuitas ẽ i media fere insula seẽ: nympha Syracusii fontis: quã Arethusam uocant: Deas ad cõuiuiũ uocarat. Acceserat & Ceres: qđ ideo fictum esse a poetis constat: ut occasio daretur amanti rapiendæ uirginis: absente custodia matris. Claudianus inquit Cererẽ accessisse in Phrygiã reuisendæ matris gratia. Sed Arethusam fontẽ esse dicunt in Elide in Peloponeso. Dilabiq; ide eius aquã imixto etiã Alpheo: subterraneo meatu: usq; Syracusas in Sicilia: ibiq; apud litt? ante urbis portam erũpit: & Arethusæ nomen adhuc remanet. ☞ Arethusa: nympha. ☞ Frigida: ob aquæ frigiditatẽ. ☞ Vocarat: ad conuiuia. s. ☞ Matres cæ. Deas Deorũ genitrices. ☞ Et Dea flaua: Ceres a flauis spicis quibus coronat. ☞ Venerat ad sacras dapes: epulas ab Arethusa paratas.

ANT. FAN. Proserpinæ raptus

¶ Filia: Proserpina. Hãc Euseb. tradit ueram fuisse Cereris filiã formosissimã, & Sicani regis coniugem: quç ab Horco rege Molossorũ rapta dr. ☞ Ex alto đsiliẽtis aquę: quę e mõtib? fluebat in uallẽ. ☞ Quot habet natura colores: sunt sane colores tot ac tã diuersi ut multis desint uocabula. ☞ Nõ sẽtitur sedulitate labor: nimio studio quod laborem fallit. ☞ Hæc implet calathos: ca-

Calathus Talassio Quasillus Caltha

lathi mõ sunt calices: auctore Seruio: ut Vina nouũ fundam calathis aruisia nectar: mõ uasa apta lanificiis: quæ uocabantur Talassiones, siue Quasilli: ut scribit Festus: modo uasa ærea: qbus lac uel recens caseus continet. ut Quod iã tenebris & Sole cudente Sub lucẽ exportant calathis. ☞ Illa legit calthas: hos flores quidã esse tradũt colore luteo. ut Mollia luteola pingit uacinia caltha. Plini. uiolæ cuidam similẽ esse calthã scribit: ac uincere numero foliorũ uiolã: quæ marina dr quinq; folia nõ excedentẽ. ☞ Huic sunt uiolaria curæ: de speciebus & coloribus uiolæ lege Pli. qui Hyacinthũ uult esse uiolæ speciẽ. Lege & eundem de papauere. ☞ Illas Amarãte moraris: hic flos ẽ i marcessibilis: ut eius indicat nomẽ colore purpureo. Vñ illud est Tibulli: Et color i niueo corpore purpureus. ut Contexunt Amarantis alba puellæ Lilia: & autũno candida mala rubent. Hunc scribit Pli. spicaq; purpuream uerius esse q̃ florẽ: decerptũq; asseruari: & postq̃ defecerunt cuncti flores madefactum aqua reuiuiscere: & facere coronas hybernas. Hinc illud est Columellę: Immortalesq; Amarãti. ☞ Pars thyma, pars rorem, pars meliloton amant: thymũ & ros marinus herbæ sunt oĩbus notę. Hic laudatissimus est, ac uariis morborũ generibus medetur. Illud apibus gratissimum. Ex melilото autem coronæ fieri consueuerunt: cuius rei iudicio est eius nomen: fertula enim campana uocari consueuit.

Hyacinthũ esse speciẽ uiolæ Amarãtus

Thym? ros marin? & Melilotos

PAV. MAR. Proserpinã inclusã in domo

¶ Filia: Proserpina. ☞ Vt erat comitata cõsuetis puellis: quã comitabant: sicut cõsueuerant ancillæ, & uirgines. ☞ Errabat: uagabat. ☞ Per sua pra. Enna. ☞ Nudo pede: ut moris erat nudis incedere nymphas. Claudianus inqt inclusam fuisse Proserpinã a mr̃e in ædibus illis: quæ humana ope expugnari non potuissent: sed inde eductam a Venere, Pallade, & Diana. ☞ Valle sub um. Topographia est. Describit. n. uallẽ amœnam: ubi florida erant illa prata: quo Proserpina cũ ancillis accessit: ubi dũ studiosæ sunt florũ legendoꝝ: illa a patruo rapta ẽ. ☞ Est locus sub ualle um. nemorosa. ☞ Humidus: irriguus. ☞ Multa aspgine aquç: & scaturigine, & aspsione aquæ. ☞ Ex alto desilientis: quæ e loco edito deorsum labitur: seu desilit. ☞ Tot colores fuerant illic quot habet natura: oĩs coloꝝ uarietas: q̃ ĩ reꝝ natura est erat in ea tellure pro ingenti & copia & uarietate: quæ inerat floꝝ. ☞ Humus nitebat: nitida uidebatur. ☞ Picta dissimili flore: uariis & diuersis floribus. ☞ Quã: humũ floridã. ☞ Simł: postq̃. ☞ Aspexit: Proserpia. ☞ Dixit comites: o ancillæ. ☞ Accedite: huc. s. ad legẽdos flores. ☞ Et referte mecũ nr̃os sinus: nostras uestes. Alii legũt replete. ☞ Flore: pro floribus. ☞ Præda ĩanis: per translationẽ: ab eo quod hosti rapit: hoc ẽ ipsi flores ĩanes. ☞ Oblectat aĩos puellares: ancillas ipsas: cum magnam ex illis floribus conciperent uoluptatem. legitur ẽt delectat. ☞ Et labor non sentitur sedulitate: quasi ipso colligendorum florũ studio laborem non sentiunt. ☞ Hęc: puella. ☞ Implet calathos: uasa uiminea: ideo hic. ☞ Nexos: contextos & colligatos. ☞ E uimine lento: flexibili. nam e tenuibus & adhuc uirentibus uirgulis. Virgi. Tibi lilia plenis Ecce ferunt nymphæ calathis. ☞ Hęc implet gremiũ: floribꝰ. ☞ Illa degrauat: onerat. ☞ Laxos sinus: uestes apertas. ☞ Illa legit calthas: calthæ flores sũt uiolis similes. Pli. Post uiolarũ genera cum ultimo loco calathianã referat: subsequit: Proxima ei caltha est concolori amplitudine. Vincit numero foliorũ marinam: quinq; folia non excedentẽ. Eadem odore superat. Est. n. grauis caltha nõ leuior ei: quã scopã regiam appellant: q; folia eius oleant nõ flores. ☞ Huic: alteri. ☞ Violaria sũt curæ: nã uiolas e uiolariis decerpebat. Eaꝝ plura gña: purpureæ, luteæ, albæ. ☞ Illa subsecat unque: decerpit. ☞ Comas papauereas: ipsa papauera: de his superius dictum. ☞ Has: puellas. ☞ Tenes tu Hyacinthe: nã eas retines ĩte colligendo. Pli. inter genera uiolarũ Hyacinthum ponit. Sic. n. inquit: Purpureæ latiore folio: statim ab radice carnosa exeunt: quæ solæ græco noĩe a cæteris discernũtur: appellatę Haycithi. & ab his Hyacinthina uestis &c. Nota est fabula pueri Hyacinthi conuersi in hunc florẽ: quæ in Meta. li. x. refertur. Sic de Aiace de quo in. xiii. Meta. Et Pli. alio loco: Atq; inde nomen Hyacinthũ comitat fabula duplex: luctũ præferens eius: quem Apollo dilexerat: aut ex Aiacis cruore editi: ita discurrẽtibus uenis: ut græcaꝝ literarum figura ea uideat̃ inscripta. ☞ Illas: alias puellas. ☞ Moraris: in mora detines. ☞ O Amarante: de Amaranto Pli. sic inquit: Amaranto non dubie uincimur. Est autẽ spica purpurea: uerius q̃ flos aliqs: & ipse sine odore miꝝ in eo gaudere decerpit: & lætius renasci ꝓuenit Augusto mẽse: durat in autũnum. Alexãdrino palma:

fuisse eductã a Venere, Pallade & Diana

Topographia ex quorapta est a Plutõe Proserpina

Hiacynthũ esse flore: purpureo uñ dr uestis

Hyacinthina Amarãtus est spica purpurea uerius q̃ flos

no palma:qui deceptus aſſeruat: mireq; poſſ̃q defecere
efecti flores:madefactus aqua reuiuiſcit:& hybernas co-
ronas facit. Sũma natura eius in noie eſt appellatio:quo
niam non marceſcit. ℣ Pars:illarum puellarum. ℣ Amat
thyma:& thymi flores colligit. herba quidez nota & api
bus grata:unde præſtantiora mella decerpunt. Eius ge-
nera candidum ac nigricãs:
floret aſſt (ut Pli. inquit) ci-
tra ſoliſtitia:cum & apes de
cerpunt: & augurium mel-
lis eſt: prouentu.n. ſperant
apiarii large floreſcente eo:
læditur imbribus: amittitq;
florem. ℣ Pars rorẽ marinũ
.i. Ros marinus i hortẽſib?
oĩbus notus. ℣ Pars amat
meli. meliloti flores legit.
Melilotos (ut iquit Pli.) ubi
q; naſcit: laudatiſſima tñ in
Attica. Vbicũq; uero recẽs:
nec cãdicãs:& croco q̃ ſimil
lima: quãq̃ in Italia odorati
or:& candida. & alio loco
ſertulã cãpanã inquit uoca-
ri a ſertis quæ inde fiunt.
Odor eius proximus ẽ croco. ℣ Pluria lecta roſa eſt:&
roſas quoq; legerũt. ℣ Sunt
& flores ſine noie: qa mul-
tos decerpunt: quorũ noia
nõ referuntur. ℣ Ipſa: Pro-
ſerpina. ℣ Legit cro.te. cro-
ci flores. de croco diximus i
primo lib. ℣ Et al.li. nam &
rubens inuenit̃, & purpure
um. ió alba dixit. Et de albo
Pli. inquit: Candor eius eximius foris ſtrictus: & ab an-
guſtis in latitudinẽ paulatim ſeſe laxantis: effigie calathi
reſupinis p ambitũ labris: tenuiq; filo & ſemine: ſtantib?
in medio crocis. Ita odor, colorq; duplex &c. ℣ Itur Ion.
it Proſerpina paulatim remotius a cæteris. ℣ Studio car
pendi: carpendorq; florũ. ℣ Et caſu nulla comes eſt ſecuta
dominã: accidit ut nulla ex puellis dominã ſequeretur.

Melilotus in Attica regione cãdicãs & crocoq̃ ſimillima ex q̃ ſertula fit campana

ANT. FAN. Perſephone

℣ Patruus: Pluto, qui Iouis eſt & Cereris frater. ℣ Pan-
ditur interea Diti uia: per craterem, cuius meminit Soli
nus: de quo alibi legimus: Et pronos currus medio cra
tere recepit. ℣ Perſephone: græcum eſt: Perſephoni. n. a
græcis dicitur: quã nos Proſerpinã uocamus. ℣ Attonita
eſt: obſtupuit audito plãgore & cã ululatus. ℣ Threicias
Mænades: quę in ſacris Bacchi inſaniunt: ut earũ nomen
oſtendit. ℣ E campis incipit Enna tuis: non ab Aetna in-
cipit: ſed a campis Ennæ filiam quærere.

PAV. MAR. Patruus Proſerpiç fuit Pluto

℣ Patruus: Pluto: nã frater Iouis, & Cereris: qua ratione
patruus erat Proſerpinæ. ℣ Videt hanc: neptẽ uirginem.
℣ Et uelo, au.ui, ſumma cũ uelocitate: quoniã quadriga
uehebat: rapuit quã uidit. ℣ Et por. in ſua re. in Herebũ.
℣ Equis cæruleis: ſubnigrãtibus. Quatuor. n. illi aſſignã-
tur equi: quorũ noia: Orneus, Nycteus, Ethonus, & Ada
ſter. ℣ Illa quidẽ: Proſerpina. ℣ Clamabat Io mater cha-
riſſima: Io Ceres genitrix: quæ tibi unica ſum filia: & qu ç
mihi chariſſima es: cum ego ſim tibi. ℣ Auferor: rapta
ſum & abſportor. ℣ Ipſa: uirgo. ℣ Abſciderat ſuos ſinus:
ueſtes abſcidit. ℣ Interea panditur uia Diti: patefacta eſt
Plutoni uia: hoc eſt antrum illud apertũ: per quod ad in
feros deſcendebatur. ℣ Namq; equi inaſſueti: qui non cõ
ſueuere pati lucẽ. ℣ Non patiuntur lumẽ diuturnũ: cla-
ram diei lucẽ pati nõ poſſunt: ideo celerrime refugit Plu
to: q; eius eq: ſic & umbræ omnes: quæ in Herebo: hoc
eſt in obſcuritate tartarea diutius fuerint lucis ſunt im-
patientes: & ea rõne non licet illis niſi noctu interdũ per
ſuperiora uagari. Vnde apud Virgi. Anchiſes: q; iam ni-
mis cum filio per quietẽ eſſet imoratum: cum dicat: Et
me ſęuus equis oriens affla
uit anhelis. ℣ At miniſtræ:
ancillę ipſi? uirginis. ℣ Cho
rus æqualis: qui ancillarum
chorus erat eiuſdem ætatis
cũ Proſerpina. ℣ Cumula-
tis flore: numer? pro nume
ro: hoc eſt cumulatis flori-
bus. ℣ Clamant Perſepho-
ne: ita. n. appellata eſt ea uir
go Cereris filia. Proſerpina
uero poſtea dicta: cũ eadez
& Luna eſſe credita ſit. Vn-
de Varro ingt: Hinc Epicar
mus Ennii Proſerpinã quo
q; appellat: q; ſolet eſſe ſub
terris. Proſerpina dicta: q;
hæc ut ſerpẽs: modo in dex
tram modo in ſiniſtraz par
tem late mouet. Serpere &
proſerpere idẽ dicebant: ut
Plautus qui ſcribit: Quaſi
proſerpẽs beſtia. ℣ Veni ad
tua dona: huc ades ad flores
tibi iaz pro munere lectos.
℣ Vt clamata filet: poſſ̃q uo
cata nõ reſpondet. ℣ Implẽt
montes ululatibus: qa ma-
gno ululatu & gemitu per
eis montes amiſſam dñam
non inueniebant. ℣ Et nuda manu feriũt pectora mœ-
ſta: uerberabant pectora manibus: qa dominã non inue
niebant. ℣ Attonita eſt plangore Ceres: rediens ab Are-
thuſa miſeranda mater: audito ululatu & planctu ancil-
larũ obſtupuit & nõ inueniens filiã: amẽs facta eſt: & ue-
lut furore percita cœpit per oĩa loca quęrere filiã: uenit
q; ad locũ unde rapta eſt: inerãt ueſtigia quæ ad antrum
ducebant: deprehendiſſetq; ea die furtũ: niſi ipſa ueſtigia
a ſuibus turbata eſſent. Deide progreſſa totã Trinacriã
perluſtrauit. Poſtea accenſa face noctuq; uagata ẽ. ℣ Ce-
res eſt attonita plangore: planctu puellaz. ℣ Modo ue-
nerat Ennã: rediuerat iam in Ennã: ubi erat eius domici
liuz. ℣ Nec mora: nec ulla fuit retardatio. ℣ Dixit me mi
ſeram: dico ſcilicet. ℣ Vbi es filia: tu Proſerpina: quia nõ
ades: ideo me miſerã dico. ℣ Inops mentis: quaſi ſine mẽ
te. ℣ Rapit: raptim agitur: non ratione, ſed furore. ℣ Vt
quas ſolemus audire Mænades Threicias ire fuſis co-
mis: ita furore rapta eſt Ceres ueluti referunt nobis iræ
furore concitas Thyades ipſas mulieres cũ Baccho ſa-
crificauerint. De Mænadibus ſupius diximus: quæ Bac-
chum ſeu Dionyſium comitatæ ſunt: quas ita dictas pu
tant a furore: μανια enim furor eſt. ℣ Vt mugit mater ſua
ita gemebat illa & quærebat filiam: ut mugitũ edit uac-
ca. ℣ Rapto ab ubere uitulo: cum uitulus raptus erit ab
ipſis mris uberibus. ℣ Et quærit ſuos fœtus: ſuũ filium.
℣ Per oẽ nemus: per oĩs ſaltus & nemora. ℣ Sic Dea: Ce
res gemebat, & quærebat. ℣ Nec retinet gemitus: imo
ſemp gemit. ℣ Sed concita curſu Ferũ: quaſi pnix agitur.
℣ Et o Enna: o urbs: quã Ceres incoluit. ℣ Incipit e cam
pis tuis: nã quærere filiã cœpit ex cãpis Enneis. ℣ Inde:

Proſerpina dicta q; modo i dextrã mõin ſiniſtram partem mouet

Proſerpina dicta quę accenſa noctu uagat

Mænades dicte ãs putant furore agitari μανια enim furordicitur

Hanc uidet, & uiſam patruus uelociter aufert:
Regnaq; cæruleis in ſua portat equis.
Illa quidem clamabat, Io chariſſima mater
Auferor: ipſa ſuos abſcideratq; ſinus.
Panditur interea Diti uia: namq; diurnum
Lumen inaſſueti non patiuntur equi.
At chorus æqualis, cumulatis flore caniſtris,
Perſephone clamant ad tua dona ueni.
Vt clamata filet: montes ululatibus implent:
Et feriunt mœſta pectora nuda manu.
Attonita ẽ plangore Ceres: modo uenerat Ennã:
Nec mora, me miſeram, filia dixit ubi es?
Mentis inops rapitur: ut quas audire ſolemus
Threicias fuſis Mænades ire comis.
Vt uitulo mugit ſua mater ab ubere rapto:
Et quærit fœtus per nemus omne ſuos:
Sic Dea nec retinet gemitus: & concita curſu
Fertur: & e campis incipit Enna tuis.
Inde puellaris nacta eſt ueſtigia plantæ:
Et preſſam noto pondere uidit humum.
Forſitan illa dies erroris ſumma fuiſſet:

ex ipſis cãpis. ℣ Nacta eſt: iuenit. ℣ Veſtigia: ſigna. ℣ Plãtæ puellaris: uirginei pedis. Planta pro inferiore parte pedis ponitur. inuenit ergo Ceres imaginem plantæ uirginęq; humo ipreſſam: qua illa inceſſerat. ℣ Et uidit humũ: tellurem. ℣ Preſſam: calcatam. ℣ Noto pondere filiæ: pedibus matri notis. ℣ Forſitan illa dies: qua cœpit eã quęrere. ℣ Fuiſſet ſumma: ideſt ultima. ℣ Erroris: quia non magis erraſſet.

ANT. FAN. Leõtini

ℂ Signa: ueſtigia, quæ duxiſſent Cererẽ ad Craterẽ, niſi fuiſſent a ſuibus pturbata. ℣ Leõtinos: oppidũ Sicilię: quod ñ multũ diſtat ab Enna. Vnde Strabo: Duas inquit perinde ac maris arces a Poſſidonio ſitas eẽ deſcribit: Syracuſas uidelicet & Erycen. Mediã uero inter utrãq; Ennã iminere circũſtãtibus cãpis. Vaſtatũ uero eſſe Leontinoꝝ agrũ uniuerſũ. Fuerũt aũt Leontini patria Gorgiæ ꝓceptoris Iſocratis.

Anię fl.

℣ Anienaq; flumina: nõ eſt Anio i Sicilia: ſed amœna inqt flumina: qualis eſt Anio, ſicut & Tẽpe dicimus amœna loca ẽt extra Theſſaliã: cũ proprie Tẽpe ſint eius puinciæ. Lege Hora. Ode ſeptia: ubi laudat & Theſſala Tẽpe, & Anienum fluuium notiſſimũ, quẽ præcipitẽ uocat.

Si non turbaſſent ſigna reperta ſues.
Iamq; Leontinos, Anienaq; flumina curſu
Præterit: & ripas herbifer Aci tuas.
Præterit & Cyanen, & fontes lenis Anapi:
Et te uorticibus non adeunde Gela.
Liquerat Ortygiam, Megareaq;, Pantagiamq;:
Quaq; Simetheas accipit æquor aquas:

Acis flu.

℣ Herbifer Aci: hic fluuius (ut auctor eſt Vibius Sequeſter) ex Aetna mõte in mare decurrit: quẽ (teſte Solino) nullus frigore anteuertit: quãuis ex eo mõte defluat qui uomit incẽdia. Sillius: Quiq; ꝑ Aetneos Acis petit æquora fines. In hunc fluuiũ uerſus dr Acis Fauni & Simethidis nymphæ filius: qui a Polyphemo creditur iterfectꝰ: quẽ ferũt e ripis huius fluminis in Vlyſſem ſaxa torſiſſe.

Cyane

℣ Præterit & Cyanẽ: hic fons eſt, cuius aquæ miſcentur Anapi nõ longe a Syracuſis. ut Quaq; ſuis Cyanen miſcet Anapis aquis. ℣ Lenis Anapi: remouet s lſa: ut euitet Homœoptotõ. Sic Virgi. Reliqas Danaũ atque immitis Achilli. Sunt tñ qui & Anapũ dicunt fluuium leniter decurrentem. ℣ Vorticibus nõ adeunde Gela: hic fluuius eſt Siciliæ ad Gelã oppidũ: quod (teſtibus Virgilio, & Claudiano) a fluuio nomen accepit. ut Immaniſq; Gela fluuii de noie dicta: Et nomẽq; Gelas qui præbuit urbi. Id oppidũ Gelon tyrannus Hieroni fratri tradidit: cũ ipſe Syracuſis potitus eſſet: ut ſcribit Herodotus: circa quod ſal tanti ſplendoris eſt: auctore Plinio: ut imaginẽ recipiat. ℣ Liquerat Ortygiã: non accipimus Ortygiam Apollinis: hoc eſt Delon: quæ eſt in mari Aegæo: qd enĩ illi eſt cum Sicilia? ſed Ortygiam: quę (ut inquit Strabo) Siciliæ Ponti coniungiť: habetq; fontẽ Arethuſam in pelagus fluuiũ emittentẽ: quem Alpheũ eſſe fabulanť. Virgilius in tertio Aene. Sicanio prætenta ſinu iacet inſula cõtra Plẽmyriũ undoſum nomen dixere priores Ortygiam. Eſt autẽ ad Syracuſas. ℣ Megareaq; concediť poetis adiicere aliquid nominibus: itẽ ea mutare: uel mutilare: auctore Seruio: cũ & ſtudeant uarietati, & carminis lege id interdum facere cõpellantur. Vñ illud eſt: Vrbẽq; Fidenã: cum Fidenas dicamus. Quare auctor hoc loco Megarea uocat urbẽ: quæ Megara noiatur: eſtq; urbiũ Siciliæ uetuſtiſſima: auctore Plutarcho: condita a Doriẽſibus: ut inquit Strabo. Ea olim Hybla dicebať: cuius nomen cũ oppidũ euanuerit idẽ Geographus pp Hyblei nominis præſtãtia remanere teſtať. Fuit aũt Megara nõ lõge a Syracuſis: teſte Seruio. atq; (ut docet Strabo) iter Catanam & Syacuſas. Habent & Græci Megara oppidum: quod Iſthmo adiacet: teſte Laertio: cuius incolæ cũ aliis quibuſdã Coriẽſibus Megaram in Sicilia condiderunt. ℣ Pantagiam: fluuium apud Megarã: cuius meminit Virgi. in tertio Aen. ut Viuo præteruehor hoſtia ſaxo Pantagię: Megaroſq; ſinus. Dictus eſt autẽ Pãtagias: ut placet Seruio: quaſi undiq; ſonans: quia ut plenus flueret implebat ſonitu pene totam Siciliam: ſed poſtea cum Cereri quęrenti filiam obſtreperet: tacere iuſſus eſt numinis uoluntate. Euꝫ ſaxa rotare etiã Claudianus tradit: ut Saxa rotãtem Pãtagiã. Hunc qdã Patagiã dicunt. ℣ Quaq; Simetheas: Simethus fluuius agrũ Cataneũ influit: ut ſcribit Strabo: apud quem Dei fuerũt: ut ait Seruiꝰ: necnõ & Macrobius lib. v. Saturnaliorũ: quos qdã Phaliſcos uocãt. Eſt aũt Catana inter Pelorę ac Pachynum: ut Meſſana, Tauromínium, Megara, & Syracuſę. A Simetho & Simetheus & Simethius dducũtur: ut Eductum Martis luco Simethia circum Flumia. Quo in noie mirari nõ debemus mutatã primę ſyllabæ quantitatẽ: cũ a proprio nomine deriuetur.

Pantagias

Simethus Aetna Drepanon

PAV. MAR.

ℂ Si ſues: porci. ℣ Nõ turbaſſent: rictu, & pedibus terrã euertendo. ℣ Signa reperta: ipſa ueſtigia: quæ ſi mater eſſet ſequuta: duxiſſet eam ad demerſum foramen illud: unde abducta ad Herebum erat filia. ℣ Iamq; præterit: curſu ẽt tranſit. ℣ Leontinos: qui fuere in Sicilia iter Libybeum & Peloridẽ: Mediterranei prope Centoripinos. ℣ Et flumina Aniena: ita ſcriptũ eſt in codicibus uetuſtiſſimis: ſed nõ cõperimus Anienẽ in Sicilia. Ego exiſtimo ſublatũ incuria librariorũ unus. s. & Aniſena dicere oportere. nã (Plinio teſte) Aniſes in Sicilia fluuius eſt: ſic enim inquit: Colonia Tauromínium: quę ante Anaſos: flumẽ Aniſes: mons Aetna: & cæte. & ſicut a Tyberi Tyberina fluuẽta dicimꝰ: ita ab Aniſe Aniſena dicere poſſumꝰ. ℣ Et præterit Aci herbifer ripas tuas: hoc eſt tranſit o Aci gramineas ripas: quas interfluis. Aliqui legebãt herbifer Ance: cũ Aci debeat eſſe: nã Acis fluuius (ut Theocritus oſtendit) ex Aetna monte fluit: ex cuius ripis Polyphemũ in Vlyſſem egiſſe ſaxa dicunt. Et in hunc fluuiũ conuerſum in Meta. poeta aſſerit Acim filiũ Fauni & Simethidos nymphæ: tunc cũ illũ ob Galatheam eum aſpnantẽ Polyphemus occidit. ℣ Et præterit Cyanen: Cyane fons eſt in agro Syracuſano. Verum põeta in Meta. Nympham fuiſſe oſtendit: quæ cum non poſſet rapinæ Plutonis obſiſtere: flens in fontẽ ſui nois cõuerſa eſt: qui Anapo fluuio commixto non longe a Syracuſis iuxta Ortygiam in mare labitur. ℣ Et ꝑterit fontes lenis Anapi: leni fluxu labentis. Anapus Cyane cõmiſcetur. ℣ Et prẹterit te Gela non adeunde: quaſi qui facile adiri: hoc eſt pertranſiri non potes. ℣ Vorticibus: propter aquas uorticoſas: nam Gelas fluuius magnus prope Camerinam: cuius & Plinius meminit. ℣ Liquerat: iam ipſa Ceres errando. ℣ Ortygiam: Ortygia inſula in Aegæo: quã & Delon dicimus. Et eodem nomine appellatur inſula ante Syracuſas: de qua hic intelligit: nunc tamẽ adiũcta continenti uidetur. ℣ Et liquerat Megarea: hoc eſt Megarã ipſam in Sicilia: cuius Strabo meminit: ubi cuncto rũ inquit amnium eruptiones occurrere: qui in hoſtia portuoſa ex Aetna dilabãtur. ℣ Et Pantagiã: qui fluuiꝰ eſt prope Megarã. ℣ Et qua æquor accipit aquas Simetheas: quaſi liquerat eam oram, qua Symethus fluuius in mare exit. ℣ Eſt enim non longe ab urbe Catanenſi: iuxta quẽ Thalia: ſiue (ut alii uolũt) Aetna nympha Ioui Paliſcos peperit.

Aniẽ ab aliis Aniſes dicit

ℂ Antraq

ANT. FAN. ¶ Antraq; Cyclopum positis exusta caminis : Aetnam dicit, quæ Vulcano & eius fabris Cyclopibus datur: quorum supra meminimus. Est aũt caminus fornax. ℣ Quiq; locus curuę noia falcis habet: falcẽ Gręci drepanon dicunt: a qua nomen inditum putant Drepano Siciliæ oppido: qđ distat a Lilybeo (ut inquit Polybius) millia passuũ non amplius .xv. quia ferunt Saturnum post amputatæ uirilia patri Cælio in eam partem Siciliæ falcem proiecisse. Alii Drepanum sic dictum uolunt a littoris curuitate. Est & Corinthi Drepanum: teste Lactãtio grãmatico: ut Qui Drepani scopulos: & oliuiferæ Sicyonis Cuita ferunt. ℣ Himera: more suo mutat & declinationẽ & genus. Est aũt Himera oppidum inter Pelorum ac Lilybeum: quod Zanclei condiderunt: ut auctor est Strabo: qui ait Himeram non amplius habitari: similiter & Gelam, Callipolim, & Selenuntem: atq; alias urbes Siciliæ: quas idem auctor deletas esse testatur. Himera quoq; nomen est fluuii eius insulæ non incelebris. ℣ Didymen: ex insulis Liparęorum: quas & Aeolias dicimus Siciliæ adiacentes: una est quam a forma Didymẽ ideſt Himellaꝫ uocant. ℣ Agrigentaq;, Tauromenũq;: Agragas oppidum est inter Pachynum & Lilybeum, quod Agrigentum nostri dixerunt: auctore Plinio. Est & Agragas montis nomẽ: ut Arduus inde Agragas ostẽtat maxima longe Mœnia magnanimũ quondam generator equorum. Tauromenium uero quod poeta mutilato uocabulo Tauromenum uocat est ad latus Siciliæ: quod Eurypum facit. Dicebaturq; olim Naxos: ut ait Plinius. Laudantur maiorem in modum Muli ad Tauromenium capti. Vnde illud est: Mulus erit domino quẽ misit Corsica: uel quem Tauromenitanæ rupes. ℣ Melam: huius nominis fluuium non solum habet Sicilia: sed & aliæ regiones: quæ ab aquarum nigredine nomen fluuiis indiderunt. Celebratur autem in primis Melas Bœotię: qui epotus (teste Plinio) oues nigras reddit. ℣ Hinc Camerinam adit: ora Siciliæ, quæ a Pachyno in Lilybeum extenditur tota pene relicta est: ut ait Strabo. Priscarum tamen habitationum uestigia seruans e quibus Camerina fuit Syracusanorum colonia. Est & Camerina paludis nomen: ut Fatis nunq; concessa moueri Apparet Camerina procul. ℣ Thapsonq; insulã distantem a Sicilia ad decem stadia ut quidam dicũt: ea est apud Syracusas: quam Virgi. iacere dicit. ut Thapsuꝫ q; iacentem. Est .n. pene fluctibus par auctore Seruio. ℣ Oloria Tempe: Cycneia. ut Inde lacus Hiries uidet & Cycneia Tempe. & sic dictum est: ut illud supra: Anienaq; flumina cursu Præterit. Et uel Tapsum dicit iacentem ac uadosam & aptam uitæ cycnorum uatis gaudentium. unde illud est: Ad uada Mæandri concinit albus olor. Sunt .n. Cycni (ut diximus) aues terra & aq; uictum quærentes. Aut quemuis locum amœnum apd Syracusas & Cycnis gratum. Quãuis Tempe proprie sint amœnissima loca Thessaliæ ad Peneum canorum concentu auium: ut inquit Plinius. Idem tradit ad Heloren oppidũ apud Syracusas stagna esse: quæ auctor hic significare potuit. ℣ Quaq; iacet Zephyro semper apertus Eryx: hic mons Siciliæ dictus est ab Eryce Veneris & Butæ filio: qui ab Hercule cæsus dicitur. Imminet autem Eryx mari ea parte quæ ad Italiam spectat: ut scribit Polybius inter Drepanum & Panormum: excedit; magnitudine reliquos montes Siciliæ: præter unum Aetnam. In eius uertice plancies est: ubi fuit Erycinæ Veneris templum omnium Siciliæ templorum ornatissimum: opulentissimumq;. Eodem in monte Anchises sepultus dicitur: licet secundum Catonem ad Italiam uenerit. Dionysius auctor est: Aeneam templum patri constituisse: ubi hæc fuit iscriptõ: Diui terrestris: q; fluuii Numici undas gubernat. ℣ Terrę cornua prima fuę: tria Siciliæ promontoria uocat cornua eius insulæ Pelorum, Lilybeum, Pachynum.

Himera

Didymẽ Agrigẽtum

Agragas

Tauromeniuꝫ

Melas

Camerina

Tapsus

Tẽpe oloria

Eryx

Antraq; Cyclopum positis exusta caminis:
Quiq; locus curuæ nomina falcis habet:
Himeraq;, & Didymẽ, Agrigẽtaq;, Tauromenũq;:
Sacrorumq; Melam pascua læta boum.
Hinc Camerinã adit, Thapsonq;, & oloria Tẽpe:
Quaq; iacet Zephyro semper apertus Eryx.
Iamq; Peloriadem, Lilybeaq;, iamq; Pachynon,
Lustrarat: terræ cornua prima suæ.
Quacũq; ingreditur miseris loca cuncta querelis

¶ Antraq; Cyclopuꝫ: antra Aetnea Cyclopibus: ut Homerus: & alii quoq; poetæ dicunt habitata. Cyclopes dicti a circulari oculo: quem unicum in fronte habent. ℣ Exusta positis caminis: exstructis foraminibus: propter Cyclopes: qui ministri Vulcani dicuntur: quorum superius meminimus. ℣ Quiq; locus habet nomina curuæ falcis: liquuerat locum: qui a curua falce denominatum est Drepanum promontorium: cuius meminit Plinius. est etiam & oppidum in Sicilia ad occidentem. Quod ita dictum sunt qui uelint a falce Saturni: quæ ibi ceciderit ἁρπαγον græce, falx latine. ℣ Himeram: aliqui legunt Himeraq; & Didyme: melius Himeram & Didymen. Oppidum est Himera a Zancleis conditum in ipsa Trinacria. Meminit Strabo: & Plinius: Himera cum fl. inquit: Didyme uero una est ex Aeolicis insulis in freto Siculo. ℣ Agrigentaq;: Agrigentum oppidum ab Ionibus conditum in Sicilia. Pli. uero inqt: Oppidum Agragas: qđ & nostri Agrigentinum dixere. ℣ Tauromenũq;: pro Tauromenium oppidũ. & Plinius inquit: Colonia Tauromenium, quæ ante Anaſos: ut diximus. ℣ Et liquerat Melam: fluuiuꝫ qui ita dictus a colore nigræ aquæ. Pluribus in locis sunt flumina eodem nomie nũcupata: ut in Migdonia, Cilicia, Thracia, Bœotia, Sicilia: de quo hic agitur: & aliis quoq; in locis. ℣ Lęta pascua: quæ sunt pinguia, & fertilia. ℣ Boum sacrorꝫ: sacrificio destinatorum. nam ut ex campis: quos irrigat Clytumnus amnis Vmbriæ abducebantur boues immolandi: ut ex Phaliscis: ita ex pascuis Siculis: quæ ab eo flu. irrigantur. ℣ Hinc adit: uadit ipsa Ceres. ℣ Camerinam: oppidum prope Gelam flu. ℣ Et Thapson: quæ parua ẽ insula iuxta Syracusas: par pene fluctu. inde Virgi. Thapsumq; iacẽtem dixit. ℣ Et oloria: hoc ẽ Cycnea. ℣ Tempe: quæ in Sicilia sunt instar Thessalicorũ: planities quidẽ est: quam irrigat Elerus flu. Cũq; in ipsius hostiis multi soleant esse cycni oloria dixit. alii legunt Thapson cycneaque Tempe. & idem est. Alii legunt Eloria. ℣ Et qua iacet Eryx: quia inde ẽt pertransiuit. legitur ẽt patet. ℣ Semper apertus Zephyro: qui mons Eryx oppositus est Zephyro uento ex occidente flanti: ubi erat templum Veneris Erycinę: quod in magna fuit religione Romanis. Sed de hoc alias. ℣ Iam lustrarat: circuierat. ℣ Peloridem: arcem Pelori. ℣ Et Lilybea: Lilybeuꝫ: seu Lilybei montis iuga. ℣ Iamq; lustrarat Pachynon: promontorium. ℣ Prima cornua: prima promontoria. hæc enim illa sunt promontoria in tribus Siciliæ angulis: Pelorus ad septemtrionem. Pachynus ad ortum. Lilybeus ad austrum. ℣ Terræ suæ: insulæ. ℣ Quacunq; ingreditur: incedit ipsa Ceres.

PAV. MAR. Cyclopes dicti a circulari oculo

Camerina ꝓpe flu. Gelã

ANT. FAN.

¶Cum genit ales Itymi:Progne n dicit.ut Quem detestato quondam iugulauerat ense Nũc gemit ereptũ garrula mater Itym.Hic Itys in phasianũ cõuersus dicitur: ut Seruio placet Progne in hirundinem,quis Probus in commentariis Bucolicorũ scripserit Philomelã in hirundinẽ: Prognem in lusciniam fuisse conuersam.¶ Vnaq; pastore; uidisset:deest si. Et est ordo: Vna uox erat ecq̃ puella hac gressus tulit:si pastorem uidisset. ¶ Aetna: huic mõti Typhoei caput subiectum esse fabulantur, ut Dextra sed Ausonio manus est subiecta Peloro:Læua Pachyne tibi: Lilybeo crura premũtur: Degrauat Aetna caput: sub qua resupinus harenas Ei:ectat:flãmamq; fero uomit ore Typhoeus.Ouidius alibi:Arua Phaõ celebrat diuersa Typhoidis Aetnæ. Typhoeus nonnulli extra Siciliã excruciari dicunt. Pindarus uero in Sicilia:qui eum Centimanũ uocat.Sane Aetnam quidã dicunt nominatũ ab Aetna Briarei.Alii aliter fabulãtur. ¶ Cereris sacris nunc quoq; tæda dat: diximus supra sacerdotes Cereris Daduchos appellatos a tædę gestatiõe.Itẽ legimus: Et si thura aberunt unctas accẽdite tædas. ¶ Est spec? &c. locũ describit altũ & præcipitem & ascẽsu difficilem:quem Ceres conscendit frenatura dracões.¶ Frenatos curribus angues: per angues Cereris sulcorũq; obliquitatem accipimus.¶ Sicca: tacto ac presso mari a curru non a Cerere.¶ Syrtes: Scyllam & Charybdim Syrtes uocat:q̃ non minora pericula illic subeantur q̃ ad Syrtes Africę.¶ Zanclea Charybdis: proxima Zanclæ:hoc est Mesanæ:quæ olim ob loci curuitatem Zanclæ uocabatur:quoniam curua Zanclia dicebantur:ut auctor est Strabo.Ante hanc urbem Charybdis est immensum:uidelicet profundum: quo inundatione freti: nauigia per magnas circunductiones ac uortices præcipitata detrahunt:quæ secundũ Salustium circa Tauromenitanum littus egerũt:ut Seruius refert: Fuit autem Charybdis(ut quidam fabulant)fœmina uoracissima:quæ cum rapuisset boues Herculis a Ioue fulminata:atq; in mare pręcipitata dicitur:ubi naturam pristinam seruans sorbet uniuersa.¶ Nisæi canes: nota est Scyllæ fabula: cuius canes Nisæos dicit:cum ipsa fuerit Phorci non Nisi filia.sic Virg.in Buc. Quid loquar aut Scyllam Nisi.Est aũt Scylla in Italia secundũ Seruium:cũ Charybdis detur Siciliæ:ut Dextrum Scylla latus: læuũ implacata Charybdis Obsidet.Vtriusq; Plinius meminit his uerbis:In eo freto est scopulus Scylla,item Charybdis mare uorticosum ambo clara læuitia. ¶ Naufraga monstra:admiscet fabulæ ueritatẽ. Scopulosq; enĩ cauernæ recipientes mare ac refudentes naufragiũ minitant.

PAV. MAR.

¶Implet loca cuncta miseris querelis: per oia loca:per quæ illa ibat:miserabiliter querebat.¶ Vt cum ales gemit Itym amissum:ut Tereus in upupam cõuersus gemit filium Itym noie:iam in auẽ quoq; conuersum,nota est fabula:quæ & in Meta. refert:& in.ii.lib. attigimus.

¶ Et p uic. uicissim.¶ Mater:Ceres.¶ Mõ clamat Persephone,mõ filia:mõ suo noie uocabat: mõ filiæ appellatione.¶ Et alternis:uicibus.s.¶ Ciet:uocat.¶ Vtrũq; nomen:& Persephones & filiæ.¶ Sed neq; Persephone: ipsa clamata.¶ Audit Cere.clamãtẽ.¶ Neq; filia matrem: ga neutra appellatione uocata respõdet. ¶ Et utrũq; nomẽ:& Persephones & filiæ. ¶ Petit alternis:per ipsas uices repetitũ:qa ab illa sã ad inferos abducta non audiebat.¶ Vidisset pastorẽ colentẽ uina:si inspexisset illa pastorẽ uino indulgentẽ. Alii legũt Vna:& rectius. ¶ An uidisset colentẽ arua:rusticũ arantẽ:& proscindẽtẽ agrũ. ¶ Vox erat:ita Ceres loquebat:& pastores & agricolas interrogãs.¶ Ecqua puella tulit hac gressus? en aliqua puella transiuit p hanc uiã? ¶ Iam color unus inest rebus:nã erat nox: & unus cẽ rebus oibus color uidebat: qa nihil nisi tenebræ discernebant.¶ Et oia tegunt tenebris:& obscuritate & nocturna caligine.¶ Iã uigiles canes conticuere: qa quieti & ipsi se dedere ¶ Alta Aetna:& altus quidem mõs est Aetna:uñ erũpit ille ignis:illuc accessit Ceres:& faces accẽdit:alligatisq; ad currũ draconibus:eũ ascendit:& ad remotiora loca progressa est. ¶ Aetna alta tacet sup ora uasti Typhoeos:imposita est Typhoeo tota Sicilia:& Aetna eius caput degrauat: ut diximus i pri.lib.Sed Encelado impositam Aetnam alii dicunt.¶ Cuius:Typhoeos.¶ Ignibus anhelatis:anheli tu iactatis. ¶ Ardet humus:Aetnea.i. ex cuius pectore emanat per hyatum Aetnæ ignis.¶ Illic:in igne Aetneo. ¶ Accendit:Ceres.¶ Geminas pinus pro lampade: pro splendore & luce nocturna duas pinus succendit.¶ Hic: ex hoc. ¶ Nunc quoq; datur tæda sacris Cereris: inde mos habuit originem: ut sacerdotes Cereris ipsi Deæ sacrificantes tædam accensam ferant: appellatiq; ex eo ϑαλουχοι:de quo diximus in.iii.lib. ¶ Est specus exesi: facit topographiam quo in loco illa frenasset dracones. ¶ Est specus asper structura pumicis exesi:propter natiuam ipsius structuram in exeso & abroso uetustate pumice erat ipse specus asper. ¶ Regio quidem Non adeunda homini,non feræ:hoc est in quam regionem.i. in quo specu nec homines ascendere,nec ferę poterant ob difficilem ascensum & excelsitatem loci.& uidetur illum locum significare:quem Diod.inquit: undiq; præcipitiis abscissum esse.¶ Quo simulac uenit:in qđ specu posq̃ Ceres uenit. ¶ Iunxit angues frenatas curribus:dracones iam frena tenentes simul ligatos ad currum iunxit. ¶ Et sicca: nullis undis madida. ¶ Pererrat aquas æquoreas:errat per maria eo curru uecta. Siculam enim loca suis pedibus peragrauit. Longius autem itura currum ascendit:quem angues agunt. ¶ Et fugit: celeriter uenit.¶ Ad Syrtes:non tñ accessit in Africã: sed similitudine quadã Syrtiũ Libycarum:propter nauigantiũ discrimina loca circa Scyllã & Charybdim Syrtes appellat.¶ Et te Zanclea Charybdis:Messanã in Sicilia(ut Strabo

Implet:ut amissum cum gemit ales Itym.
Perq; uices modo Persephone,modo filia mater
Clamat:& alternis nomen utrunq; ciet.
Sed neq; Persephóe Cererem, neq; filia matrem
Audit:& alternis nomen utrunq; perit.
Vnaq;,pastorem uidisset,an arua colentem:
Vox erat:hac gressus ecqua puella tulit?
Iam color unus inest rebus:tenebrisq; teguntur
Omnia:iam uigiles conticuere canes:
Alta iacet uasti super ora Typhoeos Aetna:
Cuius anhelatis ignibus ardet humus:
Illic accendit geminas pro lampade pinus:
Hinc Cereris sacris nunc quoq; tæda datur.
Est specus exesi structura pumicis asper,
Non homini regio,non adeunda feræ:
Quo simulac uenit,frenatos curribus angues
Iunxit:& æquoreas sicca pererrat aquas.
Effugit ad Syrtes:& te Zanclea Charybdis:
Et uos Nisæi naufraga monstra canes:

Quare tæda datur Cereri

Charybdis Zanclea Charybdis olim fœmia Scyllę fabulá cõfũdit ẽt i ultimo đ remedio amoris Scylla

Q ño Ceres ãre bat filiã Proserpinã cũ face in curru

Zãclea charybdis

Strabo inquit)condidere Messenii: qui Pelloponnesum habitabãt:a quibus & nomẽ permutauit. Nãq; prius Zãcle uocabãt:cum curua essent loca:nã curua Zanclia uocant:ante urbẽ paululũ in tractu Charybdis ostenditur. Venit ergo ad te Ceres o Charybdis.& Plinius inqt: In eo freto est scopulus Scylla.Item Charybdis mare uorticoluz:ambo clara fœuitia & cætera.¶ Et uenit etiam ad uos canes Nysęi: hoc est cães Scyllei. Aequiuocationis fecit errorẽ: nã & Scylla dicta est Nisi Megarensis filia.Etiã & filia Phorci:quę ãmutata ẽ ueneficio Circes in monstrũ illud:qd̃ a Virg. ita describit in tertio Aeneidos:Pria hois facies:& pulchro pectore uirgo Pubetenus:postrema imani corpore pistix:Delphinumcaudas utero commissa lupoꝝ.Sed hoc ideo fictũ:q; saxũ ingẽs sit humanã habens effigiẽ; in parte superiori:in inferiori uero habet resectos scopulos sub radicibus cauernosos:inter quos dum æstiuosum mare intrat: ab eisdem refractũ tumultuando representat latratum canũ, & ululantes lupos.¶ Monstra naufraga:quasi ubi sæpe naufragium faciunt,qui inde nauigant.

Qualis sit forma Scyllæ

ANT. FAN. Corinthus

¶ Adriacumq; patens late: hoc est mare,quod superum appellamus nomen accepit ab Adria oppido clarissimo. Est autem pars maris Ionii,licet quidam scriptores aliter sentiant.¶ Corinthũ:oppidũ in Isthmo inter mare Ionium & Aegęum. ¶ Gelido saxo:qd̃ deinde Atheniẽses proprio noie Triste appellarunt. ¶ Sub Ioue durauit: sub dio. Durauit autẽ absolutum est:ut Durate, & uosmet rebus seruate secundis.¶ Cerealis Eleusis: dicimus & Eleusin:quo noiatiuo utitur Plinius. & est urbs Atticæ regionis:ubi Strabo Eleusinæ Cereris templum fuisse testatur.& Seruius regnasse Celeum inquit: cui Ceres filiam quærens:& liberalissime ab eo suscepta ostẽdit omne genus agriculturę:filiumq; eius Triptolemum recens natũ per noctem igne fouit:per diem diuino lacte nutriuit:eumq; allatis serpentibus suppositum per orbẽ misit ad usum frumenti hoibus indicandum: quem Lactantius grãmaticus scribit primũ instituisse Cereris sacra:quæ Græce (ut diximus) Thesmophoria appellant. Eundem tradunt bouis & aratri inuentorẽ fuisse:ut Plinius auctor est. Ferunt autem Iamben Celei famulam ausam esse Cererem male tractare:cũ eam sollicitã aspexisset:a qua deductum nomẽ iambi pedis putat:ut Diomedes Grãmaticus scribit:qui uxorem Celei Meganirã uocat:quæ ab Ouidio dicitur Menalina.¶ Excussaq; mora rubetis : quoniam & aliunde quoq; habentur mora. ¶ Mater ait uirgo:reuerentiæ nomen est mater hoc loco:& uocatiuus casus.¶ Mota est Dea: recordata est filiæ quã amiserat. ¶ Quãuis onus urget: quia dixerat: Portat & arfuris arida ligna focis.

Eleusin

Celeus Triptolemus

Thesmophoria sacra Cereris

Iambe uñ pes iambus

Megatina seu Menalina

¶ Adriacumq; patens late:uenit in sinum Adriacum late patentem:de quo paulopost dicemus:cum de Aegæo & Ionio agemus.¶ Et Corinthũ bimarẽ:quæ urbs quõdam caput,& lumen totius Græciæ in edito mõte sedet inter Aegæum:& Ionium.ideo bimaris dicit.nam in ipso

PAV. MAR.

Isthmo Achaico.¶ Sic uenit:Ceres.¶ O Attica:q; Aegæo ablueris.¶ In portus tuos:nã exeũtibus Peloponesu; p Isthmũ statim occurrit Attica.Venit.n.Ceres ad eã Atticæ regionẽ ubi postea Eleusin ciuitas condita est. ¶ Hic: in ipsa regione.¶ Primum sedit mœstissima saxo gelido: descendens tum primum e curru sedit in eo saxo afflicta mater tam dulci orbata filia.¶ Cecropidæ: Atheniẽses a Cecrope rege: q uagãac dispersam multitudinem in decem urbes habitandas digessit. Quarum nomina: Cecropia: Tetrapolis:Epatria:Decelea:Eleusis:Aphidna:Toricus:Brauron: Cythęrus:Sphetthus. ¶ Nunc quoq; uocant illud triste:ab ea Cereris Mœstitia etiamnum illud saxũ ab Atheniẽsibus triste nũcupat̃. ¶ Sub Ioue: sub dio . ut est apud Hor.Manet sub Ioue frigido Venator teneræ coniugis immemor . ¶ Immota: quæ nunq; se ex eo saxo dimouerit . ¶ Multis diebus durauit : patienter perseuerauit sub dio. ¶ Et patiens Lunę:quasi frigoris noctur ni sub serena Luna. ¶ Et aq̃

Adriacũq; patens late,bimaremq; Corinthum:
Sic uenit ad portus Attica terra tuos.
Hic primum gelido sedit mœstissima saxo:
Illud Cecropidæ nunc quoq; triste uocant.
Sub Ioue durauit multis immota diebus,
Et Lunæ patiens,& pluuialis aquæ.
Sors sua cuiq; loco est:qui nunc Cerealis Eleusis
Dicitur:hic Celei rura fuere senis.
Ille domum glandes,excussaq; mora rubetis
Portat,& arsuris arida ligna focis.
Filia parua duas redigebat monte capellas:
Et tener in cunis filius æger erat.
Mater ait uirgo(mota est Dea nomine matris)
Quid facis in solis incomitata locis?
Perstitit & senior,q̃uis onus urget:& orat
Tecta suæ subeat quantulacunq; casæ.

pluuialis:quæ eam superne rorabat.¶ Sors sua cuiq; loco est:quasi quisq; locus ad aliq̃ fortunam destinatus,fer natusq; est.Nam in campis Atticis ubi exiguum rus erat Celei senis: futura erat aliquando Eleusis ciuitas clara Cereris religiõe.Ea enim Attica est:ubi(ut Stra.inquit) Eleusinæ Cereris templum extat:& fanum mysticum: qd̃ Ictinus apperuit:turbæ theatralis capacissimum. Dicitur enim Eleusis & Eleusin:& inde Eleusina sacra. Celeus autem ipse senex cum in saxo sedentem Cererem reperisset:quæ anum simulabat,orauit:ut domum eius iniret:obtestatusq; per salutem filiæ:flexit Deam: ingrediens languentem illius filium liberauit: daturaq; erat illi immortalitatem:nisi parentum simplicitas obstitisset. Hic fuit ille Triptolemus: cui seminandi usum monstrauit:de quo paulopost dicemus.¶ Qui locus nunc dicitur Eleusis Cerealis : quasi urbs Cereris.¶ Hæc fuere rura Celei senis : hæc rura coluit Celeus & Menalina . ¶ Ille : Celeus.¶ Portat glandes domum:quibus familiam pasceret . ¶ Et mora excussa rubetis:mora agrestia e rubis excerpta , aut decussa . ¶ Et ligna arida focis arsuris : quæ cremari deberent ab ignibus . ¶ Filia parua redigebat monte duas capellas:erat huic Celeo parua filia : ea iam uesperi capellas domum e pascuis reducebat . ¶ Et filius tener:tenellus adhuc puer.¶ Erat æger in cunis:laborabat infans aduersa ualetudine.¶ Virgo:puella Celei filia.¶ Ait mater : uocauit illa Cererem nomine matris.¶ Mota est Dea nomie matris:commota est Ceres:cum audiret se matrem uocari recordatione filiæ:quam quærebat:& illa postea prosequuta est . ¶ Quid facis incomitata in solis locis? quid tu sola in hac solitudine:& isto saxo sedens facis? ¶ Perstitit & senior : Celeus . ¶ Quamuis onus: lignorum scilicet:quæ referebat ¶ Vrget : premit & aggrauat illum:perstitit tamen.¶ Et orat:Deam.¶ Vt subeat: ingrediatur.¶ Tecta suæ casæ quantulacunq; : exiguum eius tugurium.

Fanum mysticũ i Eleusi ciuitate uicina Atheis

Iambe filia Celei & Menalinę

ANT. FAN. ¶Simularat anum: tegebat diuinitatem anus effigie. ☞ Neq; enim lachrymare Deorum est: mortalium sunt dolor & lachrymæ: omnesq; animi perturbationes beatitudinem auertentes: non Deorum immortalium. ☞ Scisti qua cogere posses: inuenisti orationem qua cogeret obsequi uoluntati tuæ: quia dixerat Celeus: Sic tibi, quam raptam quæris, sit filia sospes. ☞ Inuigiletq; malis: quiescere nequeat acerbitate morbi. ☞ Oblito palato: quia decreuerat Ceres ieiunio se affligere: nihilq; gustare: nisi inuenta filia. ☞ Exsoluisse famem: diæresis est, ut infantem caudis inuoluisse manum. ☞ Tempus habent mensq; sidera uisa sibi: sensus est: Quia Ceres in principio noctis ieiunium soluit: sidera uisa tempus mensæ sibi habent. Dicit autem Vespernam: quæ apud Plautum cœnam significat. Sed sciendum (ut inquit Festus) consueuisse apud antiquos cœnam dici: qđ nunc est prādium, & meridianum cibum uocari cœnæ nomine. Vespernam autem dici quam nunc cœnam appellamus. ☞ Iungere dignata est os puerile suo: ut ui spiritus imortalis a puero mortem auerteret.

Exsoluisse per diæresin

Vespnā Prādiū Cœna

PAV. MAR. ¶Illa: Ceres. ☞ Negat: seuelle subire casam. ☞ Simulat anum: non.n. uidebatur Dea: sed similem se anui cuidam fecerat. ☞ Et pressérat capillos mitra: ferebat i capite mitram more gentis Phrygiæ: & Mæoniæ. ☞ Refert talia uerba: ita respondet. ☞ Instanti: Celeo, qui instabat: ut iniret casam. ☞ Sospes eas: abeas incolumis. ☞ Et semper parens: quasi ut semper tibi filia sit sospes ne ea orbari possis. ☞ Mihi est rapta filia: quasi sis semper tu pater: quoniam ego semper mater essē non possum: quia amisi filiam. ☞ Heu quanto est melior sors tua sorte mea: quasi quanto es tu felicior: q̄ ego sum: nam fortunatior homo: q̄ Dea, tu tecum habes filiam: ego raptam quæro, & mouet inde commiserationem: nam non inuidiose dictum: sed cum dolore prolata uerba ob eius calamitatem. ☞ Dixit: Ceres. ☞ Et lucida gutta ut lachrymæ decidit in tepidos sinus: non fleuit ut lachrymas effunderet: nam ut inquit. ☞ Neq; lachrymare Deorū est: quia Dii nequeunt effundere lachrymas: sed emicuit ex oculis gutta in ipsos oculorum sinus ad lachrymæ similitudinem: ut est illud Virgi. Tristior & lachrymis oculos suffusa nitentes. ☞ Flent pariter molles ai: lenes & mites animi. ☞ Et uir. & sen. & pater & filia commiserati calamitatem Cereris: & ipsi simul fleuere. ☞ E quibus: duobus. ☞ Hæc fuere uerba iusti senis: ita Celeus loquutus est. ☞ Sic: obtestantis est. ☞ Filia, quam raptam queris, sit tibi sospes: ita incolumis tibi esse debeat filia: quæ cum rapta sit: a te nunc quæritur. ☞ Surge: ex isto saxo. ☞ Nec despice tecta: non asperneris: & paruifacias tectum hoc. ☞ Casæ exiguæ: parui huius nostri tugurii. ☞ Cui: Celeo. ☞ Dea sic inquit: scisti cogere posses: quasi scisti uti ea oratiōe: qua facile me ad obsequendum impelleres: cum sospitem mihi filiam optaueris. ☞ Et leuat se saxo: surrexit. ☞ Et subsequitur senem: Celeum. ☞ Dux: ipse Celeus senex. ☞ Narrat comiti: Cereri. ☞ Quod sit sibi æger filius: refert se habere domi filium: & illum incunis ægrotum. ☞ Nec capiat somnos: nec dormire queat. ☞ Et inuigilet malis: nimio lāgore inuigilet puer cum quiescere non possit. ☞ Illa: Ceres. ☞ Initura paruos penates: ingressura exiguam illius casam. ☞ Colligit papauer soporiferū: soporem inferens comedenti. diximus de papauere superius. ☞ Humo agresti: ex terra inculta: ideo legit papauer: ut induceret languenti puero somnum. ☞ Fertur gustasse palato oblito: ppositi. f. sui. Id. n. dicunt Cererē decreuisse: non ante comesse: q̄ filia cōperisset: tunc uero oblita propositi gustauit papauer. ☞ Et fertur imprudens: imprudenter. ☞ Exsoluisse: pro soluisse: est. n. hic diæresis necessitate carmis. ☞ Lōgam famem: soluit. n. ieiunium: quia pluribus die b? nihil gustauerat. ☞ Quę: Ceres. ☞ Quia posuit ieiunia: quia comedit. ☞ Principio noctis: in ipso crepusculo. ☞ Sidera uisa habent sibi tempus mensæ: & illud in sacris eius seruatur: ut nō ante sidera uisa: sed in principio noctis epulemur: quoniam ea eo primum tempore soluit ieiunia. ☞ Limen ut intrauit: postq̄ ingressa est Celei domum. ☞ Videt omnia ple. luctus: uidet lugentem pueri matrem: eo q̄ moriebatur filius. ☞ Iam nulla spes salutis erat in puero: quia iam desperādum erat de illo. ☞ Salutata matre: postq̄ languentis pueri matrem salutauit. ☞ Mater uocatur Menalina: ita illa appellabatur. ☞ Est dignata Ceres iungere os puerile suo: ori. f. & si Dea erat & immortalis: mortalem tamen puerum nō est osculari dedignata: & libato osculo ille sanatus est. ☞ Abit pallor: ex ore puerili. ☞ Et uident subitas uires in corpore: parentes subito redditum robur, & ualitudinem puerilli corpori uiderunt. ☞ Tantus: tam magnus. ☞ Vigor uenit ab ore cæleſti: ab ore Cereris: tantus. n. fuit diuinitatis uigor: ut statim illum sanaret. ☞ Tota domus læta est: omnes qui domi erant ingenti sunt affecti lætitia. ☞ Et mater & pater & nata: Celeus, Menalina, & filia. ☞ Tres illi: parentes & filia. ☞ Fuere tota domus: qa nulli erant alii nisi hi tres.

Exoluere famē hoc est longo ieiunio

Salutatus

Illa negat: simularat anum: mitraq; capillos
Presserat: instanti talia uerba refert.
Sospes eas, semperq; parens: mihi filia rapta est:
Heu melior quanto sors tua sorte mea est.
Dixit: & ut lachrymæ (neq; n. lachrymare Deoꝝ ē)
Decidit in tepidos lucida gutta sinus.
Flent pariter molles animi uirgoq;, senexq;:
E quibus hæc iusti uerba fuere senis.
Sic tibi, quam raptam quæris, sit filia sospes:
Surge: nec exiguæ despice tecta casæ.
Cui Dea sic inquit: scisti qua cogere posses:
Seq; leuat saxo: subsequiturq; senem.
Dux comiti narrat q̄ sit sibi filius æger:
Nec capiat somnos: inuigiletq; malis.
Illa soporiferum paruos initura penates
Colligit agresti lene papauer humo.
Dum legit: oblito fertur gustasse palato:
Longamq; imprudens exsoluisse famem.
Quæ quia principio posuit ieiunia noctis:
Tempus habent mensæ sidera uisa sibi.
Limen ut intrauit: luctus uidet omnia plena:
Iam spes in puero nulla salutis erat.
Matre salutata (mater Menalina uocatur)
Iungere dignata est os puerile suo.
Pallor abit: subitaq; uident in corpore uires:
Tantus cælesti uenit ab ore uigor.
Tota domus læta est: hoc est materq;, paterq;,
Nataq;: tres illi tota fuere domus.

Lamēta tio Cereris de filia rapta

¶Liquefacta

ANT. FAN. ¶Liquefacta coagula lacte:lac denſatū coagulo. ℣ Cū tepido lacteilac in febre ac dolore capitis medici docent nō exhibendū. ℣ Viuente fauilla Obruit:puerū cinere,ſ; pruna admixta, coopuit. ℣ Stulte pia mater: quæ dum ſtudet opem ferre filio: non eſt paſſa eum fieri imortalem. ℣ Sed primus arabit:Athenienſes primi(ut Iuſtinus refert)non ſolum olei,lanificii,ac uini uſum docuerūt: ſed arare quoq;,ac frumenta ſerere glande ueſcentibus, monſtrauerunt. Idem etiā ſcribit frumenti ſationē a Triptolemo repertā eſſe: & eius muneris honorē nondū ſacratas. Hunc licet nōnulli inuentorē aratri fuiſſe tradiderint:legim? tñ Oſirim id iueniſſe. ut Primus aratra Manu ſolerti fecit Oſiris. Quod nos mouere nō debet:cū nō unus aratrū in toto orbe monſtrauerit:ſ; diuerſi i diuerſis locis. ℣ Suniō expoſitū:Seneca i Hippolyto:Pars illa diu uacat immunis:qua curuatim littora ponti Sunion urget. Hoc ꝓmontoriū Athenienſium eſt: ubi regū uenalium emporiū fuit:teſte Donato: ad qđ ſi a Cerauniis montibus rectā lineam duxeris in orientē protēſam totā Peloponneſum ad auſtrū relinques. Diſtat Suniu; a Pireo ſm Plinīū millibus paſſuum .xlii. ℣ Pyrçeaq; tuta receſſu:Pyrea legendū eſt hoc loco ſubtracta e pēultima uerſus gratia:a Pyreo portu Athenienſiū:qui græce dicit. Cęterum multi in ſoluta oratione ēt Pyreus ſcribunt. ℣ In dextrum quę iacet ora latus:ordo:Linquit oram Atticæ uidelicet: qui iacet in dextrum latus. ℣ Aegæum: hoc mare unde nomen accepit ſupradictum eſt:in eo Cyclades ſunt.

Athenienſiū inuenta

Triptolemus inuētor aratri

Suniū

Pyreus portus

PAV. MAR. ¶Mox ponūt epulas:parant mēſam & epulas ut ſimul ueſcant. ℣ Liq̄facta coagula lacte:hæ fuerunt epulæ:lac coagulatū. ℣ Et poma,& mella aurea:aurei coloris: ℣ In ſuis ceris:qa nōdū fauis exp̄ſſa. legūt alii ſic hoc carmen: Et in teneris aurea mella fauis. ℣ Ceres alma:q̄ oēs alit. ℣ Abſtinet:ab epulis.ſ.ñ.n.eē uoluit. ℣ Et o puer. Triptoleme quē mō ſanauerat. ℣ Dat tibi papa. bi. cū te.lacte: cōtuſa papauera,& lacti īmixta dat illi hauriēda. ℣ Sōni cās:cū ſomnū ꝓuocēt,ut illi ſōnū iducerēt.dixim? de hoc ſupius:Nec pigeat tritū niueo cū lacte papauer Sumere &c. ℣ Noctis erat mediū:q̄ſi defluxerat iā media ps noctis. ℣ Placidiq; ſilētia ſōni:erat eni ea hora:q̄ oīa ſilēt:& qeſcūt aialia. ℣ Illa:Ceres. ℣ Suſtulit:eleuauit. ℣ Triptolemū:puerū. ℣ Suo grēio:ſuo ſinu:erat.n.illi puero imortalitatē largitura. ℣ Et ter pmulſit manu:eū mulcēdo tractauit puerū. ℣ Dixit tria carmina:qbus eximeret ab illo mortalitatē. ℣ Carmina non referēda mortali ſono: quę nec homini nota ſunt:nec ꝓnunciari niſi a nuie poſſunt. ℣ Et obruit:inuoluit. ℣ Corpus pueri foco : foci cinere. ℣ Viuente fauilla:quaſi uiuētibus prunis:ea rōne calido cinere & prunis obruebat:ut exureret qcquid erat hūanitatis i puero,& diuinū poſtea redderet. ℣ Vt ignis purget onus humanū: corpus qđ hominis erat. ℣ Excutit ſomno ſtulte:expergiſcit imprudēter illius mater. ℣ Pia & amēs:pia quo ad curā filii humānitatis ex officio. amēs qa ſua imprudētia abſtulit diuinitatē a filio:quā erat illi Ceres cōceſſura. ℣ Exclamat qd facis?& hæc fuit amētia ipſius:qa exclamauit. ℣ Et rapit mēbra ab igne:puerū ab ipſis prunis. Sic Deā ab opere iſtituto reuocauit. ℣ Cui: Menalinæ matri illi? pueri. ℣ Dixit fuiſti ſcelerata dum nō es:cum aio non ſis: actu ipſo fuiſti ſcelerata:quia erā illi diuinitatem exhibitura: tu iterrupiſti:& ab incepto reuocaſti:ita ut exequi non poſſim qđ uolebaꝫ. ℣ Mea dona:quibus eram illū ornatura. ℣ Sunt irrita:iam uana reddita & ſine effectu. ℣ Metu materno: ꝓpterea q; tu extimuiſti. ℣ Iſte quidem: puer. ℣ Erit mortalis: erit moriturus: cū imortalē reddere uoluiſſem. ℣ Sed ꝓmus arabit:poſtq̄ imortalitatē dare non potui tua cā: habeat hoc aliud munus: primus ſit qui terrā proſcindat. Etenim Ceres poſt inuētam Proſerpinā docuit hīc Triptolemū arare:ſerere:& colligere fruges maturas:& ſeruare. Vnde Diod. ſic inquit:Ceres frumēti: qđ forte iter alias herbas naſcebatur ignotū cæteris pria uluꝫ adinuenit:docuitq; homies ueſcendi,ſeruādi,ac ſerendi modū. Eſt autē frumentū ab ipſa ante genitam Proſerpinā repertum. Nā poſt eius a Plutone raptum frumenta oīa incendiſſe ferunt. Tum in Iouis odiū: tum ꝓpter dolorē filię: ſed ea inuēta:& reconciliata eſſe Ioui:& Triptolemo frumēti dediſſe ſemē mandaſſeq;:ut cum oībus id donum participans:ſeminādi modum monſtraret &c. Ideo hoc in loco poeta ex uerbis Cereris primum aratuꝝ oſtendit Triptolemū. iccirco in Georgi. Virg. Vnciq; puer monſtrator aratri dixit. & Pli. hunc primum aratrum refert inueniſſe. ℣ Et feret: primus ſemen frumenti terrę iaciet. ℣ Et tollet prędia culta humo:& percipiet fructū ex terra quā coluerit. ℣ Dixit:Ceres. ℣ Et egrediens:exiens Celei domo. ℣ Trahit nubem: diuinam ſcilicet:quam Dii ſecum trahunt ne ab hominibus uideantur. ℣ Et tranſit in dracones:in currum:quem dracones agūt. ℣ Et tollitur Ceres axe alifero: attollitur curru uolanti:propter alatos dracones. ℣ Liquit receſſu ſuo.ſ.cuꝫ ex ea regione diſcederet reliquit. ℣ Sunion expoſitū:Sunium Atticæ promontorium porrectum in mari: qua ad ſiniſtram reflectitur ituris ex Attica in Euboeam: ubi eſt templum Panos:& ædes Veneris:nunc a nauigātibus appellatur caput columnarum. ℣ Et Pyrea tuta: tutos portus:Pyreus.n.Athenienſium port? eſt. ℣ Et q̄ ora iacet in dextrū latus:reliqt Atticam totam:quaꝫ qdē e ſūmo p Aegæū in Cyclades:ut poeta ſcribit:abeūtes ad dextrā relinquunt. ℣ Hinc: ex Attica. ℣ Adit:Aegæum: qđ qdē pelagus ita dictum multi uolunt:q; in id Aegęus rex Athenarū ſe p̄cipitauerit. Pli. autem aſſerit a ſcopulo qui eſt inter Tenū & Chiū capræ effigiē habente. Nam æga græce capram dicunt. Euſtachius uero inqt:Aegæū

Quō ceres immortalitatē donauit Triptolemo

Frumēta oīa i cēſa acerere pp raptum Proſerpinę

Mox epulas ponunt, liquefacta coagula lacte,
Pomaq;, & in ceris aurea mella ſuis.
Abſtinet alma Ceres: ſomniq; papauera cauſas
Dat tibi cum tepido lacte bibenda puer.
Noctis erat medium: placidiq; ſilentia ſomni:
Triptolemum gremio ſuſtulit illa ſuo:
Terq; manu permulſit eum: tria carmina dixit:
Carmina mortali non referenda ſono.
Inq; foco corpus pueri uiuente fauilla
Obruit: humanum purget ut ignis onus.
Excutitur ſomno ſtulte pia mater: & amens
Quid facis? exclamat: membraq; ab igne rapit.
Cui Dea dum non es, dixit, ſcelerata fuiſti:
Irrita materno ſunt mea dona metu.
Iſte quidem mortalis erit: ſed primus arabit:
Et feret: & culta prædia tollet humo.
Dixit: & egrediens nubem trahit: inq; dracones
Tranſit: & alifero tollitur axe Ceres.
Sunion expoſitum, Pyreaq; tuta receſſu
Linquit: & in dextrum quæ iacet ora latus.
Hic adit Aegæum: quo Cycladas aſpicit omnes:

mare dicit(ut gbusdã uidet)a capris Euboicis: quo in loco sic appellato:poeta Neptuni equos requiescere facit: alii aũt ab Aegæo Homerico:ut in Iliade scriptũ est &c. ☞ Quo:in mari. ☞ Inspicit ipsa Ceres:omnes Cycladas insulas circa Delõ:de quibus paulo suplus diximus in navigatione magnæ matris. ☞ Et legit:transit. Non enim navigat sed curru supuolat.

ANT. FAN. Ionium mare

¶ Ioniumq; capax, Icariumq; legit: de Icario mari ẽt supra diximus. Ioniuꝫ uero recte capax dr̃: cũ nõnulli imẽsum esse sinũ Ioniũ tradãt: porrectũq; ab Ionia ad Siciliaꝫ & Italiã: cuius ptes esse Epyroticũ mare, Achaicũ, & Adriacũ uolunt. Vir. Insulæ Ionio in magno. Id ab Ionia regione Asiæ clarissima nomẽ accepit: q̃uis qdã uelint so Inachi filiã huic mari nomẽ dedisse. Alii uero aliter sẽtiũt.

Meroe

☞ Meroe siccaq; terra: ĩsula Meroe(ut ingt Strabo) clypei figurã habere dr̃ magnitudine sua cæteras Nili insulas superans. Eius.n. lõgitudo est fere triũ milliũ stadiorũ: latitudo mille. ambit Libyã uersus magnis qbusdam harenæ cumulis. Arabiam uersus continuis montium p̃cipitiis. Est in ea Meroe ciuitas: quaꝫ Cãbyses cõdidit: appellauitq; Meroen a mr̃is noie. ☞ Rhenũ, Rhodanũq;, Padũq;: hos fluuios auctor Hesperios uocat: nõ ab Hesperia: quę modo Italiam, mõ Hispaniã significat: sed quod sub hespero sint. ad occidentem cum supra Indiæ meminerit. Nã Rhenus Galliam a Germania diuidit. Rhodanus per Galliam transalpinam: Padus per cisalpinam fluit. ☞ Errat & i cęlo: ut a sideribus petat num filiã uiderit. ☞ Parrhasides stellæ: alloquitur utranq; Arcton siue ursam, Helicen uidelicet & Cynosurã: quas a Parrhasia .i. Arcadia Parrhasides uocat. In ea prouicia Azanes atq; Parrhasii (ut diximus) crediti sunt cæteros Græcos uetustate præstare.

Rhen⁹ Rhodanus Padus Parrhasia

PAV. MAR. Ionium pelag⁹ a Gaza usq; in Aegyptum

¶ Ionium capax: magnũ mare Ioniũ: qđ inter Aegęũ & Adriacũ sinum est. Vegꝫ Eustachius de eo sic ingt: Ionius sinus post Siculũ dilatat: ad Boreã rursus incuruans ad hesperꝫ recessum serpit. Nec solũ Ionius sinus noiat. Sed Adria ipse dr̃: & Adriaticũ mare. Diligẽtiores aũt Ioniuꝫ ptẽ Adriatici dicunt. Dr̃ aũt(ut Lycophroni ur̃) & Aeschilo ab Ius: q̃ bos facta hinc enatauit. alii aũt a Iaone uiro Italo: uel ab Ionio uiro Illyrico. Quidã aiunt & a Gaza usq; in Aegyptiũ pelagus Ioniũ dici: similiter ab Ius. & illic Gazã Ionã uocant quidam: ubi bos erat in statua Ius quæ est Lunę. Io.n. Luna est secũdũ Argiuam linguã. Prę dicti autem Ionis filius Adrias ex historia tradit: a quo & ipsuꝫ pelagus Adriacũ appellat. alii sic dicũt: Est Adria ciuitas illustris: & apd ipsam sinus Adria. & fluui⁹ Adria. Bona aũt pascuis ibi terra ita qđ bis in anno fructum serat. Hæc ex Eustachio ☞ Et legit Icarium: de quo ẽt paulo supius dictum. ☞ Perq; urbes Asiæ: per eas urbes: quę erãt in ora Asiatica: & Aegæo etiam abluebant. ☞ Petit lõgum Hellespontum: de quo plurr̃bus in locis dixim⁹: & longus qdẽ sinus est Hellespontus: cum angustus sit. Portendit eni ab Aegęo in Propõtida. ☞ Et alta: sublimis ipsa Ceres. ☞ Pererrat iter diuersum locis: q̃si per diuersa loca filiam q̃rens errabat. ☞ Nam mõ despicit: e curru deorsum aspicit. ☞ Arabas thurilegos: thura colligentes.

Arabia

Ioniumq; capax, Icariumq; legit:
Perq; urbes Asiæ longum petit Hellespontum:
Diuersumq; locis alta pererrat iter.
Nam mõ thurilegos Arabas, mõ despicit Indos:
Hinc Libs, hinc Meroe, siccaq; terra subest.
Nunc adit Hesperios, Rhenũ, Rhodanũq;, Padũ,
Teq; future parens Tybri potentis aquæ.
Quo feror? immensum est erratas dicere terras:
Præteritus Cereri nullus in orbe locus.
Errat & in cælo: liquidiq; immunia ponti
Alloquitur gelido proxima signa polo.
Parrhasides stellæ (namq; omnia nosse potestis:
Aequoreas nunq̃ cum subeatis aquas)
Persephonem natam miseræ monstrate parenti.
Dixerat: huic Helice talia uerba refert.

India

☞ Mõ despicit Indos: orientis populos: nam India sub ipso oriente Sole est. Ita dicta ab Indo flumine maximo. ☞ Hinc subest: Cereri per aera deuectæ. ☞ Libs: Libyę populus: supuolauit. n. Libyam.

Libya

☞ Hinc subest Meroe: nã sup Meroen quoq; uolauit: insula quidẽ Nili est: de qua Diodo. Cõplectit inquit fluuius insulas plures. Sed præcipuaꝫ Meroẽ in qua est urbs insignis insulæ noie: quam Cãbyses cõdidit: a mr̃e denoiataꝫ. Ciuitates in ea sunt plures: sed cæteris nobilior Meroe: de ea Luca. in Pharsalia li. x. Gurgite rupto Ambitur nigris Meroe fœcũda colonis. Læta comis hebbeni: quæ q̃is arbore multa Frondeat æstatẽ nulla sibi mitigat umbra Linea tam rectũ mundi ferit illa Leonẽ. ☞ Et terra ficca: subest ẽt Aethiopia: & plaga torrida. Nam & in Torrida est ipsa Meroe. ☞ Nunc adit Hespios: reflectens in occidentem cursum: occidẽtis quoq; populos & montes & flumia plustrauit. ☞ Hesperios: Italos, & Hispanos. ☞ Rhenũ: fluuium ex alpibus profluentẽ: Gallos a Germanis diuidentẽ: & in Gallicũ oceanũ exeuntẽ. ☞ Et Rhodanum: fluuium Galliæ: q Auineonem pterfluit per ipsam Narbonẽsem prouinciã in mare internum exit. & a Rhoda Rhodanus dictus. Nã Pli. inquit: Atq; ubi Rhoda Rhodioꝝ fuit: unde dictus multo Galliaꝝ fertilissimus Rhodanus amnis: ex alpibus se rapiẽs p Lemãnum lacum: segnẽq; deferẽs Ararim. Nec minus seipso torrẽtes: sed Isaram: & Druentiã Libyca appellant duo eius ora modica. Ex his alterum Hispaniense: alteꝝ Metapinum. Tertium idẽq; amplissimum Assaliaticũ &c. ☞ Padũq; q per Cisalpinã Galliã labẽs quinq; hostiis in Adriacũ exit. ☞ Et adit te Tybri future parens potentis aquæ: tunc sine honore erat Tybris: sed futurus erat regnator aquarum: quẽadmodum appellat Virg. inquit ergo: Venit ad te o Tybri: qui eris parens aquæ dominantis ppter futuram imperii Romani magnitudinem. ☞ Quo feror? hæc oia cõmemorando. ☞ Immensum est: quasi magnũ & plus q̃ fieri possit est. ☞ Dicere terras erratas: per quas Ceres errauerit. ☞ Nullus locus in orbe est præteritus: omissus. ☞ Cereri: nullus est locus ad quẽ non accesserit: quia omnia orbis loca perlustrauit. ☞ Errat & in cælo: ut a sideribus scisciteretur quid de filia. ☞ Et alloquitur signa proxima polo gelido: stellas arcti co polo propinquas. ☞ Immunia liquidi ponti: quæ aqs occiduis non immerguntur: quasi sine munere Oceani: nam stellæ quę in ea parte poli arctici sunt non tendũt in occasum. ☞ Parrhasides stellæ: Ceres cũ totum orbem pererrasset: nec filiam cõperuisset: cælum ascendit: & ursas de filia interrogat. ☞ Stellæ Parrhasides: ursa maior: & ursa minor Arcadiæ: a Parrhasia: quæ & Arcadia. Sed de his in secundo & tertio diximus. ☞ Namq; omnia nosse potestis: quia in sublimi parte cæli estis: & inde nunq̃ disceditis: omnia prospicere, & cognoscere uobis datur. ☞ Cum nunq̃ subeatis aquas æquoreas: cum nunq̃ occidatis in Oceanum. ☞ Monstrate Persephonem miseræ parenti: ostendite mihi filiam meam. ☞ Dixerat: Ceres. ☞ Helice: ursa maior. ☞ Refert huic talia uerba: ita rĩdit.

Rhoda unde Rhodanus flu.

Vrsa maior & mior

¶ Crimine

ANT. FAN. ¶Crimine nox uacua est:cōsulat nobis quæ noctu oia uidemus filiam tuam nocte a nullo raptam. ℣ Solem cōsule:quia is cōcta uidet atq; audit oia:ut inquit poeta. ℣ Iouis fratri:Plutoni,cui cessit tertium regnum:hoc est Infer. ℣ In uultu signa doientis erāt:Horatius:Si uis me flere Dolendum est primū ipsi tibi. ℣ Dimidium curæ debet hēre tuæ:qa tu Proserpinę pater es:non debes negligere filiā pro qua tm̄ laboris subiit mr̄:& arguit ab honesto cupiens psuadere Ioui det operaz ut restituat Pluto quā rapuit: interim

Rhetorices arte hic

rhetorice aduersarium in odium trahens. ℣ Sola est iniuria facti Cognita: nihil profeci errās p uniuersum orbē:nisi q̄ cognoui a quo rapta sit filia. ℣ Cōmissi p̄mia raptor hēt:q hēre debuit pœnā. ℣ Victore Gyge:apte totū accipiendū est. naz hoc dicit:Si gigātes te:ac cę teros Deos cęlo deiecissent: nihil poterā grauiꝰ pati. Est autē Giges frater Briarei q centimanus fuisse dicit: ut Centimanūq; Gygē,semiuirūq; bouem. ℣ Iuppiter hāc lenit:dū excusat Plutonē:in amorē trāsferēs crimē: & eū dicit nō eē pudēdū generū: cui uel Iuppiter nobilitate n̄ p̄stat. ℣ Nō ego nobilior: q̄uis meliꝰ regnū mihi forte cōtigerit:nō sum tn̄ Plutōe nobilior:cui regnū cōtigit iferoz:cū cælū mihi, & Neptuno maria non præstantia nobilitatis:sed forte contigerint. ℣ Stat:placet.ut Stat casus renouare urbis.

Gyges

Rhoda unde Rhodanus flu.

Vrsa maior & mior

Crimine nox uacua est:Solem de uirgine rapta
Consule:qui late facta diurna uidet.
Sol aditus quam quæris,ait,ne uana labores:
Nupta Iouis fratri tertia regna tenet.
Questa diu secum sic est affata Tonantem:
Maximaq; in uultu signa dolentis erant.
Si memor es de quo mihi sit Proserpina nata:
Dimidium curæ debet habere tuæ.
Orbe pererrato,sola est iniuria facti
Cognita:commissi præmia raptor habet.
Ac neq; Persephone digna est prædone marito:
Nec gener hoc nobis more parandus erat.
Quid grauius uictore Gyge captiua tulisset?
Quam nunc te cæli sceptra tenente tulit?
Verum impune ferat:nos hæc patiemur inultæ
Reddat:& emendet facta priora nouis.
Iuppiter hanc lenit:factumq; excusat amore:
Nec gener est nobis ille pudendus ait.
Non ego nobilior:posita est mihi regia cælo:
Possidet alter aquas:alter inane chaos.
Quod si forte tibi non est mutabile pectus:
Stantq; semel iuncti rumpere uincla tori:

¶Nox uacua est crimine:q̄si filia tua non est rapta per noctem:sic nox sine culpa est huius criminis. ℣ Consule Solē de rapta uirgine:pete id ab Sole ut demōstret:quoniā nocturna sidera nesciunt. ℣ Qui:Sol. ℣ Late:ample. ℣ Videt facta diurna:ea quæ p diem fiunt. ℣ Sol aditus: cum illa ad Solē accessisset:ab eo accipit filiā a Plutone raptā: & illi nuptā. ℣ Sol aditus:quē illa adiit. ℣ Ait quā q̄ris:filia quā requiris:& de qua me consulis. ℣ Nupta Iouis fratri:Plutoni. ℣ Tenet ter.re.iam effecta ē inferoz regina. Prima regna cælestia fuere Iouis.aquaz Neptuni.tertia regna fuere terrarū: seu terræ uisceꝝ: ea fuere Ditis. Sic & illi nupta Proserpina regina ē. ℣ Ne uana labores ne frustra errando magis te excrucies. ℣ Questa diu secum:cū diu tacitas secum querelas effudisset. ℣ Sic est affata Tonantē:alloquuta Iouē. ℣ Et maxima signa dolētis erant in uultu:quia dolorē uultu maximū indicabat. ℣ Si memor es de quo:uerba Cereris ad Iouem cū artificiosa querela. Queritur.n.raptā filiam:habetq; accusationem in iuridiciali statu primo loco:inde arguit in principio cōmunem esse debere hanc ipsi Ioui curam: cū ex eo genita sit:narrato q̄ posteaq̄ orbem pererrauit: solū cognouit scelus:& qui plecti deberet:præmia pro pecca to consequutus est:nō opus fuit expōne rei:quoniā nota erat. Deinde arguit ab atrocitate rei:q̄ ea puella Ioue & Cerere nata non erat digna quæ raperet: augetq; hāc atrocitatē ab utriusq; persona Iouis & raptoris:nam

PAV. MAR.

Tertiū regnū Plutoni

qd indignius pati illa potuisset:si Titanes te e regno deiecissent:quā nunc te regnāte:quasi illud dicat:qa nec ille rapere:nec tu pmittere debuisti. Vltio uero loco illud petit:ut filia restituaī:& de uindicta remittere curam. ℣ Si es memor:o Iuppiter. ℣ De quo sit mihi nata Proserpina:ex quo ego grauida Proserpinā peperi. ℣ Debet hēre dimidiū curæ tuæ: quasi cū ex te genita sit:& mihi & tibi cōis filia:cōis quoq; filiæ cura tibi esse deberet. ℣ Orbe pererrato:cū orbē perraueriz. ℣ Sola ē cognita iniuria facti:solū in tot laboribus cognoscere potuit rei ipsius iniuria:q̄si a quo filia mihi rapta sit. ℣ Raptor: Pluto:q rapuit. ℣ Hēt p̄. cōmissi: hēt p̄miū pro scelere: qa potiꝰ rapta:cū affici supplicio mereat. ℣ At neq; Persephone filia. ℣ Est di.ma. p̄done:nō digna,q̄ raperet, & raptori nuberet. ℣ Nec hoc more: p uiolentiā & raptū. ℣ Erat no.pa.ge. q̄si ne q̄ nos digni eramus: qbus gener raptor contingeret. ℣ Quid grauius:qd tristius & molesti?. ℣ Captiua: si capta fuisset ab hostib?. ℣ Tulisset uictore Gyge: q̄si gigantes te e regno deiecissent. Gyges.n.(ut Hesio.in theog.oñdit)cæli & terræ filius:Briareiq; frater:q cū aliis gigantibus Diis bellū intulit.legit alio loco tulisseꝝ. ℣ Quā tulit nunc te tenēte sceptra cęli:te in cælo regnante. ℣ Verum impune ferat: nulla pœna mulctetur raptor. ℣ Nos inultæ: sine ultione. ℣ Patiemur hoc:tolerabimus hanc iniuriam nobis illatam. ℣ Reddat:mihi.s.raptor filiam. ℣ Et emendet facta priora:quæ prius fecit. ℣ Nouis factis:quasi restituat filiam:sic illatam iniuriam rependet. ℣ Iuppiter hanc lenit:cōsolaī Cererem. ℣ Et excusat factum: deprecatur culpā. ℣ Amore:est.n.trāslatio criminis in amorē:ut Pluto excusatus habeaī. Et in Meta.referī illud cum Pluto prodiisset ex inferis ad Trinacriæ fundamenta conspicienda:cū uiderenī a Typhoeo cōcussa:a Cupidine pcussus est:& uisam tū primū uirginē arsit ac rapuit. Vñc uero Iuppiter Cererē leniens:pudori eū genez nō eē inqt: qm̄ frater est:tn̄ si illa filiā oīno uelit:educeī ab inferis:si hunc diē ibi ieiuna fuerit. ℣ Ait:Iuppiter. ℣ Nec ille gener est nobis pudēdus:nō est quo erubescere possumus eo genero. ℣ Nō ego nobilior:nō sum p̄stantior illi nobilitate:nā ex iisdē parētibus nati sumus. ℣ Regia est mihi posita:extructa. ℣ Cælo:q̄si regnum cæleste mihi cessit. ℣ Alter e frībus.s.hoc est ipse Neptun?. ℣ Possidet aq̄s: nā aq̄ dñatur. ℣ Alter:Pluto. ℣ Possidet inane chaos:uacua Herebi regna. & i Meta. Per chaos hoc īgens uastiq; silētia regni. Vir. Et chaos:& Phlegetō loca nocte silētia late. ℣ Qd si forte nō est tibi pectus mutabile:si a ppositō remoueri n̄ potes. ℣ Et stat:q̄si id fixū aio sedet. ℣ Rūpere uicula tori semel iuncti:q̄si uiolare fœdera cōiugii: q̄ semel inita sunt. Tori iuncti:dixit p metonymiā: nam qd tenet pro eo qd teneī: Torus,n.cōiugio nexos tenet,

Perſephone

Metonymia fit qñ id qd tenet ponit p eo qd tenetur torus pro cōiugio

ANT. FAN. Siqdem pria cor repta

¶ Siquidem ieiunia remanſit: ſiquidem hoc loco duæ partes orationis ſunt. Vnde ſi produci debuit: qđ ſequens carmen oſtendit: ut Si minus inferni coniugis uxor erit. Sed quis dubitet tantæ auctoritatis poetæ uel maiora concedi. Eſt aũt ſenſus: Tentemus reſcidere mãimoniũ ſi Proſerpina nihil apud inferos guſtauit, & ieiuna pmã ſit. ℣ Speq; redit citius: alludit ad uelocitatem planetę. ℣ Pũica: a Pœnis poma punica acceperunt: q̃ & grana dr̃. Lege Plinĩ. ℣ Tartarea re. m. q. ualiu. artis ẽ interdũ pẽtere quæ nolum?: ut quę uolumus cõſeq̃mur. ℣ Bis tribus ut cælo menſibus illa ſoret: hoc ĩo fingit ga Luna mõ augens: modo minuẽs lumen ſuũ ur̃ apud ſuperos & inferos æquis tẽporum ſpatiis commorati. ℣ Ceſſatis: pticipiũ ſine uerbi origine ut errat?: triũphatus. ℣ Alba decent Cererẽ: albæ ueſtes Cerealib? ſumebant: uel q̃ lætæ Deæ ſacra fierẽt inuẽta Proſerpia: uel certe ob colorẽ quẽ i ariſtis cernimus meſſis tpe. Vñ illud eſt: Maturis albeſcit meſſis ariſtis. Eædẽ ueſtes facerdotibus cõgruę ſunt: auctore Seruio. Strati? de Amphiarao: Albaque purpureas interplicat inſula criſtas. ℣ Occupat Aprilis idus cognomine uictor Iuppiter: oium qdẽ menſiũ idus (ut ſupra diximus) dicatę ſunt Ioui: ut Macro. tradit in. Sarur. Sed huius menſis idibus Iuppiter uictor ideo colebať q̃ eo die tẽpliũ ei Romæ dicatũ fuerat. Vouit aũt Ioui uictori ædẽ Q. Fabius audita morte collegæ P. Decii: & uoto concepto ad caſtra Sãnitiũ prexit: ubi eoq; impator Gellius perit: cæſaq; ſunt hoſtiũ millia. .xxiiii. & octo capta. Poſtq̃ uictoriã Fabius ſpolia hoſtiũ cõiecta in aceruũ Ioui uictori cremauit. Lege librum ultimũ primæ Decadis Liuii. Vouit & Ioui uictori poculũ mulſi Papyrius cõſul (teſte eodẽ hiſtorico) ut Sãnitũ legiones fundaret. Moris aũt fuit apud Romanos: ut bella geſturi de pte p̃dæ aliqd numib? pollicerenť. Vñ Romæ (ut inqt Seruius) tẽpliũ fuit Iouis p̃datoris. Sũt & alia Iouis cognomia: ut Stator, Feretrius, Pugnax, Victor, Piſtor, Inuictus, Optimus, Maximus, Tonans: ei Deo diuerſis rõnibus attributa. Sciendum diem hunc: hoc eſt idus Aprilis natalem fuiſſe Mecœnatis: teſte Porphyrione.

¶ Hoc quoq; tẽtemus: ut cõiugiũ uioleť: & illa ab inferis reuoceť. ℣ Siqdẽ: pro ſi Remãſit ieiuna: ſi nihil apud inferos hauſit rũpeť torus & reduceť. ℣ Si minus: ſi nõ fuit ieiuna. ℣ Erit uxor iferni cõiugis: hẽat illa Plutonẽ uirę. ℣ Tartara iuſſus. a. miſſus ẽ ad inferos Mercuri? ea cã: retulitq; illã tria grana punica comediſſe: q̃ qdẽ rõne reuocari nõ poterat. Vergi in Meta. refert ab Aſcalapho ex Acheronte & Orne genito proditã ea grana comediſſe. Propterea ille in Bubonẽ demutatus eſt. ℣ Caduciſer: Mercurius uirgã ſerpentibus nexã ferens: quẽ Caduceũ uocant. ℣ Iuſſus: ab Ioue. ℣ Adit tartara ſumptis alis: talaribus alatis aureis: q̃ pedilla ab Homero uocanť. ℣ Redit citius ſpe: ocyus q̃ illa ſperaret. ℣ Et refert certa uiſa: quę uidit & cõperit. ℣ Rapta: Proſerpina. ℣ Soluit ieiuna: fame, nã comedit. ℣ Tribus granis: q̃ grana. ℣ Tegũt punica poma: mala punica. ℣ Cortice lẽto: molli & fragili. De punicis pomis ita Pli. inquit: Circa Carthaginem punicũ malum cognomen ſibi uendicat: aliqui granatum appellant: diuiſum & in genere Apyrinum uocando: cui ligneus nucleus abeſt. Sed candidior ei natura, & blãdiores acini: minuſq; amari: diſtinctiq; mẽbranis. Quinq; ſpecies: dulcia, amara, mixta, acida, uinoſa, & reliq̃. ℣ Nõ ſecus: non aliter. ℣ Indoluit mœſta parẽs: Ceres ipſa cuj reuocari filia non poſſet. ℣ Quã ſi fuiſſet mõ rapta: prius tñ lenibat doloré ſpe reuocandæ ab inferis filiæ: nũc cũ nõ deť ita idoluit: ac ſi mõ eſſet illa rapta: grauior. n. eſt recens dolor: q̃ tẽpore aliquo extẽuat?. ℣ Et uis eſt refecta: q̃ſi uix recreari potuit. ℣ Lõga mora: longo tpe. ℣ Atq; ita dixit nec cælum eſt habitabile nobis: poſteaq̃ filia eſſe in cælo nõ põt: nec ego cælũ colã. ℣ Iube me quoq;: me ẽt iubeas o Iuppiter. ℣ Recipi ualle tartarea: apud iferos: ut diutius cũ filia eẽ poſſim. ℣ Et factura fuit: deſcenſura ad inferos. ℣ Niſi Iuppiter eẽt pactus: hoc Cereri promiſiſſet. ℣ Vt illa foret bis trib?:

Hoc quoq; tentemus: ſiquidem ieiuna remanſit:
Si minus: Inferni coniugis uxor erit.
Tartara iuſſus adit ſumptis Caduciſer alis:
Speq; redit citius: certaq; uiſa refert.
Rapta tribus dixit ſoluit ieiunia granis:
Punica quæ in lento cortice poma tegunt.
Non ſecus indoluit, q̃ ſi modo rapta fuiſſet,
Mœſta parens: longa uixq; refecta mora eſt.
Atq;, ita nec nobis cælum eſt habitabile, dixit:
Tartarea recipi me quoq; ualle iube.
Et factura fuit: pactus niſi Iuppiter eſſet,
Bis tribus ut cælo menſibus illa foret.
Tunc demũ uultumq; Ceres, animumq; recepit:
Impoſuitq; ſuæ ſpicea ſerta comæ:
Largaq; prouenit ceſſatis meſſis in aruis:
Et uix congeſtas area cœpit opes.
Alba decent Cererem: ueſtes Cerealibus albas
Sumite: nunc pulli uelleris uſus abeſt.
¶ Occupat Aprilis idus cognomine uictor
Iuppiter: hac illi ſunt data templa die.
Hac quoq;, ni fallor, populo digniſſima noſtro

Poma punica

Ceſſatis

Cãdidę ueſtes i Cerealibus

Iouis cognomina

PAV. MAR.

Iuppiter uictor colitur idib? Aprilibus

hoc eſt ſex menſibus cælo. Hoc illi promiſit: & conceſſit Iuppiter ut filia ſenis menſibus eſſet apud inferos: ſenis apud ſuperos. Quod qdẽ ad Lunã referť: quæ partẽ tpis in inferiore, partẽ in ſupiore hemiſperio abſumit. Vnde qđ ſuperius quoq; adduximus. Varro Proſerpinã inqt Lunã eſſe. Quæ ut ſerpẽs mõ in dextrã: mõ in ſiniſtram: mõ in ſuperiorẽ: mõ in iferiorẽ ptẽ cæli moueať. Et ipſa luna apud ſupos & inferos æquis tẽpor̃ ſpatiis cõmoratur. Diuus uero Auguſtin?, & alii ita iterp̃tanť: ut Proſerpina fœcũditatẽ ſeminũ indicet: & a proſerpẽdo ipa Proſerpina dicať: & filia Cereris: ideſt terræ: quæ cuj quodã tpe defuiſſet apud inferos rapta dicebať. Vñ ceſſauerunt aratra: & ruſtica inſtr̃a. Sed cum luctu publico celebrata rediſſet fœcunditas fuerũt præ gaudio ſolẽnia quædam illi inſtituta p̃ſertim Athenis magnificẽtiſſima. ℣ Tunc demum: cũ pmiſſum eſſet ſenis menſibus redire illam ad ſuperos. ℣ Ceres recepit uultũ & aium: & pallor mœrore cõtractus abiit e uultu: & aium ipſa reſumpſit: nã recreata eſt ab ingenti dolore. ℣ Et impoſuit ſuæ comæ: ſuis crinibus. ℣ Serta ſpicea: e ſpicis: nam his Ceres coronať. ℣ Et puenit larga: copioſa. ℣ Meſſis ĩ aruis ceſſatis: derelictis ab ipſa Cerere: aut quæ iãdiu ceſſauerant a pcreandis frugib?. Sic iã reddita eſt aruis fœcunditas. ℣ Et area uix ce. uix cape potuit. ℣ Opes coniectas: frumentum cumulatũ: qđ in tam magna copia fuerat: ut capaces eius areæ non eſſent. ℣ Alba ueſtis de. Ce. q Cereri ſacrificant hẽre debent albas ueſtes. ℣ Sumite: albas ueſtes. l. ℣ Cerealibus: in ſacris Cereris: quæ Cerealia dr̃. ℣ Nunc ab eſt uſus pulli uelleris: q̃ſi ueſtis nigra eẽ in uſu nõ debet. ℣ Occupat Aprilis: idib? Aprilib? cõſecrata ẽ ædes Ioui uictori:

Concordia Cereris cum Plutõe de Proſerpina filia

Feſtum Iouis uictoris ẽ idibus Aprilis

uictori:quã cõsecrationẽ multi Augusto assignãt:qp post Attiacã uictoriã ædem Ioui cõsecrauit. Vergis(ut Tranquillus inquit) Tonanti Ioui ædem cõsecrauit liberatus periculo:cum expeditõe Cãtabrica p nocturnũ iter lecticam eius fulgur pstrinxisset:seruumq; perducentẽ exanimasset. ☞ Iuppiter ui.sub cognomẽto uictoris. ☞ Occupat idus Apriles:quia eo die festũ est Iouis uictoris:& tamẽ oẽs idus Ioui sacræ sunt, & immolat illi. Sed accessit hoc die ædis cõsecratio: & uictoris titulus. ☞ Hac die: iduũ Aprilium. ☞ Sunt data illi tẽ.constituta & cõsecrata templa:ut iã dictum est. ☞ Hac quoq; ni fal.eadem iduũ die ędificatũ:& cõsecratũ atrium Libertatis:quod extruxit Asinius Pollio:ut Suet.tradit:& ubi fuerat oliz bibliyotheca.qd' ostẽdere uidet Oui.in.ii.Trist.i ipso principio cum dicat:Nec me qua doctis patuerũt prima libellis:Atria libertas tangere pasla sua est.Libertas autem:ut est apud Florentinũ iurisco.de statu hominũ: est naturalis facultas eius:quod cuiq; facere libet:nisi qd' ui aut iure prohibet. ☞ Hac quoq; die:iduum.s.Aprilium. ☞ Ni fallor:ni ego decipior quasi recte memini.

Libertas qõ diffinit

ANT. FAN. Libertatis atriũ idibus Apri. Atrium

¶ Atria libertas cœpit habere sua:idibus quoq; Aprilis datum est atrium Libertati:de quo Oui.alibi: Nec me q̃ doctis patuerunt pria libellis:Atria libertas tangere pasla sua est.Est autẽ Atrium(ut placet Festo)ædificii genus ante ædes continẽs mediã aream:in quã collecta ex omni tecto pluuia descẽdit:dictũ quasi aterrium: qd' oriat a terra.q̃is Varro putet,& Seruius doceat atrium esse priorem partẽ domus ubi erant culinæ:sic dictã q̃ atra esset ex fumo,Atrium Libertatis nõnulli fuisse arbitrantur in Auẽtino:ubi cõstat eius Deæ templũ fuisse:ut scribit Festus,& Liuius meminit tertiæ Decadis lib.iiii.cuius atriũ Sueto.tradit structũ esse hortatu Augusti ab Asinio Pollione.Sed refectum ab eo & excultũ existimare possumus:cum longe ante Augusti tẽpora Libertatis atrium Romę fuerit:ubi Tarentinoꝝ obsides custoditi sunt:qui cũ inde pfugissent cæsi uirgis:& e saxo deiecti sunt:quod atriũ postea Sextus Helius Petus,& Cn.Cornelius Cethegus cẽsores refecerũt,amplificaueruntq;:ut Liuius scribit.Fuit etiã in urbe templũ alterꝝ Libertatis quod Clodius diruta Ciceronis domo in eius area dedicauit:aucto.Plutar. ☞ Luce secutura tutos pete nauita portus:admonẽtur nautæ:ut.xviii.calẽ.Maias portũ petant.Est enim eo tẽpore uentosa tempestas' & imber:sed haud constanter:ut scribit Columella: Mutinẽsia Cælar grandine militia cõtudit arma sua:cum Antonius Brutũ obsessum Mutinæ armis expellere niteret.Augustus cuꝫ Hircio & Pansa cõsulibus Bruto iussus opẽ ferre Antonium castris exuit:quo tẽpore nõ modo ducis:sed etiam militis munere functus est. Nam in media dimicatõe Aq lifero legionis suæ saucio,Aqlã humeris subiit:diuq; portauit.Nota ẽ historia.Nota mors cõsulis utriusq;:de qua Oui.alibi:Editus hac ego sum necnõ ut tempora noris: Cũ cecidit fato cõsul uterq; pari.Plutar.auctor est Ciceronẽ omnes mortales in Antoniũ cõcitasse:eoq; auctore: & Antoniũ hostẽ esse iudicatum:& fasces Augusto decretos:uictumq; Antonii e bello Mutinẽsi fugeret: aquam corruptã bibisse:radicesq; & fructꝰ siluestres cibũ habuisse.Sane Decius Brutus Mutinæ obsessus Labienus cognomento dictus est. ☞ Tertia post Veneris cum lux surrexerit idus.xvii.calẽ.Maias Fordicidia celebrãtur: quæ (ut inqt Varro)dictꝫ sunt a fordis bobus cædendis:qp eo die publice imolabant boues pgnãtes in curiis:quas boues fordas dicebant:uel a fœtu:ut Festo placet:uel quod in uẽtre ferant.Eædẽ & Hordæ uocabant:ut Varro auctor est:q cum in bubulo genere quatuor dicant ætatis gradus:docet primã ætatem esse uitulorꝫ.Secũdam iuuẽcoruꝫ.Tertiã boum nouellorũ.Quartam uitulorꝫ.Et discerni in prima uitulũ & uitulã. In secũda iuuencum & iuuencã.In tertia & quarta taurũ & uaccã: sed uaccã sterilẽ taurã inqt appellari. Hordam uero quæ pgnans est: & ab ea in fastis esse diẽ Hordicalia.Cædebant autẽꝫ boues fronde telluri ipla similitudine placituræ:ut annus fœcundior ꝓueniret.Terra enim hoc tẽpore quasi grauida est.Illud etiã sciẽdum q(ut supra diximꝰ)uidua quæ intra decem mẽses a uiri morte nupsisset fordã bouem Numæ legibus imolabat.

Fordæ boues Hordę

Concor dia Ceres cum Plutõe de Proserpina filia

Festum Iouis uictoris ẽ idibus Aprilis

Atriũ libertatis in Auẽtino

Libertatis alterũ templum

Tempestas. xviii.calẽ. Maias

Cælaris uictoria Mutinẽsis

Fordicidia.xvii. calẽ.Maias

¶ Libertas:dignissima populo nostro Romano. ☞ Cœpit habere sua atria:ab Asinio Pollione in pallatio extructa:ut ex eo loco Tristiũ percipi põt. ☞ Luce se.xviii.calen.Maias: hoc est.xiiii.die Aprilis uentus erit grandinosus:quod cõstat ex nautarũ obseruatiõe.Vnde multi putãt eo die quiescẽdũ esse in portu:nec pelago credẽdũ.Cõstellatiõe quadã sese Arieti sub occasu cõiungenti uẽtos: & grãdines impellẽti.Ea tamẽ die: q̃is turbida & grandinosa Octauius Cæ.uictor fuit bello Mutinẽsi.Nã cum D.Brutus a M.Anto.Mutinæ obsideret:Ciceronis consilio in Ant.missus est.Iussusq;:ut Trãquil.scribit: cõparato exercitui pro ptore pesse:& cum Hircio ac Pansa:qui cõsulatum acceperãt,D.Bruto opem ferre. Demandatũ bellũ tertio mẽse confecit duobus pliis.Priore Antonius eũ fugisse scribit:ac sine paludamẽto,equoq; post biduũ demũ apparuisse.Sequẽti satis cõstat nõ mõ ducis:sed ẽt militis functũ munere:atq; in media dimicatõe aqlifero legionis suæ grauiter sauciato:aqlã humeris subisse:diuq; portasse.Hoc cũ bello Hircius in acie:Pãsaq; post ex uulnere periissent:rumor increbuit:ambos opa eius occisos: ut An.fugatore:rep.cõsul.orbata solus uictores exercitus occupet.Pansa quoq; adeo suspecta mors fuit:ut Glyco medicus custoditus sit:q̃si uenenũ uulneri ididisset:adiicit his Aqlius niger alterꝫ e cõsul.Hirtiũ in pugnę tumultu ab ipso iteremptũ &c. ☞ Luce secu.q̃ sequẽt idus. ☞ O naui.pete tu.por.eas in portũ anteq̃ mare turbet. ☞ Erit uẽtus ab occasu mixtus grãdine:Flabũt occidui mixta iã grãdine uẽti:Aequoreas passim q̃ mõ turbet aquas.Quã q; subis tuta nõ a statione recedas:Vt redeat uelis lætior aura tuis. ☞ Sit li.& sue.q̃is nũc & oli solitus sit flare uẽtus cũ grãdine. ☞ Tũ Cæsar:Octauiꝰ. ☞ Hac grãdine:hac die grãdinosa. ☞ Cõtulit:cõcussit & fudit. ☞ Arma Mu.arma Anto.apud Mutinã. ☞ Sua mi.suis militibus. ☞ Tertia post Veneris.xvii.calẽ.Maiaꝫ:hoc est.xv.die Apri.immolantur terræ grauidæ Fordæ boues in curiis:quod sacrificiũ a Numa istitutũ fertũr in agroꝫ & pecoꝫ sterilitate:a Fauno per quietẽ monito Egeria somniũ interpretãte:appellabãturq; sacra hæc Fordicidia. Vnde Varro inquit:Fordicidia a fordis bubus.Bos forda quæ fert in uẽtre: q̃ ea die publice imolant boues pgnantes in curiis. ☞ Cũ ter.lux:tertia dies. ☞ Surrexerit post idus Ve.post idus Apriles.Sic erit.xvii.ante calẽ.nã tertiꝰ ille dies post idus numerãdo tũ ut debes ab ipso die iduũ. ☞ O pontifices litate sacra:sacrificate. ☞ Boue forda:uacca grauida.

PAV. MAR.

De bello grauiacto cõtra Marcũ Anto. circa Mutinã i quo petierunt Hyrcius & Pansa & qũo fuit uictor Octauianus

ANT. FAN. Fœt⁹ unde dicit

¶ Forda ferēs bos est fœcūdaq;,dicta ferēdo:ordo ē:Bos ferens fœcūdaq; forda est a ferendo dicta.℣ Hinc etiam fœtus:uult fœtus a ferēdo dici. Sed sunt qui fœtum a foueo noiatum putant:& a fœtu fœnus.℣ Pars cadit arce Iouis:fordarum aliæ in Capitolio:aliæ in curiis cędebantur:quæ fuerunt.xxx.ut diximus:qbus quinq; postea additæ sunt.Vnde Ouid. subiungit: Terdenas curia uaccas Accipit.℣ Ministri sacrorum:ministros dicit.℣ Igne cremat uitulos q̄ natu maxima uirgo est:Vestalis uirgo & eius Deæ mistra:quā terram esse uolūt:cuius fœcūditas hoc tēpore fordarū boum sacrificiis querit. Itaq; cinis uitulorū seruabat in tēplo Vestæ:ut inde suffimē fieret:quo populus Palilib⁹ purgaret.ut I pete uirginea populus suffimē ab ara:Vesta dabit: Vestæ munere purus eris.Restabat adūt id suffimē,ut infra dicturi sum⁹, ex equi sanguine:cinere uituli:ac fabarū stipulis.℣ Rege Numa:docet Numā horū sacrorū auctorē fuisse : q cū modo siccitas:modo nimiæ pluuiæ sterilitatem facerent,cōsuluit Faunum : a quo sacrificādæ bouis fordę ritum accepit.℣ Luxuriabat:nimiū herbarū fundebat:quod frugibus non cō ducit.℣ Añ diē:añ cōgruū tēpus.Vñ pecorum quoq; sterilitas damnabat.℣ Necabat ouem:quia immaturi partus pernitiosi sunt parientibus.℣ Silua uetus:hæc fuit in Auētino.Lege Plutar.i Numa.℣ Mænalio deo:Fauno a Męnalo monte Arcadiæ.De hoc satis dictum est supra.

Suffimē quo populus purgabatur Palilib⁹

PAV. MAR. Vñ dicit bos forda & quare

¶ Forda fe.bos est:diffinitio uocabuli:q; bos forda dicit quę grauida ē:hoc est quę fert.℣ Et fœ.dicta a ferēdo : & supius a facio fœcūdū deduci diximus.Verū poeta id quo q; a ferēdo dictum censet:q; ferax sit:& sæpe fructum ferat.℣ Hic etiā:a ferēdo.℣ Putant hīc nomē fœt⁹:q; fœt⁹ & fœtura a ferēdo dicat.Fœt⁹.n.est qđ ex mulieribus uel pecoribus nascit:& multi a foueo deduci putant.inde & fœtura:hoc est genitura:quę p toto aīaliū puētu poni cō sueuit.Vir.in Buc.Si fœtura gregem suppleuerit aureus esto:quod uerbum elegātissime Pli.trāstulit ad scriptum opus:cum in principio magni illi⁹ operis de naturali hist. ad Domitianū dicat:Opus natū apud me pxia fœtura licentiore epistola narrare cōstitui &c.Pręterea & fœtā dicimus tā pgnantē q̄ quę peperit.Vir.in Buc.Non insueta graues tentabūt pabula fœtas.& in Aeneide: Fecerat & uiridi fœtam Mauortis in antro Procubuisse lupam &c.

Quare porca grauida sacrificatur Deę telluri

℣ Nūc:in mēse Apri.℣ Pecus est gra.grauidæ oues:capellæ:boues:equæ:& similia.℣ Terræ quoq; gra.semine:retinēt semina:quæ adhuc supius ad maturitatē nō ascēderunt.℣ Victima plena:grauida.℣ Dat:imolat.℣ Terræ ple.grauidæ.℣ Pars:uictimarū.℣ Cadit:imolatur.℣ Arce Iouis:in tēplo Iouis Capitolini.℣ Curia accipit terdenas uaccas:p numero curiarū uaccæ in ipsis curiis imolant.Vnaquęq;.n.curia suā uaccā mactat. Triginta autē curias fuisse superius diximus.Var.quoq; in curiis nō in curia dixit.℣ Et sparsa:unaquęq; curia.℣ Cruore lar.lar ge & abūdāter p̄fuso.℣ Madet:madescit ifecta ipso sanguine.℣ Ast ubi:postq̄.℣ Ministri:sacrorū.℣ Rapuerunt uitulos uisceribus:q̄ cōcepti itra uiscera uaccæ adhuc retinent:dum imolant matres:sic emactatæ uictimæ uiscēribus rapiunt.℣ Et dedere exta:intestina.℣ Secta:& recte secta:cū ea Diis p̄secent:quę maxie extāt:pminētq;.℣ Focis su.ubi ipa exta adurant.℣ Virgo quæ natu est maxia:quæ erit maior ætate cæteris uirginibus Vestalibus : hoc est pria Vestaliū.℣ Cremat igne ui.eos qui e uiscēribus rapti erunt:cremat & redigit in cinerem.℣ Vt ille cinis:cremati uituli.℣ Purget po.Luce Palis: in Palilibus expurgabat populus suffitōe sanguis eqni & ipsius cineris : & stipulæ fabarū:de quo paulopost dicemus.℣ Rege Nu.fru.aggredit nūc ipsam sterilitatē: q̄ regnāte Numa fuerit:unde habuerit initiū mos mactādarū boum.℣ Vota co. agricolę.℣ Decepti:ab ipsa agrorū sterilitate.℣ Erāt irrita:iania:qa fructū nō cōsequebātur.℣ Rege Numa: cū regnaret Numa : de quo multa superiore lib.dixim⁹.℣ Fructu non re.la.cū aut pagi:aut nihil ex agro pcipere.t:ita ut suus labori fruct⁹ minime referet.℣ Nam mō an.erat sic.geli.Aqlo.cū flarent septētrionales uenti:q; frigora & serenitatē nobis afferunt:erant ficca tempora sine pluuiā:sic ipsa siccitate inferebat sterilitas.℣ Nūc ager luxuriabat aqua assidua:nimio humorī luxuriabāt agri. Luxuria qdem est interdum intēpestiua abundātia. Vnde apud Virg. Luxuriā segetum tenera depascit in herba.Sic tunc intēpestiua abūdantia ad maturitatē nō puebat:& luxuria est nimia profusio.Inde est illud Ciceronis:Quam sit turpe defluere luxuria.At defluebant agri cum steriles simul & fertiles herbas effunderēt:ut a steribus Cerere cōfunderent.℣ Sæpe Ceres:p denoiationē: hoc est ipsa seges.℣ Fallebat : decipiebat.℣ Dūm in primis herbis:cū tenellæ adhuc essent herbæ ad maturitatē non pueniebāt.Et auena leuis:sterilis:ut apud Vir.Steriles dominantur auenæ.℣ Stabat in solo obsesso:tellure quā obsidebat:ubi surgere fructiferas fruges non patiebatur.ideo & Pli.primū omniū frumēti uitiū auenā esse ostēdit.℣ Et pecus edebat:emittebat.℣ Partus acerbos: immaturos.℣ Ante diē:intēpestiuos:& in ipsis pecudib⁹ erat sterilitas eadē rōne.℣ Agna sæpe necabat ouē : matrem.℣ Nascēdo:cū intēpestiue oriret matri iferebat exitium.℣ Silua uetus:Numa ea sterilitate motus accessit in siluā:in qua Faunus Oracula reddere solebat. Mactatisq; ouibus sacrificauit:& q̄ti postea stratis uellerib⁹ste le dedit.℣ Stabat silua uetus:& uī scribere siluā Laurētinam:ubi erat Oraculū Fauni:q̄uis Maro uideat de Tyburtio agro itelligī. Sed de eo dixim⁹ in.vii.Aene.℣ Et nul.d.l.u.nō.n.erat silua cędua:cū nulla ibi securi cęderet arbos:siluā a grę.dici uolūt:nam ὑλη silua dī: ὑλην etiam materiā dicūt:& qđ ex tpe scribit uelocissime silua uocatur.De quo Fabius Quint.lib.x.Diuersum inquit ē eorū uitium:

Forda ferens bos est fœcundaq;, dicta ferendo:
Hinc etiam fœtus nomen habere putant.
Nūc grauidum pecus est: grauidæ quoq; semine Telluri plenæ uictima plena datur. (terræ:
Pars cadit arce Iouis:ter denas curia uaccas
Accipit:& largo sparsa cruore madet.
Ast ubi uiscēribus uitulos rapuere ministri:
Sectaq; fumosis exta dedere focis:
Igne cremat uitulos quæ natu maxima uirgo est:
Luce Palis populos purget ut ille cinis.
Rege Numa fructu non respondente labori
Irrita decepti uota colentis erant.
Nam mō siccus erat gelidis Aquilonibus annus:
Nunc ager assidua luxuriabat aqua.
Sæpe Ceres primis dominum fallebat in herbis:
Et leuis obsesso stabat auena solo:
Et pecus ante diem partus edebat acerbos:
Agnaq; nascendo sæpe necabat ouem.
Silua uetus nullaq; diu uiolata securi
Stabat, Mænalio sacra relicta Deo.

Vitulii, tra corpus matris erepti comburebātur i his sacris Cereris

Respon
sus Fau
ni Dei
ut mu-
lieres
possent
parere

uitium:q primo decurrere p materiã stilo q̃ uelocissime uolũt. Et sequẽtes calorẽ atq; ipetũ ex tpe scribunt hanc siluã uocãt &c.℣ Sacra:silua.℣ Relicta Deo Mænalio: Fauno seu Pani Arcadi:a Mænalis Arcadiæ mõtibus. De hoc diximus in prio & i secũdo. Veꝝ qui in Latio dabat respõsa:ad Arcades referre nõ debemus. Nã erat numen Latinuꝫ, & Latini regis pr̃. Vnde in. vii. Aenei. Virg. At rex sollicitus mõstris oracula Fauni Fatidici genitoris adit. Fuitq; hic Pici filꝰ. Cõfudit itaq; historiã: aut fabulam cum de Arcade dicat. Sed de hoc Fauno alio loco dicemus.

ANT. FAN. Quare bis irrorabãt caput i sacris cereris ẽt q̃re nõ serebant annulos in digito in his sacris

¶Ille:Romulus. ℣ Precabatur:loquebatur hæc. ℣ Iuppiter dedit omina:signa felicia. ℣ Tonitru læ.sinistro. Nã læua tonitrua felicia sunt. De quo ita Pli.inqt:Læua prospera sunt:qm̃ læua parte mundi ortus ẽ. Et eo respectu Thusci in.xvi.partes diuisere mundum:prima est a septẽtrionibus ad æquoctialem exortũ. Secũda ad meridiem. Tertia ad æquoctialem occasum. Quarta obtinet quod reliquũ est ab occasu ad septẽtrionẽ. Has in quaternas iterum diuisere partes. Ex quibus octo ab exortu sinistras. Totidem ecõtrario appellauere dextras. Ex his maximę diræ:quæ per septẽtrionẽ occasum attingunt. Itaq; plurimum refert:unde uenerint fulmina:& quo concesserint. Optimũ est in exortiuas redire ptes. Ideo cũ a prima cæli parte uenerint & in eadẽ cõcesserint:summa felicitas ꝓtẽditur. Quales Syllæ dictatori ostẽtũ datũ accepimus. Cætera ipsius mũdi portiõe:minus ꝓspera,aut dira. hæc ille. Poeta omina ꝑ ostẽto posuit. Omẽ(ut Marcellus ĩqt) uotũ est mentis:& uocis unde sacrificantibus dicit: Bona habete omina.i.ut circũstantes:& bona mẽte uelint,& recta oribus ꝓferant. ℣ Et fulmina missa læuo polo: læua parte cęli:nã e septẽtrionali. ℣ Ciues:q coadunati erãt ad condendã urbẽ. ℣ Læti augurio:eo ostẽto felici. ℣ Iecõt fundamina:fundamẽta nouę urbi. ℣ Et exiguo tẽpore:iã breui. ℣ Erat nou⁹ murus:qa iã extructa dabãt mœnia. ℣ Hoc Celer urget op⁹:Celerẽ hũc Romu.opi ꝑfecerat. Nã & ꝑsidẽtẽ opi paulo ante ex Alycarnaleo ostendim⁹. Sed de eo paulo post. Vrget ergo hoc opus: accelerat opus inchoatũ. Nam(ut Nonius inqt) Vrgere interdu3 accelerare significat. Vir. Tibi quã noctes festina, diesq; Vrgebã. ℣ Quẽ: Celerem. ℣ Romulus ipse uocarat:& opi ꝑsse iusserat. ℣ Et dixerat o Celer sint ista curæ tuæ: geras tu curã mœnia extruẽdo⁹. ℣ Neue qs aut trãseat:trãsiẽ audeat. ℣ Muros:ipa mœnia. ℣ Aut factã uomere fossam:sulcũ,quem uomere designauimus: hoc dicit:Id tibi curę sit:ne qs trãsiliat mœnia:aut aratro designata loca:neue aliũde qs egrediatur:q̃ per institutam portam. ℣ Dede nec:interimas. ℣ Audentem talia: si quis inde transilire auderet. Et ex hoc quoquè Romuli edicto:admoniti posteri sanxerunt in iure ciuili capitale eẽ transcendere mœnia urbium. ℣ Q d̃ edictũ Ro. ℣ Remus igno.cœ.cõ.humu.inscius fraterni edicti contẽnebat humilia & exigua mœnia. ℣ Et cœ.di.po.erit tu.his? q̃si poterit ne se ꝓ his mœnib⁹ tueri:hæc uero ꝓ cõtẽptũ dicta erãt. & trãsiliit deinde muros:& a Celere mox neci datus ẽ. Li. uero inquit:Vulgatior fama ẽ ludibrio frĩs Remũ nouos transiliisse muros. Inde ab irato Romulo:cũ uerbis quoq; increpitãs adiecisset: Sic deinde qcũq; alius trãsiliet mea mœnia:interfectũ. Et Plu.inqt:Quidã ab alio occisum ferũt ex his:q cũ eo erãt:quẽ Celerẽ appellabãt.postea subdit: Celer in Tyrrheniã exulauit:& ab illo Ro.uiros nequaq̃ legnes celeres appellarũt. Vñ Q.Metel.Celer dictus:q̃ patrẽti mortuo gladiatorios ludos pauciss̃imis dieb⁹ absoluit:cuj oẽs apparatus illius celeritatẽ obstupescerent:admirarenturq; diligẽtiã &c. Vex hic Celer ꝑfectus fuit eq tũ:q celeres quoq; dicti. De quo Põp.Celeres inqt antiq dixerũt:quos nũc eqtes dicimus a Celere interfectore Remi:q initio a Ro.his ꝓpositus fuit:q primitus electi fuerunt. Ex singulis curiis:ideoq; oino trecenti fuere. ℣ Nec mora trãsiliit:trãsfataurit muros Remus ubi ea uerba dixerat. ℣ Celer:ꝑfectus. ℣ Retro occupat aulum: a tergo eũ peluicut Diony.inqt)percussit. Opprimit igit Remũ,q transilire muros ausus erat. ℣ Ille:Remus. ℣ Sãguinolẽtus:plenus sanguine. ℣ Premit humũ duram:nam exanimis in humum corruit. ℣ Vbi rex didicit hæc: posq̃ Ro. resciuit fratrem extinctum. ℣ Deuorat lachrymas obortas introrsus:compescere nititur repente natas lachrymas:qm̃ illud factum erat:quod contra edictum regium muros ille transilierat. Ideo Ro.& dolorem, & cõceptas intus lachrymas comprimebat:ut exemplum cæteris asseratur seruandæ legis: & ut animi magnitudinẽ ac fortitudinem quoq; ostẽderet. ℣ Et habet uulnus clausum pectore:quasi premit altum corde dolorem. ℣ Nõ uult flere palam:aperte. ℣ Et seruat exempla fortia: fortium & magnanimorum heroum.

Celer ꝑfect⁹ militũ ubi

Vñ uenerint fulmina & cauſam

Iſle precabatur:tonitru dedit omina læuo
Iuppiter:& læuo fulmina missa polo.
Augurio læti iaciunt fundamina ciues:
Et nouus exiguo tempore murus erat.
Hoc Celer urget opus: quẽ Romulus ipse uocabat
Sintq; Celer curæ dixerat ista tuæ. (rat:
Neue quis aut muros,aut factam uomere fossam
Transeat:audentem talia dede neci.
Quod Remus ignorans humiles cõtẽnere muros
Cœpit:& his populus dicere tutus erit?
Nec mora transiliit:retro Celer occupat ausum:
Ille premit duram sanguinolentus humum.
Hæc ubi rex didicit lachrymas introrsus obortas
Deuorat:& clausum pectore uulnus habet.
Flere palam non uult: exemplaq; fortia seruat:

Varia opinio de morte Remi

ANT. FAN.

℃ Sic:ut eiusmodi pœnam subeat.℣ Arsuroſq; ar.un.ga maiores non lauabant solum cadauera:qđ nſic facimus: sed ungebant.ut Corpusq; lauant frigentis & ungũt.℃ Cæterum suspicari possumus temporibus Romuli non fuisse ungendorum cadauerum morem si Pli.audiuimus: si poetas aliter.Sane Faustulus periit cum Remo ſm Plutarchum.℣ Nondum fa.fle.

Qui.nondum percusso fœdere cũ Tatio ac Sabinis:a quoꝝ oppido Curib⁹ Quirites dicti existimant.℣ Subdita flãma:postq; Remus sepultus est in Remoria:teste Plutarcho.℣ Plures nominis huius:ut nunq; desit familia Cæsarꝝ:potes & p fama nomẽ accipere.℣ Idẽ Vinalia dicã:significato nõ uoci reddit relatiuũ. Celebrant aũt Vinalia.ix.cal.Mati:quæ sunt Iouí sacra nõ Veneri:teste Varrone,& Masurio i ſecũdo Fastoꝝ.Iouí .n. maiores sua uina libabãt: ut auctor est Festus:q̃ sacrificli cã anteq̃ gustarent demebant ex doliis calpari:qđ fuit uasis fictilis genus. Meminisse aũt debemus qđ Pli. scribit priscorũ uita rudẽ fuisse ac sine lr̃is:sed nõ parũ ingeniosam in illis obseruationẽ apparere:q cũ tristia tpa fructibus metuerent:instituerũt feria,dieſq; festos:Rubigalia,Floralia,& Vinalia:quoꝝ Rubigalia agebant(ut idẽ Pli.docet)ad.vii.cal. Mart. qm̃ tũc segetes fere rubigo occupat.Floralia iiii.calẽ.eiusdẽ mẽsis:ut oia bñ defloresceret.Vinaliorũ autẽ altera:hoc est priora:hoc mense agebant:uel ut Pli.(nisi eius locus deprauatus est)scriptũ reliquit.ix.cal.Martii. degustãdis uinis instituta:& nihil ad fructus attinẽtia. Altera uero agebant ad.xiiii.cal.Septẽbris:ut Festus docet:q̃ Varro a Fidicula incipiente occidere mane determinauit:istituta tẽpestatibus leniendis:& dicta rustica:ut Varro & Festus tradunt: quo die Veneri dedicata ædes fuerat: & feriati erant olitores:ac nouum uinum in urbẽ ferebatur: adeo ut in Tusculanis sacris esset ne uinum nouum in urbem ueheretur anteq̃ Vinalia calarent.Moris ẽt fuit aliquando nõnullis in locis Latii(teste Varrõe)ut uindemiæ primum a sacerdotibus publice fierẽt.Itaq; Romæ Flamen Dialis uindemiam auspicabat:q cũ Iouí agna fecisset iter eius exta cæsa & proiecta uinũ legebat.Plutar. auctor ẽ uinalibus multũ uini e tẽplo Veneris pfundi solitũ:uel ut ostenderẽt diẽ festũ agi sobrie oportere:uel q̃ ferunt Mezẽtium Hetruscoꝝ ducẽ ad Aeneã missse:q cũ eo fœdus facerent:ut quotannis certum uini numerum ab eo acciperet:quod postea cum Aeneas poscenti negasset:Mezẽtius Tyrrhenis daturum se pollicitus est:si p̃lio uicisset, Itaq; Aeneam uictorem re cognita Diis ĩmortalibus uinum cõsecrasse:& collectũ tẽplo Veneris effudisse.Cæterũ Diony.scribit Hetruscoꝝ regem nõ Aeneæ:sed Ascanio pinde ac in seruitutem redacto imperasse: ut uinum Hetruscis daretur:quod cum ferendum esse non uideretur uinum sacrum Iouí esse decreuerunt.

Rubigalia Floralia Vinalia

De templo Veneri dicato

PAV. MAR.

℃ Et ait sic hostis transeat meos muros:eodem euentu transiliant hostes:quasi siquis hostis transilire hoc audebit,sic pereat.℣ Dat tamen exeqas:q̃uis talem sese ostendat:soluit iusta tamen.℣ Nec iam:dum soluuntur iusta.

℣ Sustinet suspendere fletũ:potest lachrymas continere. ℣ Et pietas dissimulata patet:aperte ostendit pium in fratrem animum:quem paulo ante dissimulauerat.℣ Et implicuit oscula suprema implicita libauit oscula ultima: hoc ideo dictum:quia implicuit se in amplexib⁹ & osculis.℣ Posito pheretro:cũ esset iam eleuatum cadauer:& depositum pheretrũ cũ ipso cadauere.Pheretrũ a ferendo,quo corpora efferũtur.℣ Atq; ait o frater adẽpte inuito:qui ademptus & sublatus es mihi nolenti.

Morem in sepulchris

Sicq; meos muros transeat hostis ait.
Dat tamen exequias:nec iam suspendere fletum
Sustinet:& pietas dissimulata patet.
Osculaq; applicuit posito suprema pheretro:
Atq; ait,inuito frater adempte uale.
Arsuroſq; artus unxit:fecere quod ille
Faustulus,& mœstas Acca soluta comas.
Tunc iuuenes nondum facti fleuere Quirites:
Vltima plorato subdita flamma rogo est.
Vrbs oritur(quis tunc hoc illi credere posset?)
Victorem terris impositura pedem.
Cuncta regas:& sis sub magno Cæsare semper:
Sæpe etiam plures nominis huius habe.
Et quoties steteris domito sublimis in orbe:
Omnia sint humeris inferiora tuis.
℃ Dicta Pales nobis:idem Vinalia dicam:

℣ Vale:quod uerbum ultimo loco proferebatur.℣ Et unxit artus arsuros: perfecit:ut moris postea fuit corpus quod cremandum erat respexit poeta ad posteriora tpa.Nam ab initio urbis nouerat usus unguentorum:nec perungendoꝝ corporum.Primum quod se in uenisse Pli.dicat:Castris Darii regis expugnatis in reliquo eius apparatu:Alexander cepit sctinium unguentorũ. Postea uoluptas eius a nostris quoque inter laudatissima: atq; etiam honestissima uitæ bona admissa est.Honos quoque & ad defunctos pertinere cœpit &c. ℣ Quod fecere ille Faustulus:uerum Faustulus gemellorum nutricius:cum fratre cecidere in ea contentione: sed superfuit Acca nutrix illorum.℣ Et Acca soluta mœstas comas:Acca Laurẽtia habens præmœstitia passos crines. De ipsa nutrice diximus in tertio.℣ Tunc Qui.nõ. fa. ipsi homines qui cum Ro.erant: nondum appellati Quirites.Nam posteaq̃ in cõionem urbis & uitæ recepti Sabini:a Curibus Sabinis Quirites dicti.℣ Fleuere iu. Re. extinctum.℣ Vltima flã.est sub.ro.pre.posteaq̃ satis plorauerãt:ultimo loco summittere facem rogo: & cremauerunt cadauer:& tumulo deinde cõdiderunt. Et (ut Dio. ny.inquit)in Romoria cum sepelit:quando quidem & uiuens ille eum locum sedibus destinabat.Et Plutar.Constituta inquit ingenti scrobe in Romonio colle circa eũ locum:quem nunc Comitium appellant:fratrem sepeliuit.Cumq; obruisset:una cum illo quædam sarmenta instituit:ut omnium rerum primitiæ:quæ ad usum hominis:uitæ necessitatem:lege aut natura traditæ sunt:eo deportarẽtur.Et deniq; ex qua quisq; ciuitate aut loco Romam adibat:parum ex ea tellure secum ferrent in scrobẽ illam ingerebat:quæ quidem cum in orbem deducta eẽt mundũ ut cælum appellabant &c.℣ Vrbis o.surgũt mœnia:extruuntur ædes & reliqua.℣ Impositura pe.ui.ter. subactura totum terrarũ orbem. Sic uictore pede terras calcatura.℣ Quis tunc pot.hoc illi cre.quis eo tẽpore potuisset hoc sibi persuadere tam humilem ab initio urbẽ ad eam magnitudinem prouehendam:ut toti esset orbi dominatura.Cuncta regas:tu o Roma regas totum orbem.℣ Et sis sub ma.Cæ.semp:Cæsar,seu Tiberius,seu Germanicus imperet.℣ Sæpe ẽt habe.plu.hu.nois:hẽas sæpe plures Cæsares.℣ Et quo.tu Roma sublimis excelsa & trisiphans.℣ Steteris in or.do.quẽ domuisti. ℣ Oia sint infe.tu.hu.oĩa tibi succũbãt:& magnitudine tua omnia supes.℣ Dicta pal. no.est.iam diximus de Palilibus. ℣ Iã Vi.di.x.cal.Maias:hoc est.xxii.die mẽsis Apri. Vinalia festa

Augurium urbis Romæ

Varia opinio de morte Aeneę et quæ ascribũtur Ascanio

Vinalia festa agebant die .xix. Augusti

ANT. FAN.

Venus Erycina

Sacrum Veneri mẽse Augusto meretrices

Varia opinio de morte Aeneę

lia festa celebrantur:diemq; Iouis esse ostendit: cum festum Veneris dicatur:quo die (ut Plutar.)tradit multũ uini ex templo Veneris profundunt.Et has rationes affert:An illud est quod multi dicunt:Mezẽtium Hetruscorum ducem ad Aeneam misisse:qui cum eo fœdus facerent:ut quotannis certum uini numerum eo acciperet.

Vna tamen media est inter utranq; dies.
Numina uulgares Veneris celebrate puellæ:
Multa professarum quæstibus apta Venus.
Poscite thure dato formam,populiq; fauorem:
Poscite blanditias,dignaq; uerba Ioco.
Cumq; sua dominæ date grata sisymbria myrto:

tur facit q̃ qdam tradant consueuisse olim consules Ro. & oẽs q cum aliquo imperio se in Siciliam conferebant Erycinam Venerem sic uenerari:ut in exoletoq; ac mulierũ remissionem cõuerterentur:q̃ eo pacto iucundum esse Deæ suum aduẽtum existimarent.¶ Professarũ:eaq; quæ artem meretriciam profitẽtur:si obscœni quæstus artis nomen merentur. Meretrices Plaut? Prosedas appellauit: q̃ ante stabula sedeant:ut inquit Festus.Eædem Possibilæ dicte.¶ Grata sisymbria:dabãtur & Veneri ientacula,item serta,& unguẽta. Plautus in Asinaria: Tũ si coronas,serta,unguẽta iusserit ancillã ferre Veneri,aut Cupidini.Idem in Curculione:Me inferre Veneri uoui iam ientaculum.Gratum aũt sisymbriũ Veneri existimatur:quoniam siluestre:quod in sicco ortũ odoratius est:& angustiore folio coronis inseritur: & decoctum in uino sanat in facie mulierũ cutis uitia. Sed coronat(ut inqt Pli.)tantũ folio ut serpyllum. Reperitur hęc herba & satiua & siluestris:uocaturq; siluestris a quibusdam tymbreum nasturtio similis:quæ in irriguis locis nascitur:& est pedali altitudine.Varroni placet sisymbriuz ex græco uocabulo deductum esse:ut maluam & lilium. Eius herbæ succus ad excutiendum ex utero partum nõ paruam uim habere dicitur:ex quo etiam Veneri grata putari potest:ut myrtus:de qua diximus supra.

Prosedas

Quę dabant Veneri Sisymbrium

Vna tamẽ dies est media inter utranq; inter Palilia:& Vinalia:unus dies est interpositus.¶ Numina uulgares: hortatur puellas liberaliores sui corporis: ut Veneri libent:frequentesq; eant ad ædem Veneris Erycinæ:quæ e Sicilia Romam a M.Marcel.uictis Syracusis translata est: & apud portam Collinam ædes est illi consecrata:sub eadem appellatione ab Eryce monte Siciliæ: in quem dicunt conuersum Erycẽ Veneris filium: & in eo ab Aenea Veneri matri templum conditum.Diodo.tamen inquit Erycẽ Veneris filium in mõte urbem sui nominis condidisse.& in arce templum matri dedicasse:quę Erycina dicitur. Et addit:Nunq̃ huius ueneratio templi destitit:Aeneas hic uota soluit:dona obtulit.Et Carthaginenses:& Romani duces:& consules ad templum ueniunt:positaq; seueritate ludunt.S.P.Q.R.instituit.xvi. Siciliæ urbes aurum conferre Veneri Erycinæ:Militesq; ducentos ad templi tutellam deputauit & cæ.¶ Puellæ uulga.o meretriculæ.¶ Celebrate numina Veneris: quasi sacrificate.¶ Multa Venus: hoc est plurima uoluptas Venerea: nisi ita legas.Multa pro multum.¶ Venus est apta quæstibus professarum: ului & lucro earũ quæ meretriciam profitentur artem.¶ Poscite formam thure dato: adolentes thura poscite formæ decorem: qui quidem datur a Gratiis:quæ ministræ sunt Veneris.¶ Et fauorem populi: quo formam laudet populus,& uobis faueat.¶ Poscite blanditias: quibus iuuenes alliciatis.¶ Et uerba digna:conuenientia.¶ Ioco:Veneris filio:de quo superius dictum,& Horatius in Odis.Quã uolat circum locus & Cupido.Iocus enim est qui allicit. Alii legunt Loco.¶ Date sisymbria grata dominæ:offerte sisymbria Veneri:quæ illi strata sunt.Sisymbrium(ut Pli.lib.xx.inquit)siluestre a quibusdam tymbreum appellatum pedali non plus altitudine:quod in riguis nascitur:simile nasturtio est:utrunq; efficax aduersus aculeata animalia.& in lib.xix.Sisymbrium inquit ferũt lætissimum: nascitur in puteorum parietibus,& circa piscinas,ac stagna.¶ Cum lua myrto:quæ est illi dicata.

PAV. MAR.

De templo Veneri Erycinę in tuto in Sicilia

Sisymbriũ herba q̃ nascit in parietibus puteorũ

Vinalia festa agebant die .xix. Augusti

Vna tamẽ &c.si Vinalia.ix.calẽ.Maii celebrantur: ut e Plinio(q̃uis deprauato) colligimus:& inter Palilia: atq; Vinalia unam tãtũ diem mediã esse cõfitemur:cõsequẽs est ut Palilia:ẽt Plinii testimonio,xi.calẽ. Maii celebrent.¶ Numina uulgares Veneris celebrate puellæ: meretrices hoc tempore colebant Venerem Erycinam:quæ tẽplum habuit Romæ extra portam Collinam:cui(ut inquit Strabo)insignis porticus adiacebat.Liuius tertiæ Decadis libro ultimo:Ita abundauit Tyberis:ut ludi Apollinares Circo inundato extra portã Collinã ad ædẽ Erycinę Veneris parati sint.Appianus Sylla:Copiis quoq; ad Collinam portam circa meridiẽ castra locat:non lõge a Veneris templo.Huic Deæ matronæ Romanæ mense Augusto ad imitationẽ Aegyptiorũ pudenda deferebãt cum sacrorum pompa:& q̃uis id solẽne meretricum esset:nemini tamẽ licebat p̃terq̃ matronæ castæ id sacrum tractare ac deponere in sinu Veneris.Id ut uerz existime

ANT. FAN.

Venus Erycina

Sacrum Veneri mẽse Augusto p meretrices

ANT. FAN.

¶ Iuncea uincla:coronas e rosis,sisymbrio,& similibus, iunco suppositio siue cõtexto. ℣ A Siculo noia colle tenet: ab Eryce:unde Venus ferẽ Romã translata monitu carmis Sibyllini:posteaq̃ Claudius Marcellus Syracusas & alia Siciliæ oppida q̃ erãt in ptãte Carthaginẽsiũ expugnauit. In Eryce sanũ fuit Veneris:qđ ẽm aliquos ab Aenea,ẽm alios Ab Eryce Veneris ac Buteę:siue Neptuni filio cõditũ singulari uenerationẽ antiqtus colebaẽ:refertũ mulierũ frequentia(ut inqt Strabo)eius Deę ministerio dicatarũ. Id postea uetustate collapsuꝫ,Claudius imperator:ut ex ærario po. Ro.reficeret auctor fuit:teste Suetonio. Fuit & Romę in Capitolio tẽplũ Veneris Erycinæ:auctore Liuio: q̃ scribit Q. Fabiũ maximũ a Senatu postulasse:ut ædẽ eius Deæ quã dictator uouisset dẽdicari liceret:& creatos esse duũ uiros q̃dibus dedicandis Attilium Mẽti:Fabiũ Veneri Erycinæ:quę in Capitolio fuerunt uno canali decretæ. ℣ Syracusas Arethusidas:oppidum Siciliæ nobilissimum:de quo diximus:apud ipsum fons est Arethusa. ℣ Claudius:Propertius:Qua Siculæ uictor telluris Claudius & qua Cæsar ab humana cessit ĩ astra uia. Scio esse q̃ accipi Appiuꝫ Claudiuꝫ uelint:q̃ Messanã obsessam obsidiõe liberauit: Hieronẽq̃ ipulit magna cũ strage suorũ fugeẽ Syracusas: qui tanta celeritate uictus est:ut se prius uictũ q̃ hostem uideret,fateretur:qđ nobis nõ placet. Accipiẽdus enim est M.Claudius Marcellus:q̃ fuit Syracusarũ glorioſissimus expugnator:plurimaq̃ inde signa in urbem reportauit: Egitq̃ in triumpho nõ hoies tantũ:uerũ ẽt Deos:primusq̃ Hannibalẽ docuit uinci posse. Cõstet ergo duos Claudios Siciliã cõtudisse: Appiũ Claudiũ &.lx.fere anno post Claudiũ Marcellũ. ℣ Trãslata:Romã e Sicilia. ℣ Festum Veneris Vinalia:colit̃ qdem Venus Vinalioꝝ die:sed Vinalia Ioui sunt sacra nõ Veneri. ℣ Amatæ:hæc fuit mater Lauiniæ:ppter quã inter Aeneã & Turnũ nata sunt bella. ℣ Hetruscas Turnus adorat opes:diffisus suis auxilium petit a Mezẽtio:qui haud grauatim se Rutulis iũxit:teste Li. ℣ Clarus erat &c.hic(ut scripsit Cato in prio originũ)Rutulis imperauit:ut sibi offerrẽt quas Diis primitias offerebãt. Vnde a Virgi.dictus est cõtẽptor Deorum:q̃ diuinos honores sibi exegisset,Latini(ut idẽ Cato auctor est)similis imperii metu ita uouerunt:Iuppiter si tibi cordi est nos ea tibi dare potius q̃ Mezentio nos uictores facias. Eum regem Varro scripsit(ut Plinius refert)tulisse auxilium Rutulis contra Latinos uini mercede:quod tum in Latino agro fuisset.

Venus Erycina in Capitolio

Festum Veneris agebaẽ in die Vinaliorum Mezentius cuꝫ Rutulis se cõiunxit

¶ Et uincla iuncea texta:hoc ẽ uincẽtes iuncos cõtextos. ℣ Rosa cõpositia,i.coronã rosaꝝ cõpositaꝝ:iuncis illigãtibus cõtextarũ:Veneri ipsi dato. ℣ Nũc decet frequẽtari tẽpla:decet uos frequẽtes ire ad tẽpla Veneris. ℣ Proxia portæ Collinæ:quæ ppinqua sunt portę:quæ Collina dicta est:quæ & porta Salaria dicta supra collẽ Quirinalẽ. ℣ Tenet noia a colle Siculo:uocaẽ ædes Veneris Erycynæ ab Eryce mõte Siciliç,de quo Strabo inqt:Eryx quoq; collis excelsus habitaẽ:in quo Veneris tẽplũ locatũ est: qđ singulari uenerationẽ colit̃. Antiquitus mulierũ frequẽtia refertũ illius ministerio dicatarũ:quas & e Sicilia: & externis e regionibus multi locarãt:hac uero tẽpestate:sicut & ipsa colonia uiduata colonis est. Sic & tẽplum desolatũ: & sanctorũ hominũ copia defecit. Est & Romæ ante portã Collinã Deæ huius ædificiũ:q̃ Veneris Erycinæ tẽplum dicitãt. Cui cũ æde sacra insignis adiacet porticus. Hæc ille. ℣ Et ut Claudius:postq̃ M.Claudiꝰ: quẽ quinquies consulẽ Marci filium extitisse tradũt. Eiq̃(si cuti Possidonius refert)cognomen qđ Martiũ est primũ ex familia fuisse Marcello. Exercitatione nãq̃ bellicosus erat:robustus corpore:manu potẽs:natura ad dimicãdum uir ardẽs: q̃ illius certamina declarãt. Acer:ac strenuꝰ ad cæteras uitæ partes humanꝰ atq̃ modestus. Gallorũ ducẽ singulari certamine fudit. Spolia Ioui feretrio retulit. Primus Hannibalem uinci posse docuit. Syracusas expugnauit. In insidiis postea ab Hannibale interceptus est. ℣ Abstulit armis: expugnauit. ℣ Syracusas Arethusidas:ab Arethusa Syracusii fontis nympha. ℣ Et cœpit te quoq; Eryx bello:etiam Erycem mõtẽ armis occupauit. ℣ Venus:Erycina scilicet. ℣ Est translata:e Sicilia in Vrbem. ℣ Carmine uiuacis Sibyllæ:quasi translata a Romanis monitis carmine sibyllino. Viuacis dixit propter Cumęam Sibyllam:cui datum erat tot annos uiuere:quot partes harenę palmis accepit.de quo in.xiiii.Meta.& alias a nobis dictum. ℣ Et maluit coli in urbe stirpis: potius uoluit coli in urbe Roma:quæ a pronepotibus Aeneæ condita est. ℣ Cur igitur cum festum sit Veneris: cur dies Iouis? & refert ipsam historiam. Quod Mezentius Hetruscorum rex ueniens in auxiliuꝫ Turni: Rutulorum sibi dari uinum pepigit. Aeneas uero Latinorum uinum Ioui uouit. Ex Dionysio tamẽ diximus fuisse Alcanium. ℣ Cur dicant igitur Vinalia festũ Veneris:quæritis cur Vinaliorum diem dicant Veneris festum esse. ℣ Et quare ista dies sit Iouis:nam Iouis celebritati destinata. ℣ Bellum erat armis: certabatur. ℣ An Turnus: rex Rutulorum. ℣ An Aeneas esset gener Latiæ Amatæ:acciperẽ deberet in uxorem Lauiniam Latini regis: & Amatæ reginæ filiam: nota est historia. ℣ Turnꝰ adorat opes Hetru.orãdo supplex poscit Tyrrhenorum opem: de quo Liuius:Turnus inquit: Rutuliq̃ diffisi rebus ad florentes opes Hetruscorum,Mezentiumq̃ eorum regem confugiunt:qui Cere opulento tum oppido imperitans: iam inde ab initio minime lætos: nouæ origine urbis:& tum nimio plusquam satis tutum esset accolis rem Troianam crescere ratus: haud grauatim socia arma Rutulis iunxit &c. ℣ Mezentius erat clarus:illustris. ℣ Et ferox: sæuus. ℣ Sumptis armis: cum sumpsisset arma ad pugnam. ℣ Et uel equo magnus: ingens erat & magnarum uirium:si pugnasset eques. ℣ Vel pede: maius præ se ferebat robur si pedes pugnasset. ℣ Quem: Mezentium. ℣ Rutuli & Tur.ipse Rutulorum rex. ℣ Tentant ascisceꝛe suis partibus:aduocare in suum auxilium:& iungere cum eo militiam. ℣ Econtra: quasi ex altera parte. ℣ Dux Thuscus:rex Tyrrhenus. ℣ Ait ita: sic dixit.

Añi portã Collinã est tẽplũ Veneris

Quare Mezentius conisus sit cũ Turno propter copiã uini habẽdã

PAV. MAR.

Textaq; composita iuncea uincla rosa.
Templa frequentari Collinæ proxima portæ
Nunc decet:a Siculo nomina colle tenet.
Vtq; Syracusas Arethusidas abstulit armis
Claudius:& bello te quoq; cepit Eryx:
Carmine uiuacis Venus est translata Sibyllæ:
Inq; suæ stirpis maluit urbe coli.
Cur igitur festum Veneris Vinalia dicant:
Quæritis:& quare sit Iouis ista dies.
Turnus,an Aeneas Latiæ gener esset Amatæ
Bellum erat:Hetruscas Turnus adorat opes.
Clarus erat sumptisq; ferox Mezentius armis:
Et uel equo magnus,uel pede maior erat.
Quem Rutuli,Turnusq; suis ascisceꝛe tentant
Partibus:hæc contra dux ita Thuscus ait.

¶ Stat mihi

ANT. FAN. ¶Stat mihi non paruo:conſtat ſanguine ac multis uulneribus.℣ Non grandia prȩmia:petimus exigua p̃mia ſi expendaṫ noſtræ fortitudinis meritum.℣ Quã uelit Aeneas iſta negata mihi:callidũ ſuaſionis genus:dicit.n. placiturũ hoſtibus Rutulorũ ut quæ petit muſta non conſequaṫ.Sanecut Feſtus auctor eſt)Aeneas pugnãs cũ Mezentio:cũ nuſq̃ apparuiſſet Indiges ab Aſcanio appellatus eſt:cuius noie etiã tẽplum conſtruxit.℣ Hoſtica uindemia:Rutulorȝ meorũ hoſtiuȝ muſta.℣ Cadit Mezentius ingens:ſecũdũ poetas non ſecundũ hiſtoriam.℣ Merito Iouiq̃ fauit cauſæ meliori:unde Vinalia ei dicata ſunt.℣ Sex ubi,quæ reſtẽt,luces Aprilis habebit In medio curſu tẽpora ueris erũt:reſtent legẽdum eſt nõ reſtãt:& eſt ſenſus: Cũ Aprili ſex tantũ dies ſuperfuerit: hoc eſt.vii.calẽ.in medio curſu uer erit. Tunc.n.& Rubigalia celebrãtur:ut Pli.docet.Itaq̃ cauẽdum eſt ne ſexto die poſt Vinalia:hoc ẽ.iiii. calẽ.Maii putemus uel eſſe Ver mediuȝ,uel Rubigalia celebrari:me una cum Pli.nobis Feſtus quoq̃ & Seruius aduerſentiq̃ ſcribunt ſeptio calen.Maias eſſe Rubigalia.Illud ꝓterea ſciendum ne forte in ueris dimẽſione fallamur: medium eſſe non ſolum quod æque diſtat ab extremis:ſed quod eſt inter extrema: atq̃ a principio ita diſcedit ut finem non attingat: iteȝ & manifeſtum,ut Senſit medios dilapſus in hoſtes. & Quãq̃ in media iam morte tenetur.

Hoſtica uidemia quę dicitur

Rubigalia

PAV. MAR. ¶Virtus:robur,& fortitudo mea.℣ Stat: pro conſtat.℣ Mihi nõ paruo:ſed magno.℣ Teſtor uul.quæ ſuſcepi in bello:& quæ qdem indicant nõ paruo mihi conſtitiſſe fuiſſe ſtrenuũ & præſtantẽ in bello.℣ Et teſtor arma quæ ſæpe ſparſi ſanguine meo:ſæpe infeci cruore e uulneribus meis effuſo.℣ Qui petis auxilium:Turne & uos Rutuli: q meam opẽ imploratis.℣ Diuide mecũ nõ grãdia p̃mia:ꝓxima muſta de lacubus tuis:hoc eſt diuide mecum uina:quæ proxima uindemia e uitibus tuis percipies:quod exiguũ erit prȩmiũ:quaſi & tamẽ eo exiguo ero cõtentus.℣ De lacubus:de dolliſ p tranſlationẽ a lacunis:nam Var.inqt:Lacus lacuna magna ubi aqua contineri poteſt.℣ Nulla mora eſt operæ:non erit retardatio laboris:nam mox in bellum prodibo.℣ Veſtrum eſt dare:muſta.ſ.℣ Vincere eſt noſtrũ:ad nos ptinet parare uobis uictoriã.℣ Quã uelit Aeneas iſta:muſta ueſtra.℣ Negata mihi: uellet Aeneas uos mihi nolle ea tradere quo uobis auxilio nõ eſſem.℣ Annuerãt Rutuli:pmiſerãt ſe daturos.℣ Mezentius induit arma:armauit ſe ad bellum cõtra Aeneã.℣ Induit Aeneas:ipſe ẽt arma ſuſcepit.℣ Et alloquit Iouẽ:anteq̃ in certamen cũ Mezentio exiret: ita Iouẽ allocutus ẽ.℣ Hoſtica uindemia:fructus uindemiæ hoſtilis:hoc eſt muſta Rutulorũ.℣ Vota eſt:uoto ꝓmiſſa.℣ Regi Tyrrheno:Mezẽtio regi Hetruſcorũ:a Tyrrheno Atyos regis Meoniæ filio Thuſcia Tyrrhenia dicta ẽ.℣ Tu o Iuppiter feres muſta e palmite Latio:e uitibus Latinorȝ.nã Latiũ tibi ego uinum uoueo.℣ Vota me.ua.uota Aeneę,quę magis pia fuere,cũ Ioui uinũ uouerit.℣ Valent:quia ſunt effectũ cõſequuta.℣ Cadit Mezentius ingẽs:ab Aenea ſingulari certamine peremptus.℣ Atq̃ plangit:pcutit.℣ Humũ:cum moreret.℣ Pectore indignãti:cũ indignatõe renitenti:cũ ipſam aiam exhalaret,& in hoc poeta Vir.ſequutus:qui tradit Mezẽtium ab Aenea pemptum:cũ id nõ cõſtet.Sed ex hiſtoria habemus Aſcaniũ a Mezẽtio obſeſſum:cũ ſuis ex improuiſo caſtra hoſtilia adortum: Lauſum Mezẽtii filiũ interemiſſe:tunc Mezentiũ pacẽ, & pactõis iniſſe cũ Aſcanio: Tybrimq̃ terminũ utriuſq̃ regni cõſtitutum:Hetruſcorũ.ſ.& Latinorȝ.℣ Venerat Aut.quo tpe uuæ colliguntur.℣ Sordidus:deturpat?.℣ Calcatis uuis: calce p̃ſſis, & p̃lo ad exprimẽda muſta.℣ Debita uina reddunṫ merito Iouiſoluũtur uota:offerturq̃ uinũ Ioui ꝓmerenti ꝓ uictoria Aeneæ p̃ſtita.℣ Hic:ex hoc uino Ioui oblato.℣ Dies eſt dicta Vinalia:non enim hmõi nomina feſtorȝ ꝓferenda:niſi numero multitudis: ut Saturnalia, Bacchanalia, Cerealia, Palilia.iõ dies dicta Vinalia: qa Vinaliorȝ celebritas refert eo die.℣ Iuppiter uẽdicat ſibi illa:attribuit ſibi eũ diẽ.℣ Et gaudet ineſſe ſuis feſtis:q̃ ẽt illa ſit in diebus ſuo numini cõſtitutis.℣ Sex ubi quæ reſtãt.iiii.ca.Ma.hoc ẽ.xxviii.die Apri.erit medietas ueris:& heliacus Arietis occaſus:nã tot? iã a Sole abiit: & oritur Canis:de quo paulopoſt dicemus.& erũt Rubigalia:quę(ut Varro inqt)ab Rubigo dicta ſecũdũ ſeges huic Deo ſacrificaṫ:ne Rubigo occupet ſegetes. Agricolæ antiq Rubigum dicũt Deum:& inuocabãt:ut idem Varro oſtẽdit li.pri.de ruſtica.De Rubigalib? Plinius ita inqt:Rubigalia Numa cõſtituit anno regni ſui.xi.q̃ nũc agũtur ad.vi.ca.Ma.qm̃ tunc fere ſegetes Rubigo occupat.Hoc tẽpus Varro determinauit:Sole Tauri ptem.x. obtinente:ſicut tũc ferebat rõ:ſed uera cã eſt:quod poſt dies undeuiginti ab æquoctio uerno per iȝ quatriduuȝ uaria gentiũ obſeruatõe in quarto calẽ.Maiaȝ Canis occidit.Sidus & p ſe uehemẽs:& cui p̃occidere Caniculã neceſſe ſit.hæc Pli.ſed diſcrepat a poeta:cum alter dicat eo die Canem exoriri:alter occidere.& Pli.paulo ante eũ locum occultari quoq̃ Canem.iiii.ca.Ma.oſtendit. Ego ita acciperẽ Plinio ueſperi occultari.Poetæ uero mane exoriri.Iunius autẽ Moderatus pridie calẽ. Ma.cælari Canẽ oſtendit.Duo tamẽ Canes in cælo figuraṫ.Canis & Prochiõ.De qb? Higinius:Canis inqt leporẽ fugiẽtẽ cõſequens: poſteriorib? pedibus claudiṫ ab hyemali circulo:pedem dextrũ Oriõis pene ſuo capite cõiũgẽs:capite ad occaſuȝ ſpectans: ſed caput ad æquoctialẽ Circulũ tendit. occidit oriẽte Sagittario.Exoriens aũt cũ Cãcro.Is Canis habeṫ lingua ſtellã unã:quæ ſtella Canis appellaṫ.in capite aũt alterã:quã nõnulli Syriõ appellãt.i utriſq̃ aurib? obſcuras ſingulas:i pectoꝛ duas:i pede prioꝛ tres:iter ſcapulos tres:i ſiniſtro lũbo unã:i pede poſterioꝛ unam:i pede dextro unã:i cauda q̃tuor.Oio ſũt.xix.Prochiõ uero i lacteo circulo defixis pedib? æquoctialẽ circulũ tãgit. Spectat ad occaſum:ut iter Gemios & Cãcrũ cõſtitut?.Qui

Tyberis fuit terminus thuſcorȝ & Latinorum

Rubigalia a Numa Põ. cõſtituta anno regni ſui.xi.

q̄ ante maiorē Canē exorit̄,Procion est appellatus. Hic
ast occidit exortu Capricorni. Exorit̄ cum Leone:sed est
oino stellaꝝ numerus triū.hæc ille.Moderatus uero ostē
Procion orit̄ die.xy. Iulii dit Prociona exoriri mane iduum Quintiliū:& Canicu-
lam oriri.xvi.calēdarum Sextiliū.Verū quia de Rubigi-
ne agebamus:id malī accidit:cum madefactos aquis cul-
mos Solis calor adurit. & Pli. inquit:Frugum, uinea-
rumq; malū:nullo min⁹ noxium est Rubigo:frequētis
simaq; hæc in roscido tra-
ctu:cōuallibusq; ac pflatum
nō habentibus: e diuerso ca
rēt ea uentosa & excelsa.
ANT. FAN, Aries occidit .xvii.ca. Maia ¶Et frustra pecudem q̄res
Athamātidos Helles:Aries
hoc tpe & imergit̄ Oceano
aū Solis occasuꝫ:& latet oc
casu heliaco magna ex pte:
anteq̄ is i ortū ferat̄. Quod
fieri necesse est Sole in Tau
ri fere pte septima constitu
to.℣ Signaq; dant imbres:
quia paulopost (ut scribit
Columella)est fere Auster
cum pluuia. ℣ Exoriturq;
Canis ortus .vii. cal. Ma. Canis:hic Canis de quo nūc
agim⁹: qa(teste Macrobio)
Tauro uicin⁹ ē:& oriri hoc
tpe dī & occidere.Oritur q
dē ortu cosmico:occidit he
liaco:uū & Columella Ca-
nem inqt cælari uesperi pri
die calen.Maias.& Virgi.in
Geor.Auratis aperit cū cor
nib⁹ annū Taurus:& aduerso cadēs Canis occidit astro.
Neq; enim placet q̄ Seruius dicit occidere Canē hoc tē-
pore:quia post horam quartā diei cū Cancro in ortū fe-
ratur. Quis enim est q eiusmodi occasum siderū tradit?
Sole Taurū tenē te non uideri hūc Canem tectum lucis ꝓpinqtate:quod
adeo uerū est:ut Ouidius eūdem Canem;quē Erigonen
uocat;mense Maio doceat in ortum ferri,quē heliacum
dicimus.Scio quosdā esse nostrorū tēporū astronomos:
q stellam quādam in Scorpione Canem appellāt:q̄ oriē-
te Tauro occidat necesse est.Est & Canis q Procion dī:
qd̄ sidus apud Romanos auctore Pli,nomē non habet:
Procion oriturq; idibus Iuliis:ut placet Columellæ:q etiā scribit
Caniculam paulopost exoriri:quo tēpore accēdunt Solis
uapores:ut ait Pli.ferue̅t maria:mouent̄ stagna:& uina i
cellis fluctuant.Hæc habet in extrema lingua stellā unā:
quæ dī Canis in capite:siue(ut qbusdā placet)in ore aliā:
quā Syrion uocant:ut Emissę,ptēdit imagine linguæ:stel
lam unā ipsa Canis quę dī altera summo stat capiti gra
io dicunt:quā Syrion acrē noīe. Festus auctor ē esse Ro
Catularia por-ta mæ Catulariā portā sic appellatā:q̄ non longe ab ea ad
placādū Caniculæ sidus frugib⁹ inimicū ruffæ canes imo
lent̄:ut fruges flaueſcētes ad maturitatē pducerē̄t.℣ Hac
mihi Nomēto Romā cū luce redire:Nomētum oppidu;
est in Latio ad:x.siue.xv.ab urbe lapidē: a quo uia No-
mētana nomē accepit.Eius meminit Vir.in.vi. Aenei.ut
Nomentum Rubigi nis festū .vii. cal. Maias Hi tibi Nomētū & Gabios,urbēq; Fidenā.Hi Collatinis
iponēt mōtibus arces.℣ Candida turba:nōnulli cādida
ti cum ad rem diuinā faciēdam irent in lucē Rubigini cō
secratum:comitarēturq; Flaminē Quirinalē.℣ Antiquæ
lucū Rubiginis:e duodecim dies:q maxie agricolaꝝ du-
ces sunt(teste Varrone)Robigus colebat̄:non ut ꝓdesset
quēadmodum Ceres,Liber,Iuppiter,ac bonus Euētus:
sed ne obesset rubigine:quā Plinius maximam segetum
pestem,ac cæleste frugū,uineaꝝq; malū appellat.Vnde il
lud est Virg.in primo Geor.Mox & frumenti labor ad-
ditus Vt mala culmos esset Rubigo.Et illud Columellę:

Et frustra pecudem quæres Athamātidos Helles:
Signaq; dant imbres:exoriturq; Canis.
Hac mihi Nomēto Romam cum luce redirem:
Obstitit in media candida turba uia.
Flamen in antiquæ lucum rubiginis ibat,
Exta canis flammis,exta daturus ouis.
Protinus accessi:ritus ne nescius essem:
Edidit hæc Flamen uerba Quirine tuus.
Aspera rubigo parcas Cerealibus herbis:
Et tremat in summa lene cacumen humo.
Tu fata fideribus cæli nutrita secundis
Crescere,dum fiant falcibus apta,sinas.
Vis tua non leuis est:quæ tu frumenta notasti:
Mœstus in amissis illa colonus habet.
Nec uenti tantum Cereri nocuere,nec imbres:
Nec sic marmoreo pallet adusta gelu:
Quantum si culmos Titan incalfacit udos:
Tunc locus est iræ Diua timenda tuæ.
Parce precor:scabraq; manus a messibus aufer:
Neue noce cultis:posse nocere sat est.

Hinc mala Rubigo uirides ne torreat herbas Sanguie
lactentis catuli placat̄ & ex
tis. Est autē rubigo putre-
do quædam exedēs ac peri
mens culmos:quā in uitib⁹
carbūculum uocāt: cuiusq;
nōnulli cām esse dixerūt ro
rem inustum Sole:qd̄ Pli-
nius ex parte falsum putat:
eiusmodiq; putredinē frigo
re constare arbitrat̄:ac non
fieri nisi iterlunio plena ue
Luna.Lege librum.xviii.na
tu.historiæ.Colebatur itaq;
Rubigo ut Febris ac mala
Fortuna ne obesset(ut dixi
mus)cuius fm segetes sacri
ficabat̄:ut auctor est Varro.
Eius feriæ Rubigalia a Nu
ma Pompilio instituta sunt
anno regni sui.xi.quæ agū-
tur ad.vii.calē.Maii: qa tūc
fere segetes Rubigo occu-
pat: quod tēpus Varro de-
terminauit:Sole Tauri par
tē decimā obtinēte:sicut tūc
ferebat ratio. Hoc malū in
tractu rosido,cōuallibusq;
ac locis perflatū nō habentibus frequentissimū est:in uē-
tosis & excelsis nullū:quo siligo minus q̄ cætera frumē-
ta periclitat̄:qm̄ semp rectā habet spicā:nec rorē cōtinet,
q rubiginē faciat. Auertit̄ aūt lauri ramis in aruo defixis:
ut Pli.scribit:trāsitq; in eaꝝ folia ex aruis.℣ Exta Canis:
ad placādum Canē cælestē q interdū frugibus nocet. Vn
de ruffas canes diximus imolari solitas ad Catularią por
tā.℣ Aspera Rubigo:colebant & Rubigum Deū,quem
& Robigum dicimus.℣ Tremat:agitet a uento ne Ru
bigo noceat.℣ Sideribus secūdis:cæli clementia & fauo-
re.℣ Si culmos Titan incalfacit udos:uel cui repēte Sol
pluuiæ succedit.uel cum incoquit rorem.
PAV, MAR. ¶Et frustra quęres pecudē Helles Athamātidos:frustra
reqres Arietem Phryxi & Helles Athamātis Thebani fi
lii:hoc.d. Tu nō uidebis iam Arietē cum Sole oriētem:
nā totus nunc Taurus cum Sole orit̄:& Aries iam ante
cessit.℣ Dent signa imbres:quos eo tēpore Aries iducit:
& Moderatus ostēdit eo die Austrꝝ cum pluuia.℣ Et Ca
nis exoritur: de quo iā diximus.℣ Hac mihi Nomento:
cum poeta ex suburbano Romā redit;et:ut ipse inqt:oc-
currētęꝫ turbā habuit Rubigini sacrificaturam:cui sacer
dos Canē & ouem imolat.℣ Cū hac luce:hoc die.℣ Re-
direm:ego.℣ Nomēto Romā:Nomētum in uia qua i Sa
binos itur.ad.xv.ab urbe lapidē.℣ Candida turba:candi
dis iduta uestib⁹.℣ Obstitit:occurrēs aut obuia mihi ste
tit in media uia.℣ Flamē:sacer.nam q a Græcis Stepheo
phori a Romanis Flamines dicti sunt.& a gestione pi-
leorū,& infulaꝝ hoc noīe appellant̄.ut Dio.inqt: sed de
Canis & ouis imolan tur cani culæ his i secūdo diximus.℣ Ibat i antiquū lucū rubiginis:i lu
cum ab antiqs rubigini cōsecratū.℣ Daturus flāmis ex-
ta Canis,daturus exta ouis:imolaturus Canē,& ouē.& intestina

inteſtina crematurus. ¶ Protinus acceſſi: ſtatim illuc iui. ¶ Ne eſſem neſcius ritus: ut diſcerem ritum & morē ſacrorum. ¶ O Quirine: o Romule. ¶ Tuus Flamē: tuus ſacerdos: nam erat is Flamen Quirinalis. ¶ Edidit hæc uerba: ſcilicet. ¶ Aſpera Rubigo: oratio Flāmis ad ipſam Rubiginem: quam precatur: ut ſegetibus parcat. ¶ Sæuiat in arma: nō in ſata: aut ruſtica inſtrumenta: quo a colonis ſibi uota ſoluātur. Verum (ut diximus) Rubigum Deum uocabant: & eidem ſacrificabāt. ¶ O Rubigo aſpera parcas herbis Cerealibus: noli attingere Cereales ſegetes. ¶ Et cacumen: ſegetum, aut herbarū Cerealium. ¶ Leue: politū a te non obſeſſum. ¶ Tremat: impune agitetur. ¶ In ſumma humo: in ſummitate telluris. ¶ Sinas: permittas. ¶ Tu creſcere fata: creſcere & peruenire ad maturitatem ſegetes. ¶ Nutrita: ipſa fata. ¶ Secundis ſideribus cœli: proſpero ſiderum curſu. ¶ Dum: uſq; quo. ¶ Fiant apta falcibus: matura ſint, & falce ſecari poſſint. ¶ Vis tua nō leuis eſt: ſed grauis: nam magni momenti. ¶ Colonus mœſtus: triſtis. ¶ Habet illa frumenta in amiſſis: quia iam amiſſa exiſtimat. ¶ Quæ tu notaſti: corrupiſti. Nā ſtatim Cū fuerit fruges ſcabra rubigine læſæ: Cogit amiſſas flere colonus opes. ¶ Nec uēti nocuere tantum Cereri: non ſunt tam noxii frugibus Cereris uēti. ¶ Nec imbres: pluuiæ. ¶ Nec ſic pallet: ipſa Ceres: hoc eſt ipſa ſeges. ¶ Aduſta gelu marmoreo: q̄ſi nec pruinæ: nec glacies tantū nocent. ¶ Quantum ſi Titan: Sol. ¶ Incaluerit: calefacit. ¶ Culmos udos: madidos: tūc enim gignitur rubigo: cum madidi culmi ſegetis nimio Solis calore deſiccantur: & ideo inquit. ¶ Tūc Diua tremenda: Rubigo timenda. ¶ Eſt locus iræ tuæ: quia tunc tua ira ſæuit in ſegetes. ¶ Parce precor: & noli in ſegetes ſæuire. ¶ Auferremoue. ¶ Manus ſcabras: aſperas. ¶ A meſſibus: a frugibus. ¶ Neue noce cultis: noli nocere ſegetibus. ¶ Sat eſt poſſe nocere: ut in Heroidibus: Perdere poſſe ſat eſt ſi quem iuuat ipſa poteſtas. Sic nunc ſatis ſit poſſe lædere.

¶ Amplectere ferrum: non omne ferrum: ſed quod pernitioſum eſt: ut bellicum. ¶ Otia mundus agit: Cæſarum prudentia & uirtute. ¶ Inquinet arma ſitus: a ſinendo ſitus nomen accepit. Seruius ſitum uocat lanuginem ex humore procreatā. Hic eſt ſordes & ſqualor quem ferrum cōtrahit longa pace intactum. ¶ Abſenti: quia nocet Rubigo cum adeſt: nec rogatur, ut adſit uti Ceres & Copia. ¶ Acerra: ſarcula thuraria. licet etiam aliud ſignificet. ¶ Obſcœnæ canis: a cuius ſacris abhorret animus. ¶ Eſt Canis Icarium dicūt: deeſt quem. ut Vrbs antiqua fuit Tyrii tenuere coloni Carthago. Canis Icarius ē cuius ductu Erigone patris Icari cadauer inuenit: qui cum acceptum a Libero patre uinum paſtoribus potandum exhibuiſſet ab his interfectus eſt: qui ebrii facti putauerunt ſe ueneno fuiſſe tentatos. Hunc Propertius Icarum uocat. ut Icare Cecropiis merito iugulate colonis. Alii Icarium: a quo Statius in Thebaide uitium umbram Icariam uocat: is receptus in cælum Bootæ nomen accepit: ubi Erigone uirgo: Canis autem eodem quo prius nomine appellatur. Hunc quidam ferunt Himeram dictū: cuius ductu cum Erigone patrem inuenīſſet a paſtoribus iterfectū: ipſa ſibi mortem conſciuit: cui Canis ſpiritu parentauit: quem quidam ſcripſerunt ſe in puteum deiecīſſe Anygrum dictum: hoc eſt ſine humore: q̄ nemo poſtea eius aquis uſus fuerit. Erigone ariſtā ferre in cælo dicitur: auctore Macrobio: quæ fructib⁹ curuatur. Eam eſſe iuſtitiā credunt: quæ ſola facit naſcentes fructus ad uſus hominum peruenire. Eandē & pudorem e terris ænea ætate fugiſſe ad ſupos Heſiodus auctor ē. Sane Bacchus apud Statium in Thebaide ſuam Erigonem uocat ob Icarum patrem. Vnde olim in honorem Erigones Libero rem diuinam faciebant.

¶ Nec ſternas ſegetes: non deiicias in humum fruges. ¶ Sed amplectere durum ferrum: quaſi abrodas bellica inſtrumenta exitialia. ¶ Perde prius: potius q̄ ſegetes perdas quod pōt alios perdere: ferrum quo necantur homines. ¶ Vtilius carpes: rodes. ¶ Gladios & tela nocentia: arma ipſa pernitioſa. ¶ Nil opus eſt illis: armis. ideo ea abrodas. ¶ Mundus agit otia: quaſi qui in orbe ſunt otioſam uitam agunt ab omni bellorū tumultu uocantem. ¶ Niteant nunc opes ruris: nitida & ſplendida ſint ruſtica inſtrumēta. ¶ Sarcula: quæ a ſarriendo dicta ſunt. Crates ſunt illæ dentatæ: quæ ſuper trahuntur ſatis. Hora. Gaudentem patrio findere ſarculo agros. ¶ Et durus bidens, & aduncus: curuus. ¶ Vomer: niteant hæc & alia inſtrumenta: quorum uſus eſt ad proſcindēdam, euertēdamq; terram. Virgi. Sulco atritus ſplēdeſcere uomer: & uomerum quatuor genera oſtendit Pli. cultrum, roſtratum, porrectum, in mucronem faſtigiatum. ¶ Situs: ſqualor, & putredo. ¶ Inquinet: commaculet. ¶ Arma: bellica, & non Cerealia. ¶ Et conatus aliquis ducere ferrum uagina: cum gladium exerere e uagina uolet. ¶ Sentiat eſſe aſtrictum longa mora: cognoſcat rubigine preſſum & in uagina hærentem: ut facile exeri non poſſit. ¶ At tu: Rubigo. ¶ Ne uiola Cererem: noli corrūpere Cerealia dona. ¶ Et colonus poſſit ſemper ſoluere tibi uota abſenti: ut nuncupata uota tibi non lædēti fruges ſoluat. Hæc uerba a Flamine Quirinali proferebantur, deinde īmolauit Rubigini: adhibito ēt in ſacris thure & mero. Varro in re ruſtica cum. xii. Deos īuocare doceat: q facientes adiuuant, inquit: Quarto loco Robigū: at Floram: quibus propitiis: neq; Robigo frumēta: neq; arbores corrumpit: neq; non tēpeſtiue florēt. Itaq; publice Robigo: ferie Robigalia: Floræ ludi Floralia inſtituti. ¶ Dixerat: Flamē. ¶ A dextra: illi⁹ fuit. ¶ Mātile uillis ſolutis: nō iplicitis: aut nodoſis. nam ut apud Virgi. ton-

Himerā

Erigōe

PAV. MAR.

Sarcula Crates

Flamen q Vinalia agebat ſacra Rubigini Ludi floralia iſtituti & unde

Acerra quid sit

Arcula thuraria

sisq; ferũt mantilia uillis:sed solutis.¶ Et fuit acerra thuris cum patera meri:thus & merum adhibebantur in his focis:ut in cæteris ueluti ostendimus. Acerram Pompeius esse inquit aram: quæ ante mortuum poni solebat: in qua odores incendebant:& asserit alios dicere Arculã esse thurariam:scilicet ubi thus reponebant.¶ Patera: poculum est. Virgilius in.ii. Geor. Hic latices qualẽ pateris libamus & auro.& in Aenei.Impleuitq; mero pateram.¶ Dedit thura & ui num focis: thus & merum flammis iniecit.¶ Et fibras bidentis:exta ouis.fibras p extis posuit:quæ erãt in bimatu:ea quoq; cremantur.¶ Vidimus:itidem dari flãmis.¶ Turpia exta:intestina.¶ Canis obscœnæ: turpis. Turpia & obscœna iõ dixit: q; cum de more non esset canem immolare:turpiora illa uidebantur:quæ in assiduo usu non erant:etiã & illud additur:quod in epulas nõ mactabatur:& nouũ illud sacrificii genus obscœnum uidebatur.¶ Tunc Flamen ait quæris cur noua:inusitata.¶ Victima detur Canis:cur præter morem Canis imoletur.¶ Quæsieram: ego scilicet illud a Flamine.¶ Percipe causam:rationem huius rei.¶ Est Canis Icarium:imolari Canem pro Cani culæ sidere:cuius exortu(ut Pli.inquit)accendi Solis uaporem quis ignorat. Cuius sideris effectus amplissimi in terram sentiuntur. Feruent maria:exoriente eo fluctuãt in cellis uina:mouentur stagna,& reliqua. Mactatur igitur huic Canis nulla alia rõne: nisi quia cælestis sideris nomen retinet.¶ Et Canis:in cælo scilicet.¶ Dicunt Icarium:ferunt esse Canem Icari:qui interfectus fuit a pastoribus epoto,quod is dederat,uino. Cuius filia Erigone laqueo se suspendit:& canis se in Anygrum puteum deiecit:misertus Iuppiter cælo locauit. Alii putant Canẽ fuisse Europæ. Alii Orionis:sed hæc cumulatius ab Higinio referuntur.¶ Quo sidere moto: cum mouetur in ipso ortu.¶ Tota tellus sitit:ppter ignes: quos effudit.¶ Et leges præripitur: cum aresçat nimio calore.¶ Hic Canis imponitur aræ:immolatur.¶ Pro Cane sidereo: p ipso sidere.¶ Et quare fiat:qua rõne imoletur.¶ Nil habet nisi nomẽ:ut in cælo sidus:ita hoc in terris animal Canis uocatur: & ppter nomen Canis Cani mactatur.

De Caniculæ ortu: & eius effectibus

ANT. FAN.

¶ Phrygis Asiaraci:licet poetis non solum minuere,& augere:ut diximus:sed etiã mutare uocabula. Vnde hic Assaraci pro Priamo accipiamus necesse est. Tithonus enim,cuius uxor Aurora est,fuit Laomedontis filius:ac Priami frater.¶ Sustulit ter Iubar.iiii.calen.Maias docet Floralia celebrari:nec non & ineunte Maio:de quibus in sequenti libro latius tractabitur.¶ Loci liberioris:Martialis:Nosses iocosæ dulce cum sacrum Floræ. Ouid. infra:Mater ades florum iudis celebrata iocosis.¶ Aufert Vesta diem: uendicat sibi hũc diem Vesta sacrata in ædibus:quas Augustus habuit in palatio:& incẽdio ablumptas restituit.ut Vestaq; Cæsareos inter sacrata penates. Fuit & in earum parte Apollinis templum structum ab Augusto & admirandis operibus exornatum: ut Iosephus tradit. Vnde illud est:Et cũ Cæsarea tu Phœbe domestice Vesta. Et illud:Scripta Palatinus quæcunq; reponit Apollo. Suetonius in Augusto:templum Apollinis in ea parte Palatinę domus excitauit:quam fulmine ictam desiderari adeo haruspices pronunciarent. Habitauit autem Augustus(teste eodem Suetonio)primo iuxta forũ Romanum. Postea in palatio:ubi exornauit ædem Apollinis porticibus,& biblyotheca latina,græcaq; ita ut cum deambulatione ad ipsum templum Apollinis coniungeretur. Templum ipsum Apollinis constat.I.pedum:dubium ære nobiliorem an pulchritudine. Habuit idem templum cortinas aureas:quas Augustus conflatis omnibus argenteis statuis sibi positis Deo dicauit.item Lychnum pensilẽ arboris modo mala ferentis lucentem:quam Alexander(ut inquit Plinius)ceperat expugnatione Thebarum.¶ Cognati:Augusti.ut Ortus ab Aenea tangit cognata sacerdos Numina cognatum Vesta tuere caput.

Floralia .iiii.calẽ. Maias

Vestę festuz.iiii. calẽdas Maias

Apollinis templum in palatio

Augusti ædes in palatio

¶ Cum Priami:tertio die a Robigalibus:hoc est pridie calẽdas Maias:idest ultimo die Aprilis:erunt Floralia. Verum Floraliorũ celebritas transfertur in calendas Maias: cum sit pridie calen.sacrificãdum Vestæ & Apollini in palatio: in sacellis ab Augusto consecratis:iunctis suis ædibus. Templum enim Apollinis (ut Tranquillus inquit)ea parte Palatinæ domus excitauit:quam fulmine ictam desiderari adeo haruspices pronunciarent. Addita porticus cum biblyotheca latina,græcaq; : quo loco iam senior sæpe etiam senatum habuit: Decuriasq; iudicum recognouit. Sed de ea nos plura in Tristibus diximus. & de Vesta dicemus in sexto.¶ Cum coniux Tithonia: Aurora Tithoni uxor.¶ Relicto fratre Priami: relicto Tithono Laomedontis filio:sic Priami fratre. Et erat hic locus deprauatus: cum ita legeretur.¶ Cum Phrygis Assaraci Tithonia fratre relicto: & omnibus constat Tithonum non fuisse fratrem Assaraci: sed Priami. Assaracus enim fuit filius Trois, & frater Ili:& patruus Laomedontis: ex quo Priamus & Tithonus nati sunt. Nos ita locum emendauimus: Cum Priami coniux Tithonia fratre relicto.¶ Tersus tulit: eleuauit.¶ Immenso orbe Iubar: splendorem suum. nisi referas ad Luciferum. ut illud Virgil. It portis Iubare exorto: sed hoc in primo diximus:id nunc dicit tertio die a Robigalibus.¶ Venit Dea florum:Flora ipsa.¶ Nexa: coronata.¶ Variis coronis:uariorum florum sertis.¶ Scæna: theatrum ubi scæna est: de quo superius.¶ Habet morem ioci liberioris: lasciuiæ licentioris: quæ referetur in ipsis ludis. de quo in sequenti libro dicetur.¶ Festum Florale exit in calendas Maias: differtur in sequentem diem.nam propter consecrata ab Augusto sacella Apollini, & Vestæ sacrificatur.¶ Tunc: tum de calendis Maiis agam.¶ Repetam: Floralia ipsa.¶ Nunc urget: cogit me.¶ Grandius: maius opus. nam maiora numina Apollinis, & Vestæ: quam Floræ.¶ Vesta est recepta limine cognati: in ædibus Augusti Palatinis: ubi est illi sacellum consecratum.¶ Cognatam domum: Iuliam Vestæ dicit: quod ostendimus in superiore libro.¶ Sic constituere iusti senes: iustus senatus: nam consecratus locus ex senatus auctoritate.¶ Phœbus habet partem: cum eius templum occupet partem Palatinæ domus.¶ Altera: hæc secunda pars.¶ Cessit Vestæ: nam & partem ædium eius templum occupat.¶ Ipse tertius: Augustus.¶ Tenet quod supersit illis: eam ædium partem: quam duo illa templa non occupant.

Apollini & Vestę sacrificatur calẽ. Maii

PAV, MAR. Floralia sunt die ultimo Aprilis

¶ Cum Phrygis Assaraci Tithonia fratre relicto
Sustulit immenso ter Iubar orbe suum:
Mille uenit uariis florum Dea nexa coronis:
Scæna ioci morem liberioris habet.
Exit & in Maias Festum Florale calendas:
Tunc repetam:nunc me grandius urget opus.
¶ Aufert Vesta diem:cognati Vesta recepta est
Limine:sic iusti constituere patres.
Phœbus habet partem:Vestæ pars altera cessit:
Quod superest illis,tertius ipse tenet.

¶ State

ANT. FAN. Laurus i palatio uñ triũphantes coronabantur Querc? media

quãdam in delitiis:quæ Iouem aluiſſet.Nõnulli ẽt Aegã Solis filiam dixerunt:multo candore corporis pſtantem cui contrarius pulchritudinis horridus aſpectus exiſtebat.Quo Titanes pterriti petierunt a terra:ut eius corpus obſcuraret:quã terra ſpecu quodam cælaſſe dicitur in inſula Cretæ:q poſtea Iouis fuiſſe nutrix demonſtrat.

Sed cum Iuppiter fidẽs aduleſcẽtia bellũ cõtra Titanas appararet:rñſum ẽ ei: ſi uincere uellet:ut ægos pelle tectus:& capite Gorgõis belIum adminiſtraret:quã ægida appellauerũt.Itaq; facto, qđ ſupra declarauimus,Iuppiter Titanas ſuperans:regnum ẽ adeptus:& reliqua oſſa ægos caprina pelle contecta anima donauit:& ſtellis figuratã memoriæ cõmẽdauit:& poſtea,quibus uſcerat,Mineruæ cõceſſit arma. Homerus ait Aegã quãdã fuiſſe Panos uxorẽ.Eã compreſſam a Ioue pepiſſe: quẽ uiri ſui Pãnos filiũ diceret. Itaq; puerũ ægidã:Iouem ægiocũ dictũ:q ꝙ eũ diligebat puerum inter aſtra capræ figuram memoriæ cauſa collocauit,hæc ille. Cætera q̃ ad rem facerent:diximus ſuperius.¶ Surgat opus a Ioue:incipiamus mẽſem Maium a Ioue deſcribere.¶ Prima nocte.cal.i.¶ Eſt uidenda ſtella officioſa in cunis Iouis:ſtella capræ Amaltheæ:quæ officio nutricis functa eſt in Ioue educando:cum in cunis eſſet.¶ Naſcitur:oritur.¶ Signum pluuiale:pluuias inferens in ortu.

ANT. FAN. Olenia capella Olenus Vulcani filius Cornu copiæ Ceræ Amaltheæ

¶ Oleniæ capellæ:ab Oleno Vulcani filio:cuius filiæ Iouis fuere nutrices:ut quidam tradunt:uel ab Oleno urbe Achaiæ:ad quã Iouẽ ferunt lactis alimenta ſuſcepiſſe. Sunt & alibi urbes eiuſdem nominis.¶ Nais Amalthea: non claudicat uerſus.Vi.n.cæſuræ ſyllaba correpta ꝓducitur.¶ Vbere:tãto g̃tum alumnus Iuppiter poſtulabat. ¶ Res cæli:imperiũ.ut Poſtq̃ res Aſiæ:Priamiq; euertere gentẽ Immeritam uiſum ſuperis.¶ Fertile cornu:cornu copiæ dicitur ceras Amalthias:quod nõnulli fabulantur ab Acheloi fronte Herculem ſuſtuliſſe:ut Strabo auctor eſt.Quod ideo finxerunt:quia Hercules aggeribus & aquarum ductibus Acheloum ꝓperã ac dãnoſe labentem coercuit.Cumq; agri ꝓpinq fluminis aquarum abundantia uaſtarentur Oenei gratia:cui erat affinitate cõiũctus:Acheloum ſiccauit.Vnde ſubſecuta eſt agrorum fertilitas:hoc ẽ cornu copiæ.Phocion peripateticus: teſte A. Gel.libro multæ,uariæq; hiſtoriæ refertum inſcripſit ceras Amalthias.Dr̃ aũt Amaltheæ,ſiue Acheloi cornu datum copiæ ſm aliquos:qa fortuna,cuius miniſtra copia eſt:ditiſſima eſt oium:& in cornu uirtus eſt multoꝝ aliorum:ut fortunæ uires in diuitiis ſunt:quibus multos ad ſe trahit. Diodo.tradit Amaltheã puellã ab Hammõe ad Ceraunios montes dilectam & cognitã: præfectam eſſe regioni feraciſſimæ:cuius forma bouis cornu ſimilis fuit. Vnde factum inquit: ut poſteritas locum fructibus copioſum appellauerit Amaltheæ cornu.

Amaltheã ab Hãmõe ad ceraunios montes dilectã PAV. MAR.

¶ Capellæ oleneæ: Captæ Helyces nymphæ Oleni filiæ.Vel ab Oleno oppido in Bœotia. De quo Sene.Olenos tectis habitata rariis.& poeta in Heroidibus: Pleias & Arctophylax:oleniſiq; pec?. & Olenos ciuitas i Aetho

Naſcitur oleniæ ſignum pluuiale Capellæ:
Illa dati cælum præmia lactis habet.
Nais Amalthea Cretæa nobilis Ida
Dicitur in ſiluis occuluiſſe Iouem.
Huic fuit hædorum mater formoſa duorum
Inter Dictæos conſpicienda greges:
Cornibus aeriis,atq; in ſua terga recuruis:
Vbere,quod nutrix poſſet habere Iouis.
Lac dabat illa Deo:ſed fregit in arbore cornu:
Truncaq; dimidia parte decoris erat.
Suſtulit hoc nymphe:cinxitq; decentibus herbis:
Et plenum pomis ad Iouis ora tulit.
Ille ubi res cæli tenuit:ſolioq; paterno
Sedit:& inuicto nil Ioue maius erat.
Sidera nutricem nutricis fertile cornu
Fecit:quod dominæ nunc quoq; nomen hẽt.

lia:cuius meminit Home. in Iliade:iuxta quã Calidonius aper peremptus dicitur,& Olenos etiã in Achaia:de quo Stra.agit in.viii.li.meminitq; Oleniæ capellæ:& non longe ab Oleno eſt Egium oppidum:ubi aliqui uolunt Iouẽ fuiſſe educatum.ita.n.inquit Stra.At Egiũ ſatis incolarũ habet.Iſto in loco Iouẽ a capra lactis alimenta ſuſcepiſſe ſcribunt:ſicut Aratus prodidit:Diuaq; capra Iouis: fama eſt:hic ꝓbuit uber.& ſubdit: Oleniãq; Iouis uates dixere Capellã.¶ Illa:capella.¶ Habet cælum:in cælo figurata eſt.¶ Præmia la.da.propterea q; ei? lacte Iuppiter educatus eſt.¶ Amalthea Nais: nympha.Verſũ Naiades fluuioꝝ & fontium nymphæ ſunt:a ναω qđ eſt fluo.¶ Nobilis in Ida Cretęa:i Ida Cretenſi.¶ Dr̃ oc.Io.in ſiluis:nã illi nutriẽdũ datũ in ſiluis pauit. ¶ Mr̃ formo. duo. hæ. fuit:hæc Amalthea habuit pulchram capellam: q̃ duos hædos peperat. ¶ Conſpicienda: admiranda. ¶ Inter greges Dictæos:greges inter capellas Dictæi montis. ¶ Cornibus aeriis: coſpiciẽda inquam propter alta cornua.¶ Atque in ſua terga recuruis:quæ in terga reflectebantur.¶ Vbere:etiam conſpicienda.¶ Quod poſſet habere nutrix Iouis:ea quæ Iouem educabat.¶ Illa: capra. ¶ Dabat lac Deo:Ioui prima alimẽta ſuggerebat. ¶ Sed fregit cornu in arbore:dum irruit in arborem cornibus: alterum e duobus fregit.¶ Et erat trunca dimidia parte decoris:nam effracto cornu:media pars decoris erat ſublata.¶ Nymphe ſuſtulit hoc: Amalthea eleuauit cornu truncatum.¶ Et cinxit herbis decentibus, &tulit plenũ pomis ad ora Iouis:impleuit illa pomis cornu: qđ odoris herbis & floribus cinxerat:& ad Iouem puerum tulit.¶ Ille:Iuppiter.¶ Vbi:poſtq̃.¶ Tenuit res cæli:occupauit regnum cæli.¶ Et ſedit ſolio paterno:ſolio Saturni. ¶ Et nil erat maius Ioue inuicto: qui uicerat omnes hoſtes:& inuictus ſemper fuit:& iam ſuperior erat omnibus Diis. ¶ Fecit nutricem ſidera: Capram in ſidera trãſmutauit.¶ Cornu nutricis fecit fertile:fecit illud cornu copiæ.& in Metamor.dicit:Cornu Acheloi qđ Hercules truncauit ſacratum:& datam illi copiam: Naiades hoc pomis:& odoro flore repletum Sacrarunt:diueſque meo data copia cornu. & tunc inquit cornu Amaltheæ datam copiam. Sic & alii tradunt. Sed a regione datus eſt locus fabulæ.Diodo.enim ſcribit Hammonem perambulantem iuxta Ceraunios montes: conſpectam a ſe uirginem forma pulcherrimam Amaltheã nomine adamaſſe:filiamq; ex ea genuiſſe: ſpecie ac robore corporis inſignem:Amaltheã uero propinquæ oræ præfeciſſe bouis cornu perſimili:ex quo occiduuꝝ cornu ſit noiata.Et qm̃ ea regio eẽt uineis:cæteriſq; fructiferis arboribus referta:a muliere autẽ regeret:Amaltheæ cornu eam dixere.Propterea & poſteri hoies optimã,copioſamq; fructibus patriam ab ea ſimilitudine Amaltheæ cornu appellarunt.Hæc ille.ideo poeta dicit.¶ Quod:cornu.¶ Vtic quoq; habet nomen dominæ:nam cornu Amaltheæ dicitur.Et Hora.inquit: Copia manabit id plenum benigno Ruris honorum opulenta cornu.

Amaltheа habuit cãpellã: q̃ habuit duos Hędos: ſ; fregit cornu ĩ arbore

Cornu Acheloi qđ Hercules donauit Deæ copiæ.Alii ħ cornu dixerũt eẽ Amaltheæ

ANT. FAN. Praestitibus Maiae &c. calédis Maiis Laribus p̃stitibus ara Romae dicata est: quos Plutarchus in q̃stionibus p̃fides uocat. Colebant aũt & priuatim i domibus: teste Seruio: & publice in compitis: tradito ritu a Seruio Tullo: auctore Pli. q cũ regẽ creditũ ingt Laris familiaris filium: & ob id compitalia & ludos Laribus primuꝫ instituisse: quibus postea: ut Macr. memoinit. xi. ca. Ianuarias feriae dedicatae sunt: & bello Anthiochiae uota est aedes ab Aemilio Regilio p̃tore in cãpo Martio. Hi q̃ omnia suis oculis tuta p̃starẽt, Praestites dicti sunt: ut Ouidio placet hoc loco: notatiq; sunt ẽt Hostilii: quod hostes arcere putarent. Festus Praestitem ab antiqs dictũ scribit in eadẽ significatiõe: qua nũc Antistitem dicimus. Vñ sunt & alii Deoꝝ: quos Prestites cognominamus. Quare Macro. Praestites Deos ingt hoi nalcẽti p̃ Aegyptios adesse quatuor: Dimõa, Tychyn, Erota, Anachyn. Lares igit̃ p̃stites dicti sunt: q̃ nõ solum priuatarꝫ aedium ac triuioꝝ: sed & urbis custodiae p̃esse crederẽt: ut Vrbisq; laborẽ Testatos sudore lares. Putabãtur aũt Lares esse animae hominũ siue Dii inferiores: auctore Festo. Vnde ait Seruius in lucis habitare mães piorum: qui Lares uiales sunt: & laruas umbras uocari. Eos Porphyrio Deos domesticos appellat: scribitq; Augustũ posuisse in cõpitis lares ac sacerdotes libertinos eis dedisse. Alii (ut Lactantius & Diomedes grammatici) scribunt Idaeos Dactylos siue Curetes Lares cẽ putant: eosq; tres esse arbitrant̃: sed dicunt̃ ab aliis duo. ut Geminosq; parit qui compita seruant: Et uigilant nostra semp in urbe Lares. item: Bina gemellorum quaerebant signa Deoꝝ. His additus est aliquãdo Augusti Genius. uñ infra legimus: Et uici numina terna colunt. Ornabant̃ Lares floribus & coronis. Suetonius in Augusto: Cõpitales Lares ornare bis in anno instituit uernis floribus & aestiuis. Tibullus: Rure puer uerno primũ de flore coronam Fecit: & antiquis imposuit laribus. Iuuenalis: O parui nostriq; Lares: quos thure minuto aut farre: & tenui soleo exornare corona. Pli. Iam tum coronae Deoꝝ honos erant: & Lariũ publicorũ, priuatorũq;. Sed fuerũt aliq̃ coronae: quibus Lares ornabant̃ adeo magnificae: ut ea eẽnt amplitudine qua & donaticae: quibus uictores (ut ingt Festus) i ludis donabant̃. Placari aũt putabant̃ Lares gallinaꝝ fibris: ut q dam tradũt. Quare Iuuenalẽ dixisse arbitramur: Laribus cristam promittere galli Non audent. Horũ patrem esse Mercurium supra ostensum est: matrem Var. & Macro. docent Maniam appellari: cui cum p̃ sospitate familiariũ pueri mactarentur ex responso Apollinis: quo prẽceptũ erat ut capitibus supplicaretur: Iunius Brut⁹ pulso Tarquinio id sacrificii genus aliter constituit celebrandum: iussitq; alii, & papaueris capitibus supplicari. Ea sacra ex uiis compitorum ubi celebrabantur Compitalia dicta sunt: quae solebant quotãnis concipi: quemadmodum & latinae feriae: ut auctor est Varro: qui Compitalia scribit diem esse laribus attributũ: in quo laneae effigies in compitis suspendebantur: ut ait Festus: ut Lares uiuis parcerent. & eiusmodi simulachris contenti essent. Concipiebantur autem Compitalia (ut docet Macrobius) fere his uerbis: Die noni post calendas Ianuarias Quiritibus cõpitalia erũt. Ea Tarquinius Superbus restituit Laribus ac Maniae: sed postea remoto scelere crudelis sacrificii factum est: ut idem inquit Macro. ut effigies Maniae suspẽsae periculũ si quod immineret, familiis expiarẽt. Diomedes grãmaticus auctor est: constituisse Romulum in honorem scrophae: quae. xxx. porcos peperat Lares, q Grũdiles dicebant̃: qa pro grũnire (quod porcorum ẽ) grũdire a ueteribus dicebatur. ☞ Ara erat illa quidem Curibus: e Curibus oppido Sabinoꝝ Romam trãslata est ara: quam Romani calẽdis Maii dedicarunt. Vnde auctor ait infra: Bina gemellorum quaerebam signa Deorũ: Et mille Lares: Geniũq; ducis, q tradidit illos Vrbs habet. ☞ Saxo longa senecta nocet: quia uix Deorum simulachra cerni poterant uetustate consumpta. ☞ Stant quoq; pro nobis: sicuti pro Curibus steterunt: ita nũc p̃ urbe Roma stant. ☞ Et sunt p̃sentes: fauẽt imperio Ro. nam p̃sentia numinis fauor est. ut Nectaꝫ p̃sentes alibi cognoscere Diuos. ☞ Canis ante pedes: effingebatur apud lares Canis simulachrũ: qm̃ is diligenter excubat: quẽadmodũ & Lar fidus est dño ac furibus aduersatur. De hoc Columella: Quis inquit tanta uociferatiõe bestiã, uel furem p̃dicat: quãta iste latratu? quis custos incorruptior? quis excubitor inueniri põt uigilantior? quis denique ultor aut uidex constantior? Pli. li. viii. Nat. hist. Fidelissimi ante oĩa homini canes: atq; eq. & pugnasse aduersus latrones canẽ pro domino accepimus: confectũq; plagis a corpore non recessisse uolucres & feras abigentem. Lege cætera scitu dígna. Plutarchus in Quaestiõibus: Laribus inquit quos proprie p̃sides uocãt canes assistere: & ipsos canũ pellib⁹ amiciri: qm̃ per p̃sides sunt: eos alienis formidolosos esse oportet uti canes uidemus: domestícis uero mites ac mãsuetos. uel q̃ lares quidam furiales sunt & exactores uitae nostrae: atq; operationum speculatores: qbus assidet canis: quẽ nouimus ad inuestigandum sagacẽ esse. Lares Persius succinctos uocat: ut Bullaq; succinctis Laribus donata pepẽdit: q̃ succingerent canũ pelles: qbus induebant̃: ut eẽnt ad speculandũ actiones hoium expediti: iis adulescẽtes generosi exacta pueritia bullas suspẽdebant. ☞ Saxo fabricatus eodem: qũo & Lares. Hoc saxum (ut diximus) e Curibus Romam translatum est: ubi calend. Maiis Ro. arã, quã Laribus constituerãt, dedicarunt: nã quãuis id saxũ & antea Curibus fuerat dedicatum: nolim tñ existimes externã dedicationẽ Romae (qd̃ apud nullũ scriptorẽ inuenies) celebrari. quod si esset non daretur in Romanorum fastis profestum diem inueniri.

¶ Praestitibus Maiae laribus uidere calendae
Aram constitui, paruaq; signa Deum.
Ara erat illa quidem Curibus: sed longa uetustas
Destruit: & saxo longa senecta nocet.
Causa tamen positi fuerat cognominis illis:
Quod praestant oculis om nia tuta suis.
Stant quoq; pro nobis: & p̃sunt moenibus urbis:
Et sunt praesentes: auxiliumq; ferunt.
Et Canis ante pedes saxo fabricatus eodem
Stabat: quae standi cum lare causa fuit?
Seruat uterq; domũ: domino quoq; fidus uterq;:
Compita grata Deo: compita grata Cani:

☞ Praestitibus Maiae Laribus: calen. Maias est festum Larium: quod ea die ara fuerit illis consecrata a Curibus Sabinis. Hi Lares Dii domestici: qui & priuatas domos: & urbis seruant & tuent̃ moenia: Larae nymphae & Mercurii filii: de quo in. ii. diximus. Appellatiq; sunt p̃stites: q̃ omnia p̃stent tuta: & q̃ pro nobis: & pro moenibus stẽt. Verum Pom. inquit praestites in eadem significatione dicebant antiqui: qua nunc antistes dicitur. ☞ Calendae Maiae uidere: hoc est homines calendis Maiis uiderũt. ☞ Cõstitui: erigi & consecrari. ☞ Aram Laribus p̃stitibus: qui praestites dicti. ☞ Et parua signa Deum: parua ipsorum

Larium

Lares grũdiles in honorẽ scrophae instituti a Ro.

Canis simulachrum apud Lares

Canes dicti sũt p̃sides Larium

Lares succincti bulla aurea

PAV. MAR. Ara lari b⁹uetu state col lapsa est

Lares furiales dicti: poenaꝫ exactores uitae

ANT. FAN. Ex Curibus adueccti sunt Lares dii qbus sacrificabãt cuꝫ floribus aestiuis ex Augusti instituto

Exagitant & Lar & turba Diania fures:
Peruigilantq; Lares:peruigilantq; canes.
Bina gemellorum quærebam signa Deorum
Viribus annosæ facta caduca moræ:
Mille Lares,Geniumq; ducis,qui tradidit illos:
Vrbs habet:& uici numina trina colunt.
Quo feror? Augustus mẽsis mihi carminis huius
Ius habet:interea Diua canenda Bona est.

Ara lari buetu state col lapsa est

Larium simulachra. ☞ Illa quidem ara erat Curibus:& a Curibus Sabinis erecta: & in qua Cures sacrificabant. Alii legunt sic hoc carmen Vouerat illa quidem Curius &c. ☞ Sed longa uetustas Destruit: nam uetusta te collapsa est. ☞ Et longa senecta: ipsa uetustas. ☞ Nocet saxo: q uetustate est exesum & collapsum. ☞ Tamen causa cognominis positi illis:causa q appellãtur Dii Præstites fuerat q præstant oia tuta suis oculis cũ ꝑsint custodiẽ:tuent omnia oculis uigilãtibus. ☞ Stant quoq; ꝑ nobis: sunt in statiõe pro salute nr̃a. ☞ Et ꝑsunt mœnibus urbis: custodiæ mœniũ nr̃oꝝ. ☞ Et sunt ꝑntes:qa a nobis nõ recedũt. ☞ Et ferũt auxiliũ:ꝑstãt nobis iploratã opẽ. ☞ Et canis añ pedes:addit canis Laribus. Et Plu. Proble. li. agit: Cur laribus:quos ꝑprie ꝑsides uocant:canis assistit: ipsi autẽ canũ pellibus uestiunt. An q ꝑsides sunt:q prẽsunt: Hos autẽ domus custodes esse oportet:& absentis formidolosos:sicut canes uidemus. Mites uero,aclenes, mãsuetosq; domesticis. An illud uerius est:qd a quibusdã Romanis dr̃:& Chrysippus opinat̃:Dæmonia q̃dã mala circũire:qbus Dii quasi carnificibus:& scelerũ ultoribus aduersus iniustos & ipios utunt̃. Sic Lares furiales qdam sunt & pœnaꝝ,& exactores uitæ, & opationũ speculatores. Iccirco,n. fit ut caninis pellibus induant̃:qbus & canis iõ assidet:q ad inuestigãda scelera:& ulciscẽdos iprobos sagaces sint. ☞ Et canis stabat fabricatus eodẽ saxo: imago canis in eodẽ marmore sculpta. ☞ Añ pedes: Lariũ. ☞ Quę cã fuit stãdi cum Lare: q̃ rõne Lari canis assistit. ☞ Seruat uterq; domũ:hęc ẽ rõ:q Lar & cãis custodit domũ. ☞ Vterq; ẽ fid? dño:fidelis suo dño ẽ canis. de quo Pli. Ex his aialibus multa sunt cognitu digna:fidelissimũ q; añ oia noi canis:& fidelis Lar q domũ seruat. ☞ Cõpetat:ubi plures uię competunt. ☞ Sunt grata Deo:Lari. s. qm̃ in cõpitis colunt̃. ide & cõpitales dicti. Et Sue. de Augu. inqt:Cõpitales Lares ornare bis i anno instituit: uernis floribus & æstiuis. ☞ Cõpita grata cani:qm̃ & ea seruat. ☞ Et Lari:duo tñ sunt Lares:ut in. ii. Geminosq; parit q cõpita seruant: Et uigilant nr̃a sp in urbe Lares.

Lares furiales dici: pœnaꝝ exactores uitæ

ANT. FAN. Ex Curibus aduecti sunt Lares dii qbus sacrificabãt cuꝝ floribus æstiuis ex Augusti instituto

¶ Turba Diania:canes quib? Diana uenatrix utit. ☞ Bina gemellorũ &c. descendit paulatim ad Augusti laudẽ. & est sensus:Quærebã ubi essent Lares Gemelli e Curibus aduecti:& inueni in urbe nõ duos tantũ siue gemellos Lares,qui fuerant Sabinorũ:sed mille ac pene infinitos:cuꝝ oia uicorũ urbis cõpita duos Lares hẽant:& cum his Aug. genium. ☞ Geniũq; ducis q tradidit illos: Augusti geniũ, qui nouo more Lares coli uoluit:cũ(ut ostẽdimus)testimonio Suetonii instituerit: ut nõ semel: sed bis in anno ornarent̃ uernis floribus & æstiuis. nam añ Augusti tpa Cõpitalia(ut diximus)dies Laribus attributus:auctore Var. xi. cal. Ianuarias celebrari solebant q̃uis concipi cõsueuerunt:ut supra oñdimus. Ritus aũt antiquissimus colendi Lares a Seruio rege traditus est. ☞ Numina terna:duos Lares,& Augusti geniũ. De Geniis diximus supra. Tantus aũt honor tributus est Augusti genio:ut reges amici ac socii Romanorũ ædẽ Iouis olympici Athenis antiqtus ceptam ꝑficere cõi sumptu ac ei dedicare destinauerint. ☞ Quo feror? sensus ẽ:Præoccupo quæ mense Augusto,atq; in octauo huius operis libro dicenda sunt in Augusti laudẽ:non q mẽse Augusto Compitalia celebrarent̃:cum eiusmodi feriæ hyemis essent non ꝙstatis:sed q eo tpe Lares ritu tradito ab Augusto Cæsare æstiuis floribus ornarent̃. naꝝ uernis solebant ex eius instituto hoc tempore. i. calen. Maiis exornari. ☞ Interea Diua canenda Bona ẽ: huius quoq; Deæ Romani ĩ tpe celebrabant:quo Maiæ:quã qdã Bonam Deã esse uolunt,ędes dedicata est. Var. ut Mac. refert: Bonã Deã Fauni filiã esse tradidit:adeo pudicã:ut extra Gynetyũ nunq̃ sit egressa: nec uirũ unq̃ uiderit: nec a uiro uisa sit:nec nomẽ eius in publico auditum fuerit. Quidã eã Medeã putant: q in eius æde oẽ genus herbaꝝ esset:ex qbus antistites dabant plerũq; medicinas: & q tẽplum eius uiꝝ itrosire nõ liceat pp iniuriã: quã ab ingrato uiro Iasone perpessa est. Iuuenalis:Vbi uelari pictura iubetur Quæcũq; alterius sexus imitata figura est. Tibullus: Sacra Bonæ manibus non adeunda Deæ. Ro. eam Dryadã puellã Fauni uxorem existimãt:in cuius sacris mulieres multa Bacchanalibus similia faciebãt:peragentes noctu magnã ptẽ sacrorum & sonis tibiarũ longas uigilias exercẽtes. Lege Macro. in Saturnalibus,& Plu. in Cæsare: ubi multa quæ ad hanc rẽ ptinent pertractant̃. Sciendũ sacrificiũ Bonæ Deæ publicũ dici:& tñ esse minime publicũ:ac ꝓpterea Damiũ appellari:ut Fest? docet. Fiebat. n. ĩ operto:& contrarietate Damiũ dicebatur:& Dea quoq; ipsa Damia: & sacerdos eius Damiatrix uocabat̃. sed ideo publicũ appellari consueuit(ut publica saltẽ his intacta malis agerent̃ sacra) quia mox fuit quotannis pro salute po. Ro. in ædibus pontificis maximi:huic Deæ sacra fieri:ut legimus in uita Ci. quibus faciẽdis tantũ mulieres aderant. Quare ait Iuue. Non sine stomacho sed more sinistro Exagitata procul nõ itrat fœmina limẽ Solis ara Deæ maribus patet. Mactabat̃ in his sacris sus ꝑgnans:ut Atq; Bonã tenere placant abomine porcæ. & Magno cratere Deũ. Sunt qui dicunt Bonã Deam Florã esse:in cuius ædẽ omni florũ genere exornatã mulieres myrtũ nõ inferebant:quæ cũ uinũ ei biberent lac appellabant:quarũ reꝝ cãs Plu. tradit. Nõnulli Græcorũ eã ex Liberi nr̃ibus eẽ. alii Proserpinã:alii Semelẽ crediderũt. ¶ Et turba Diania: canes Dianæ dicati. ☞ Exagitant:uexant,& repellũt fures. ☞ Et cuigi. Lares:& puigilant canes:utriq; sunt uigiles:ut custodiãt & mœnia & domos & cõpita:neqd mali per noctẽ fiat. ☞ Quærebã bi. signa: bia simulachra. ☞ Deoꝝ ge:Lariũ:q gemini sũt. ☞ Facta ca. colapsa,& deleta. ☞ Viribus an. moræ: ĥ ẽ longitudie tpis. i. ipsa uetustate. ☞ Vrbs:Roma. ☞ Hẽt mille Lares: mille Lariũ simulachra. ☞ Et ge. ducis:Mercurii. ☞ Qui tradidit illos:q genuit Lares:cũ Larã nymphã iussu Iouis ad iferos ducens eã grauẽ reddidit. Geniũ. n. appellabãt Deũ:qui uĩ obtineret reꝝ oium gerẽdarꝝ. Ausustius: Gẽius,inqt,est Deoꝝ. f. & parẽs hoium:ex quo hoies gignunt̃. & ppea Gẽius me? noiatur:qa me gẽuit. Alii Geniũ eẽ putarũt uniuscuiusq; loci Deũ. Præterea Marcel. (auctore Laberio)oñdit Gẽiũ gñis eẽ Deũ. ☞ Et uici colũt tria numia:in urbibus & cõpitis uicoꝝ colebant̃ duo Lares:& ipse Geni?. Sũt q ad triuiũ referant:qm̃ i triuiis colebat̃. ☞ Quo fe. q̃si quo ꝓgredior. ☞ Augustus mẽsis hẽt mihi ius hui? carmis:q̃si nõ ẽ agẽdũ nũc de Cõpitalibus. nã ea celebrant̃ in mẽse Aug. ☞ Interea Diua canenda Bona ẽ: agendũ ẽ de Dea Bona:cuius festũ cal. Maiis celebrat̃. Vñ Cornel. Labeo(Theodosio teste)Maiç:idest

Bonæ Deæ festũ calẽ. Maias Bona Dea dicta est Dea publica

Damiũ Damia Damiatrix

Sus pręgnãs bonæ Dęfactificabatur

PAV. MAR.

Geniũ generis Deum ĩ cõpitis uicorũ colebat̃ mense Augusto

tertræ ædē cal. Maiis dedicatū sub noīe Bonæ Deæ. & eā dē esse Bonā Deā ex ipso ritu occultiore sacrorū doceri posse cōfirmat. Hāc ēt Bonā: Faunāq; Opē & Fatuā pontificū libris indigitari. Bonam q̄ oium nobis ad uictū bonorū cā est, Faunā: q̄ oī usui aiantiū fauet. Opē: q̄ ipsius auxilio uita constet. Fatuā a fando. Infantes partu editi: non prius uocē edunt: q̄ terrā attigerint. Sunt q̄ dicant hāc Deā potentiā hr̄e Iunonis, iō q̄ regale sceptrū in sinistra aditū. Eādem alii Proserpinā credūt: porcaq; ei rē diuinā fieri: q̄a segetez quā mortalibus Ceres tribuit: porca depasta est. Alii χθονιαν εν ακτην: Bœotii Semelē credūt. Nec nō Fauni filiam dicunt: obstitisseq; uolūtati pr̄is in amorez; suū lapsi: ut & uirga myrtea ab eo uerberaret. Cū desiderio pr̄is: nec uino ab eodē p̄sta cessisset. Trāsfiguratse se tñ in serpentem pr̄ credit: & coisse cū filia. Horū hoc indicii proferunt: q̄ uirgā myrteā hēri in tēplo nefas sit: q̄ sup caput eius extēdat uitis: qua pr̄ eā decipe tētauit: qd̄ uinū in tēplū eius nō suo noīe soleat inferri. Sed uas mellariū & uinū lac nūcupet. Serpētesq; in tēplo eius: nec timētes: nec terrētes appeant. Quidā Medeam putant: q̄ i æde eius genus herbaꝝ sit: ex qbus antistites dant medicinas: qd̄ tēplū uirꝝ igredi nō liceat: pp iniuriā: quam ab ingrato uiro Iasone ppessa est: hæc apud Græcos θεος τυναικειαν dr̄: quā Var. filiā Fauni tradidit adeo pudicam: ut extra τυναικωνιτυν nunq̄ sit egressa: nec nomē eius in publico fuerit auditū: nec uirꝝ unq̄ uiderit: uel a uiro uisa sit: pp qd̄ nec uir tēplū eius ingredit: unde & mulieres i sacro Herculis nō licet interesse: ga Herculi Gerionis boues p Italiq; agros agenti: sitienti rndit mulier aquā nō posse p̄stare: q̄ fœminaꝝ Deo celebraretur dies: nec ex eo appatu uiris gustare fas esset: pp qd̄ Her. facturus sacrū detestatus est p̄ntiā fœminaꝝ. Et Potitio: ac Pinario sacrorꝝ custodibus iussit: ne mulierē interesse p̄mitterēt. Hæc sunt q̄ de Bona Dea a Theodosio referūtur. Et Plut. iquit: Romæ Bona Dea colit: quam Græci quidē Gineciā noiant. Eam Phryges: Mydæ nepotes regis pentē asserūt: Romani Dryada puellā Fauni uxorez; existimāt. Nōnulli greꝝ illā ex Liberi mr̄ibus esse: quā ne fari liceat: uñ & mulieres cū festos ei dies pagūt: tabernacula in uitigineis intexunt ramis. Sacrū insup draconē Deo scām fabellā erigunt. Dūq; illi sacra celebrant: neq; eo uirū accedere: neq; domi adesse fas est i eis sacrificiis: ipsę inter se mulieres multa orphicis consentanea facere tradunt. Cū igitur ea instant solēnia: uir ipse seu p̄turam: seu cōsulare gerat iperiū: cūctiq; merces una cōmigrant. Vxor domū ornatissime extruit: ubi maxia sacrorꝝ ps noctu pagit, & reliqua. Lactā. uero inqt: Vt Pōpilius apud Romanos institutor ineptaꝝ religionū fuit: sic ante Pōpiliū Faunus in Latio: qui & Saturno auo nefaria sacra constituit: & Picū patrē inter Deos honorauit: & sororē suā Faunam: eandēq; cōiugē cōsecrauit. Quā C. Bassus Fatuā noiatam tradit: q̄ mulierib⁹ fata canere cōsueuisset: ut Faunus uiris. Eandē Var. scribit tantæ pudicitiæ fuisse: ut nemo eā quoad uixerit p̄ter sui uirꝝ mas uiderit: nec nomē eius audierit. Iccirco illi mulieres in operto sacrificāt: & Bonā Deā noiant. Et C. Sex. Clodius in eo lib. quē græce scripsit: refert Fauni hanc uxorē fuisse: quę ga contra morem: decusq; regiū: clam uini ollam ebibe-

Fatua Dea est dicta ga infantes non prius loquunt q̄ terrā attigerint

Quare mulieres in sacris Herculis interesse nō potērant

Faunus cuz Fauna eius sorore primus Saturno i Italia sacrificare cœpit

rat: & ebria facta erat: uirgis myrteis a uiro usq; ad mortem cæsā. Postea uero cū eū facti sui pœniteret: & desideriū eius ferre nō posset: diuinū illi honorē detulisse. Iccirco in sacris eius obuolutam uini amphorā poni &c.

¶ Est moles natiua loco: docet ædē Bonæ Deæ fuisse in mōte Auentino. ℣ Pars bo. mō. magna ps. ut Bona pars nō ungues pōere curat nō barbā: ne existem? saxū, qd̄ dicit Auentini mōtis, fuisse pticulā quē Rem? cepit: teste Li. ad inaugurādū tēplū: cuius fr̄ Romulus Pallātiū cōscendit. Remoriā ergo significat locū i Auentino: ut auctor ē Festus: ubi Rem? de urbe cōdēda est. ℣ Leniter accliui: nō in ūmo saxo: sz i cliuo ascēsu facili. ℣ Crassoꝝ nois hęres: Crassā uirginē appellatā dicit: q̄ hoc tēplū dedicauit: qd̄ postea restitutū est a Liuia Drusilla imitata maritū Augustū: quē supra dixim?: refectorē fuisse tēploꝝ. Audio esse q̄ Clausoꝝ legāt: accipiētes Claudiā uirginē: de qua multa supius dicta sunt. Cæterū quæcūq; ea fuerit a qua hæc ædes dedicata ē: nihil usq; de ipsa cōperturn inuenies quātū ad ædis dedicationem attinet.

ANT. FAN. In monte Auentino Bonæ Deę ædes

Est moles natiua loco: poeta tēplū Bōę Deę i Auētino describit: qd̄ Claudia uirgo: de q̄ egim? supiore lib. cōsecrauit: postea uetustate collapsū Liuia Augusta restituit. ℣ Moles natiua ē loco: rupes a nā: nō manuū artificio fabricata. ℣ Res noia fecit: q̄a saxū igēs ē. ℣ Saxū appellāt erat ps bona mōtis: nā magna rupes Auētini mōtis: sed i ea pte erat q̄ Tybri iminet. ℣ Hic: i hoc saxo. ℣ Remus frustra istiterat: cū captauit augurū p̄ cōdēda urbe: sed frustra: qa uictus est augurio Rōuli. ℣ Quo tpe: eo tpe quo. ℣ Aues Palatinæ: uos uultures: quos Ro. ex Palatio obseruauit. ℣ Dedistis pria regna fr̄i: Rōulo q̄ uictor augurio regnū adept? ē. ℣ Illic: i eo saxo. ℣ Pres: senatores. ℣ Cōstituere tēpla: Bonæ Deę. i. ℣ Exosa oculos uiriles: q̄si q̄ igredi uiros ñ liceret. ℣ Iugo leiter accliui: curuato q̄si iugo lenis: hoc est facilis ascēsu cliui. ℣ Hæres uetęris Clausoꝝ: Claudia ex ātiquo Clausoꝝ gñe de quo dixim? supiore libro: sz illd nūc addim? ex Li. ii. ab urbe cōdita: Claudioꝝ gen? uēisse ex Regillo oppido Sabinoꝝ: duce Accio Clauso: āno qnto post electos reges: q̄ Rōæ fuit Appi? Claudi?: & q̄ uenere cū eo fecer̄ Tribū Claudiā. legūt alii Crassioꝝ. ℣ Passa corpe uirgineo nullū uirꝝ: q̄ nūq̄ uiro succubuit. fuit. n. uirgo Vestalis: & spectatæ pudicitiæ: testimōio quoq; mr̄is Deū. ℣ Liuia: cōiux Augusti. ℣ Restituit: tēplū illud cū eēt uetustate collapsum. ℣ Ne nō: hoc ē ut. ℣ Esset imitata maritū, & ex oī pte secuta uirū: ut oī ex pte imitaret̄ uirū. q̄ & antiq̄ tēpla restituebat: & noua cōstituebat: ut i. ii. dixim?: Tēploꝝ postor, tēploꝝ scē reptor &c. ℣ Postera cū rosea. vi. nōas Maias oriunt̄ hellace tñ Hyades: q̄rū supius memīmus. Pherecydes Liberi nutrices eē demōstrat numero, vii. q̄s aiūt nymphas Dodonidas appellatas. Haꝝ noia sūt: Ambrosia, Eudoxa, Padile, Coronis, Pliso, Phileto, Thiene. Hæ dicunt̄ a Lycurgo fugatæ: & p̄ter Ambrosiā oēs ad Tethym p̄fugisse. Hyadas appellatas Muse? tradit: q̄ eaꝝ Hyas fuerit fr̄: a sororib? plurimū dilectus: q̄ cū uenās a leōe eēt iterfect?: q̄nq; ex sororib? lamētatiōib? assiduis pmotæ dicunt̄ iteriisse. Quar̄ eas, qa plurimū de ei? morte laborarēt, Hyades dictas. Cice. appellatas dicit ab uuis qd̄ est pluere. a Latinis hę stellę Suculę dictę: Seruio teste.

Claudia uirgo ex Clausorum familia PAV. MAR.

Remus uictus augurio Romuli

Tribus Claudia ab Appio Claudio dicta olī

¶ Cum

ANT. FAN. Argestis flare ici pit.vi. nonas Maias

Cū postera Hyperionis::Aurora Hypionis filia: cuius exortu.vi.nonas Maii flare inquit uentū:quē Græci Argestum uocant:nos Caurū dicimus:ut A.Ge.& Plini. docent.is aduersus Aglonē flat: & hoc tpe in ortu Auroræ non tepet. Sed meminisse debemus Zephyrū a nonnullis Argesten appellari:teste Plini.Plurimi tamē Fauonīū separant ab Argeste: & eos esse finitimos docēt: secundū quos Plutarchus ait in Sertorio: Qui uero a mari pflant Argestæ & Zephyri raros & tēperatos imbres ex pelago afferunt. ☞ A Capreis:insula Caprearū cōtra Neapolim sita est: auctore Seruio: distatq; a Surrento .viii.millibus passuum:teste Pli.qui eā scribit arce Tiberii Cæsaris nobilē esse. Eaq; Augustꝰ magnificentissimis ædificiis ibi structis(ut inqt Strabo)peculiare sibi receptaculuq; fecit:& Tiberius (ut Sue.tradit)maiorē i modū adamauit: ꝙ uno quoq; littore adiret septa undiq; spruptis imensę altitudinis rupibus & profundo mari. Hic ē ꝙ multis undiq; ad eā insulā confluentibus poeta eā celebrans inqt:Argestem nō paucis inde soluentibus opportunū. ☞ Pars Hyadū toto de grege nulla latet: sexto quoq; nōas Maii Hyades heliace oriunt. sed has existimandū non est primis tenebris: seu noctis initio apparēt:cū auctor eas hoc in loco tradat i ortū heliacū ferri:quæ antea latebant tectæ lucis propinquitate.nam hoc dicit:Vbi nox aduenerit Hyades oēs apparebunt:qđ in occasu uel paulo post occasum Solis fieri ullo mō non pōt:cū omne sidus: qđ noctu oritur sine dubio uel ortu chronico se oñdat: uel emergat heliaco:quoq; hic abeunti nocti: ille incipienti datur. Quod cū ita sit:& hoc tpe nō Taurus, sed Scorpius Tauri occasu in ortuq; chronicū ferat noctis initio: reliquum est ut fateamur apparituras qdeq; Hyades noctu:sed ortu heliaco:& paulo ante Solis exortum. Hæ stellę unde Hyades nominent diximus supra. Sunt autē septē: q̄is nonnulli duas stellas excludentes:quæ sunt ubi nascuntur Tauri cornua, Hyades quinq; tantum eē tradiderint. ☞ Pars Bacchum nutrisse putant: secundum Pherecydem:qui eas dixit Liberi fuisse nutrices. ☞ Tethyos has neptes:Oceanus & Tethys Aethram genuerunt. Ea nupsit Atlanti nondum in montem cōuerso: & Hyades peperit. Necnon & ante illas filium:qui appellatus est Hyas:a quo sunt:qui putent sorores eius Hyades dictas. ☞ Dum noua lanugo:Hyas in adulescētia uenator fuit leporum:& ceruorum. in iuuenta aprorum, leonum,& ferarum eiusmodi. ☞ Adoleuit:creuit. ut Dū prima nouis adolescit frondibus ætas.

Cum postera Hyperionis:sequens Aurora ab Hyperione:qui creditus est Solis,ac Lunæ,& Aurorępater:ut in pri.docuimus. ☞ Cum tollet roseam lampada: lucem rubicundam:λαμπω σ grę.fax. ☞ Pulsis astris:quæ obscurantur aduentu maioris luminis. ☞ In equis matutinis: matutino tempore surgentibus. ☞ Agrestis:rusticus ipse: Alii legunt Argestes pro uento.i.Zephyro. ☞ Frigidus: nam frigida hora dicit. ☞ Mulcebit summas aristas: quæ iam culmis emersere:& carpit aliquas aristas:& Diis offert:& sacrificiū pro ipsis aristis facit:cū sint Floralia: illd pcat ne non tēpestiue floreant:& ut pueniant ad maturitatē. ☞ Et candida uela dabunt aquis:mari. ☞ A capis: a littoribus: qm̄ flabunt a terra uēti:puppes a littore, & portu discedēt. ☞ At crepusula nocturna: tps illud post occasum Solis:ut superius ostēdim⁹. Quidā legūt obscura. ☞ Simul:postq̄ inducēt noctē:cū erit nox. vi. diei no. ☞ Nulla ps Hyadū: nulla stella ex Hyadibus. ☞ De toto grege: de toto nūero. ☞ Latet: quia oēs ea nocte simul apparēt. ☞ Ora Tauri micāt:splēdēt. ☞ Radiātia septē flām̄is: septem flām̄eis stellis:q̄ sunt in frōte Tauri: ut superiore libro docuimus. ☞ Quas: stellas. ☞ Nauita Gra.uocat Hyadas ab imbre:a pluuia: hoc ē ab ὑειν:qđ est pluere: Græci Hyadas dicunt. ☞ Pars Bacchū nutrisse putat: multi putant Liberꝝ nutritū ab his sororibus fuisse:& iō cælū metuisse. ☞ Pars credidit eē has neptes Tethyos & Oceani senis: filias Aethræ nymphę filię Oceani & Tethyos:sic Oceani neptes sunt. ☞ Nōdū Atlas stabat onerat⁹ humeros olympo:nōdū Atlas cōuersus erat in mōtē sui nois: ut substineret hūeris cælū. ☞ Cū est satus:nat⁹ ex Atlāte & Aethra. ☞ Hyas conspiciendus forma:Hyas formosus:& pstantiæ formę admirādus. ☞ Aethra stirps Oceani:filia Oceani. ☞ Edidit hūc:Hyam. ☞ Maturis nixibus:maturo ptu in decimo mēse. ☞ Et nymphas:peperit ēt Hyadas sorores. ☞ Sed prior ort⁹ Hyas: natus est Hyas añ q̄ nascerent sorores. ☞ Dū noua lanugo:dū ē ille adulescens priæ lanuginis. ☞ Terret formidie ceruos pauidos:cū esset uenator:īsequebat ceruos:& illos exterrebat. ☞ Et lepus est illi pręda benigna:& lepores quoq; ex uenatiōe referebat:quos aut fallebat laqueis: aut canibus urgebat:aut sagittis figebat. ☞ At postq̄ uirt⁹ adoleuit annis: per hypallagem.i.postq̄ anni adoleuere uirtutem:cū iam iuuenis esset robustior. ☞ Audet cōminus ire in apros:propiquiore pugna adoriri apros. ☞ Et feras hirsuras:uillosas:ut sunt Leones. ☞ Dumq; petit latebras & catulos leænæ:dum petit latibula & cubilia ferarum:& leęnarū catulos rapere tētat. ☞ Ipse fuit p̄da cruēta Libycę leæ: a leęna Libyca laceratus est. ☞ Mr̄:Aethra fleuit Hyan filiū a lea discerptū. ☞ Et sorores mœstæ fleuere Hyan:sr̄is mortē lachrymis & fletu p̄sequutę sunt. ☞ Et Atlas:p̄ mortē filii fleuit. ☞ Suppositur⁹ ceruicē cę lo:q futurus erat mons:& cælum substentaturus. ☞ Tū uterq; parens: Atlas & Aethra. ☞ Est uictus pietate sororū:flebant & ipsi,qa sorores extincti fletu absumptę sūt.

Cū postera Hyperionis::Aurora Hypionis filia: cuius exortu.vi.nonas Maii flare inquit uentū:quē Græci Argestum uocant:nos Caurū dicimus:ut A.Ge.& Plini. docent.is aduersus Aglonē flat: & hoc tpe in ortu Auroræ non tepet. Sed meminisse debemus Zephyrū a nonnullis Argesten appellari:teste Plini.Plurimi tamē Fauonīū separant ab Argeste: & eos esse finitimos docēt: secundū quos Plutarchus ait in Sertorio: Qui uero a mari pflant Argestæ & Zephyri raros & tēperatos imbres ex pelago afferunt. ☞ A Capreis:insula Caprearū cōtra Neapolim sita est: auctore Seruio: distatq; a Surrento .viii.millibus passuum:teste Pli.qui eā scribit arce Tiberii Cæsaris nobilē esse. Eaq; Augustꝰ magnificentissimis ædificiis ibi structis(ut inqt Strabo)peculiare sibi receptaculuq; fecit:& Tiberius (ut Sue.tradit)maiorē i modū adamauit: ꝙ uno quoq; littore adiret septa undiq; spruptis imensę altitudinis rupibus & profundo mari. Hic ē ꝙ multis undiq; ad eā insulā confluentibus poeta eā celebrans inqt:Argestem nō paucis inde soluentibus opportunū. ☞ Pars Hyadū toto de grege nulla latet: sexto quoq; nōas Maii Hyades heliace oriunt. sed has existimandū non est primis tenebris: seu noctis initio apparēt:cū auctor eas hoc in loco tradat i ortū heliacū ferri:quæ antea latebant tectæ lucis propinquitate.nam hoc dicit:Vbi nox aduenerit Hyades oēs apparebunt:qđ in occasu uel paulo post occasum Solis fieri ullo mō non pōt:cū omne sidus: qđ noctu oritur sine dubio uel ortu chronico se oñdat: uel emergat heliaco:quoq; hic abeunti nocti: ille incipienti datur. Quod cū ita sit:& hoc tpe nō Taurus, sed Scorpius Tauri occasu in ortuq; chronicū ferat noctis initio: reliquum est ut fateamur apparituras qdeq; Hyades noctu:sed ortu heliaco:& paulo ante Solis exortum. Hæ stellę unde Hyades nominent diximus supra. Sunt autē septē: q̄is nonnulli duas stellas excludentes:quæ sunt ubi nascuntur Tauri cornua, Hyades quinq; tantum eē tradiderint. ☞ Pars Bacchum nutrisse putant: secundum Pherecydem:qui eas dixit Liberi fuisse nutrices. ☞ Tethyos has neptes:Oceanus & Tethys Aethram genuerunt. Ea nupsit Atlanti nondum in montem cōuerso: & Hyades peperit. Necnon & ante illas filium:qui appellatus est Hyas:a quo sunt:qui putent sorores eius Hyades dictas. ☞ Dum noua lanugo:Hyas in adulescētia uenator fuit leporum:& ceruorum. in iuuenta aprorum, leonum,& ferarum eiusmodi. ☞ Adoleuit:creuit. ut Dū prima nouis adolescit frondibus ætas.

Cum postera Hyperionis:sequens Aurora ab Hyperione:qui creditus est Solis,ac Lunæ,& Aurorępater:ut in pri.docuimus. ☞ Cum tollet roseam lampada: lucem rubicundam:λαμπω σ grę.fax. ☞ Pulsis astris:quæ obscu

Postera cum roseam pulsis Hyperionis astris
In matutinis lampada tollet equis:
Frigidus Argestis summas mulcebit aristas:
Candidaq; a Capreis uela dabuntur aquis.
At simul inducēt obscura crepuscula noctem:
Pars Hyadum toto de grege nulla latet.
Ora micant Tauri septem radiantia flammis:
Nauita quas Hyadas Graius ab imbre uocat.
Pars Bacchum nutrisse putat:pars credidit esse
Tethyos has neptes, Oceaniq; senis.
Nondū stabat Atlas humeros oneratus olympo:
Cum satus est forma conspiciendus Hyas.
Hunc stirps Oceani maturis nixibus Aethra
Edidit,& nymphas:sed prior ortus Hyas.
Dum noua lanugo est:pauidos formidine ceruos
Terret:& est illi pręda benigna lepus.
At postq̄ uirtus annis adoleuit:in apros
Audet,& hirsutas comminus ire leas.
Dumq; petit latebras fœtæ catulosq; leænæ:
Ille fuit Libycæ pręda cruenta leæ.
Mater Hyan, & Hyan mœstæ fleuere sorores,
Ceruicemq; polo suppositurus Atlas.
Victus uterq; parens tamen est pietate sororum:

ANT. FAN. In mon te Auentino Bonæ Deę ædes

Claudia uirgo ex Clauso rum familia PAV. MAR.

Remus uictus augurio Romuli

Tribus Claudia ab Appio Claudio dicta oli

Capreæ Capreārū īsula ē cōtra Neapolī posita ad quā Tiberiꝰ princeps accedebat

Hyades oriūtur .vi.nonas Maias

Hyades septē eē q̄s q̄nq; solū crediderūt ueteres

PAV. MAR. Hype

rion est creditus Lunę & Aurorępater

Hyades dictę sunt ab imbre

Hyas filius Atlantis & Aethræ añ q̄ nascerētur sorores

ANT. FAN.

Illa dedit cælū:pietas in cauſa fuit ut Hyades referantur in cęlo:qbus Hyas nomē dedit. ☞ Mater ades floruz: Floralia inſtituta qdē ſunt (ut Plinius docet) menſe Aprili:hoc eſt,iiii.cal.Maii:anno urbis quingenteſimo.xvi. ex oraculis Sibyllæ:ut oia bene defloreſcerent: quorū diez Varro determiauit Sole Tauri partē quartādecimā obtinente:qm̄ ſi in quatriduū inciderit plenilunium : fruges & oia quæ florebunt lędi neceſſe ſit:ſed celebrabātur & ineūte Maio.ut Exit & in Maias feſtum florale calē. Erantq; ludi Florales iocoſi (ut diximus ſupra) in qbus & ædiles cicer, fabā, aliaq; eiuſmodi pplo ſpargebant: teſte Porphyrione. Vnde inqt Perſius: Cicer ingere large rixanti populo. & mulieres nudabant:propter qđ ait Iuuen. Digniſſima prorſus Florali matrona tuba. Et Valerius Maximus refert: Catone theatrū ingreſſo:non auſum eſſe populum in ludis Floræ poſtulare:ut mulieres nudarētur: Catonēq; e theatro diſceſſiſſe:ne præſentia ſua ſpectaculi conſuetudinē impediret. Vñ illud eſt Martialis: Meſſes iocoſæ dulce cū ſacrū Floræ. In theatrū cur Cato ſeuere ueniſti: An ideo tm̄ uenires:ut exires? Tradiderūt nōnulli hos ludos in patricio uico urbis ſolitos celebrari:qui a patriciis nomen accepit:ut Africus a Pœnis. Varro autē in cliuo quem pximū uocat. Scire autē debemus Florazz mulierem fuiſſe: quæ cū magnas opes q̄ſtu meretricio quæſiuiſſet:populū Ro.ſcripſit hæredē:certāq; pecuniā reliqt:cuius ex annuo fœnore natalis eius dies celebraretur editione ludorū, quos Floralia dixerūt:qđ qa Senatui flagitioſum uidebatur (ut ſcribit Lactantius Firmianus) ab ipſo noīe argumentū ſumi placuit:ut pudendæ rei quædā dignitas adderet:Deamq; eſſe finxerunt, quæ floribus p̄eſſet:quā Ouidius hoc loco non ignobilē nymphā fuiſſe fabulat:cui Chloris nomē fuerit:eāq; Zephyro nuptā:quaſi dotis loco id accepiſſe mūeris a marito: ut hꝛet florū omnium ptātē. Pli. auctor eſt fuiſſe Romæ Florā Praxitelis opus:Itē Triptolemū, ac Cererez in hortis Seruilianis. Sed cauendum ne (quod qdā ætatis nr̄æ hoies memoriæ prodiderūt) exiſtimemus hanc Floram eſſe, quā Pōpeius magnus dilexit: ſcortū adeo celebre:ut (teſte Plutarcho) meruerit ſimulachrum in æde Caſtoris & Pollucis: qui enim ſpacia tēporum metietur, inueniet aliam eſſe Floram:cui Romani Floralia inſtituerunt. & aliam a cuius oſculo Pompeius nūq̄ ſine morſu diſcedere conſueuit. ☞ Ludis celebrata iocoſis: uerborū licētia, qbus effundebaī ois obſcœnitas nuditate meretricum, ac motibus impudendis. Lege Lactantium. ☞ Confinia menſum: figurate pro mēſium: Aprilis finem dicit & principium Maii. ☞ Ille uel ille: quia uterq; menſis uernus ē: & tu florum Dea. ☞ Circus in hunc exit: ludi Florales in Circis: ſiue Theatris celebrati a fine Aprilis in hūc menſem exeunt. Niſi exiſtimes Equiria quoq; hoc tempore celebrari: qđ nō placet: nam in Theatro Floralia iterdū celebraſſe Romanos dubium non eſt. ☞ Ipſa doce: quæ Dea es. & de te quæ uera ſunt poteris explicare.

¶ Illa: pietas. ☞ Dedit cælum: nam ꝓpter pietatem in cæli relatæ ſunt. ☞ Nomina fecit Hyas: ab Hya fratre Hyades dictæ ſunt. ☞ Mater ades florum: eadem die celebratur feſtum Floræ: quod ex Aprili in Maium tranſlatum eſt. Floralia inſtituta Plini. refert urbis anno. dxvi. ex oraculis Sibyllæ: ut omnia bene de oreſcerent. Hūc diē Var. determinat Sole Tauri partem quartādecimā obtinente. Ergo ſi in hoc quatriduū incideret plenilunium: fruges, & omnia quæ florerent lædi neceſſe eſt. Inſtituti ergo ludi Florales: longe poſt uer ſacrum inſtituti uotuz a Poſthumio & Lenate cōſulibus: ut in hiſtoriis habemus: & poeta quoq; memi nit: qui Deam Chlorim fingit Zephyro nuptam: quæ hortis, & floribus oibus pręeſſet: ea uero ſic a Lactā. refert: Flora cū magnas opes ex arte meretricia quęſiuiſſet: populū Ro. ſcripſit hæredē: certāq; pecuniā reliqt: cuius ex annuo fœnore ſuū natalis dies celebraretur: editione ludorum quos appellant Floralia. Q đ quia ſenatui flagitioſum uidebaī: ab ipſo noīe argumentum ſumi placuit: ut pudēdæ rei quędā dignitas adderet: Deā finxerunt eſſe: q̄ floribus pręſit: eāq; oportere placari: ut fruges cū arboribus: aut uinibus bn̄, proſpereq; floreſcerent. Eū colorem ſequutus in Faſtis poeta: non ignobilē nympham narrauit: quæ ſit Chloris uocitata: eamq; Zephyro nuptā: quaſi dotis loco id accepiſſe mūeris a marito: ut hꝛet oīum florū potęſtatē. Honeſte qdem iſta dicūtur: ſed inhoneſte, turpiterq; creduntī. Non debent cum ueritas quæritur: huiuſmodi nos uelamenta decipere. Celebrantī ergo illi ludi cū oī laſciuia: cōuenientes memorię meretricis. Nam præter uerborū licentiā: quibus obſcœnitas oīs effundit. Exuunt ēt ueſtibus pplo flagitante meretrices: quæ tunc mimorū funguntur officio: & in conſpectu populi: uſq; ad ſacietatem impudicoz lumina: cū impudendis motibus detinent. Hæc ille. & poeta in Triſtib? de his etiā ludis ipudicis inquit: Sæpe lupcili nudas matrona ſeueri: Et Veneris ſtantes ad genus omne uidet. Corpora Veſtales oculi meretricia cernunt: &c. ☞ Ades mater florum: adſis & faueas tu Flora. ☞ Celebrata ludis iocoſis: quaſi cuius feſtum cum omni ludorum laſciuia celebratur. ☞ Diſtuleram menſe priore partes tuas: diſtuli in hunc menſem de te ſcribere: cum feſtum tuum eſſet in Aprili. ☞ Incipis Aprili: nam pridie calen. Ma. ☞ Tranſis in tempora Maii: q̄ menſe Maio celebrentur ludi. ☞ Alter menſis: Aprilis. ☞ Habet te fugiens: cum fugit: hoc eſt ultimo die. ☞ Alter cum uenit: Maius te habet in principio. ☞ Cum confinia menſum: pro menſium. ☞ Sint tua: finis Aprilis, & principiū Maii illa ſunt horum duorum menſium confinia: finis unius, & principium alterius. ☞ Et cedant tibi: quia in his coleris. ☞ Ille uel ille cōuenit in laudes tuas: & Aprilis & Maius conuenit tuæ celebritati. ☞ Circus exit in hunc menſem. ſ. ludi qui in Circo ſeu Theatro fiunt: tranſferūtur in hūc mēſem. ☞ Et uerba clamata theatris: uerba iocoſa: quæ i Theatro cū clamore ꝓferunt: ēt in hunc menſez tranſferunt. ☞ Hoc quoq; carmen: noſtrum. ☞ Eat cū munere Circi: cum ludis Theatralibus: cum illi fiant in menſe Maio: ita & in menſe Maio ſua facta canamus. ☞ Ipſa doce quæ ſcis: dicas tu de te ipſa: quæ Dea ſis. ☞ Hominū ſnia fallax: ſolent. n. hoies non uera dicere. ideo tu ipſa fallax. ☞ Tu eris optima auctor proprii nois: quaſi tu optime cām tui nois docere poteris: & dixit auctor fœminino genere: ut in Meta. Meritorum auctore relicta.

¶ Littera

Floralia inſtituta ſūt ānō urbis cōditę quingenteſimo & ſextodecimo Soleqrtādecimā ptē Tauri obtinente Floræ ueritas ex Lactātio ſed fictū eſt eā eſſe florum Deā: cuius feſtū cū oi laſciuia celebrabatur

Illa dedit cælum: nomina fecit Hyas.
¶ Mater ades florum ludis celebrata iocoſis:
Diſtuleram partes menſe priore tuas.
Incipis Aprili: tranſis in tempore Maii:
Alter te fugiens, cum uenit, alter habet.
Cum tua ſint, cedantq; tibi confinia menſum:
Conuenit in laudes ille uel ille tuas.
Circus in hunc exit, clamataq; palma theatris:
Hoc quoq; cum Circi munere carmen eat.
Ipſa doce quæ ſcis: hominum ſententia fallax:
Optima tu proprii nominis auctor eris.

Flora les ludi iocoſi

Aediles fabā & cicer ia ciebāt i ludis floralibus

Chloris nympha uxor Zephyri fingit Dea florā ſub noie Floręmeretricis

Flora Pōpeii ſcortum

Vbi floralia celebrabā tur PAV. MAR.

Verba iocoſa cum clamore in theatris audiebā tur

ANT. FAN. χ littera græca i uersa unde Chloris flora dr Fortũate insulæ Mauritaniæ fines ad occidẽtẽ dictæ sunt insulæ fortunatę

Littera græca:x.litera quã græci aspiratã hũt in.f.conuersa est uocabulo deprauato. ☞ Campi felicis: fortunatarũ insularũ:quas Horatius diuites uocat.ut Petam? arua diuites & insulas Reddit ubi Cererẽ tellus inarata quotãnis. Et imputata floret usq; uinea. Ibi nõnulli poetarũ Elysiũ campũ & regionem piorũ esse tradiderunt. Aeria eni salubritas eius regionis peculiaris ẽ: quæ in occasum uergens nunq; tpe caret. Sunt.n. insulæ fortunatæ contra Mauritaniæ finẽ ad occidentẽ:quarũ q̃litatez̃ non congruere penitus ad eaz̃ nuncupationẽ qdẽ docuerũt: teste Solino. ☞ Grane est:difficile mihi est laudare propriã pulchritudinẽ seruata modestia. ☞ Generũ mũi repperit:honeste dicit a Zephyro se fuisse compressaz̃. ☞ Ausus Erichthea pmia ferre domo: ausus rapere Orithyã:ex qua & Borea dicunt Zetus & Calais procreati. Ea secundũ historiã fuit Erichthei Athenarũ regis filia: quã Boreas rex Thraciæ habuit: & abduxit in Thraciã. ☞ Vim tamẽ emendat: delet rapinæ insuriam matrimonii beneficio. ☞ Generoso flore:poetice singulari numero utit pro plurali:q̃uis id ẽt concedit interdũ soluta oratione scribẽtibus. ☞ Volui numerare colores Nec potui: magna ostenditur copia quæ numerũ non admittit. Ipse alibi:Nec si forte roges possem tibi dicere quot sunt. Pauperis est numerare pecus.

Ori thya filia Erichthei regis Athenarũ

Flos in singulari raro ẽ in usu

PAV. MAR.

Sic ego:sic nostris respondit Diua rogatis:
Dum loquitur:uernas afflat ab ore rosas.
Chloris eram: quæ Flora uocor:corrupta Latino
Nominis est nostri littera græca sono.
Chloris eram nymphe campi felicis:ubi audis
Rem fortunatis ante fuisse uiris.
Quæ fuerit mihi forma, graue ẽ narrare modeste:
Sed generum matri repperit illa Deum.
Ver erat:errabam:Zephyrus conspexit: abibam:
Insequitur:fugio:fortior ille fuit.
Et dederat fratri Boreas ius omne rapinæ,
Ausus Erichthea præmia ferre domo.
Vim tamen emendat dãdo mihi nomina nuptæ:
Inq; meo non est ulla querela toro.
Vere fruor semper:semper nitidissimus annus:
Arbor habet frondes, pabula semper humus.
Est mihi fœcundus dotalibus hortus in agris:
Aura fouet:liquidæ fonte rigatur aquæ.
Hunc meus impleuit generoso flore maritus:
Atq; ait:arbitrium tu Dea floris habe.
Sæpe ego digestos uolui numerare colores:
Nec potui:numero copia maior erat.
Roscida cum primum foliis excussa pruina est:
Et uariæ radiis intepuere comæ:

Chloris prius nunc Florade noiatur

helpidũ horti ac regum Adonis & Alcynoi ltẽ pẽsiles Semiramidis & Cyri

Sic ẽ:Deã de noie rogaui. ☞ Sic & ipsa respõdit rogatis nr̃is:r̃nsum dedit meæ rogationi. ☞ Dũ loqtur:ipsa Dea Flora. ☞ Afflat:spirat. ☞ Ab ore rosas uernas:odorẽ rosarũ uerni tpis. ☞ Chloris erã, nunc Flora: Chlorim se uocatam dicit:fuissetq; felicis horti nymphã:quæ cũ esset admirandæ pulchritudinis:a Zephyro amatã: & ab eo datum:ut floribus prẽesset:& se flores p oẽm terrã diffeminasse. ☞ Chloris eram quæ Flora uocor: appellabar ego prius Chloris:& nunc dicor Flora. ☞ Littera græca nostri nominis:pria litera mei nominis. ☞ Est corrupta latino sono:latina appellatione. nam in principio. ubi eẽ debeat. χ. grẽcum:posuere.f.latinũ:& pro Chlori Florã dixerunt:χλοριs a uiriditate:χωρα.n. uirida sunt. ☞ Erã ego Chloris nymphe campi felicis:feliciũ hortorũ nympha. ☞ Vbi:in quo cãpo:aut in quibus hortis. ☞ Tu audis fuisse añ rem:familiarẽ.f. hoc est diuitias. ☞ Viris fortunatis:his qui in aureo sæculo fuissent:qui his uelcebãtur:quæ tellus sua sponte procreasset. aut Viris fortunatis:ipsis regibus:q̃m(ut ingt Plí.) antiquitas nihil prius mirata est:q̃ & Hesperidũ hortos:ac regũ Adonis & Alcynoi. ltẽq; pẽsiles:siue illos Semiramis:siue Assiriæ rex Cyrus fecerit:aut ad insulas fortunatas referas: de quibus alio loco diximus. ☞ Quæ fuerit mihi forma: quasi quantũ ego formosa fuerim. ☞ Graue est narrare modeste:quasi referre nõ possem:seruata modestiæ rõne. & i prouerbio est:Laus in proprio ore lordescit. ☞ Sed illa: forma. ☞ Repperit Deũ generuz̃ matri:nã ea captus Zephyrus me in cõiugẽ accepit:sic Deus reptus est: qui gener matris esset. ☞ Erat Ver errabam: per ipsos hortos. ☞ Zephyrus:uentus ipse qui ab occidente flat. ☞ Conspexit:me errantem. ☞ Abibam:ab eius aspectu discedebam. ☞ Insequit:ille abeuntem. ☞ Fugio: ego celerius fugere cœpi. ☞ Ille uenit fortior:ualidior: & maiore ipetu. Nec ab re dicunt hẽc: qm̃ flãte uerno tpe: Zephyro, & ipsam Chlorim: hoc ẽ uiriditatẽ insequenti: terra nouũ colorẽ induit: oĩa reuiresc̃unt: & flores edunt. ☞ Et Boreas dederat sr̃i: Zephyro. ☞ Omne ius rapinæ:concessit illi oẽm mei rapiendi ptãtez̃. Boreas.n. ex septẽtrione flat. Vez̃ & Boream in Thracia regnasse: amassetq; Orithyã Erichthei regis Athenarũ filiã: rapuit secũ illam & in Thraciã duxisse Eusebius refert. Ex q̃ Zetus & Calais nati sunt. Ergo cum Boreas raptor puellæ fuerit:& pro uento a poetis accipiatur:dedit & ptãtẽ, & uires Zephyro rapiendæ Floræ. ☞ Ausus: Boreas. ☞ Ferre prçmia domo Erichthea: rapere ex Athenis Orithyam regis Erichthei filiã. ☞ Emendat tamẽ: ipse Zephyrus. ☞ Vim: uiolentiam mihi illatã. ☞ Dando noĩa nuptæ: naz̃ licet rapuerit:in uxorẽ tamen habuit. ☞ Et non est ulla querela in meo toro:quia nihil est, de quo aut ego possim, aut ille queri:cũ mutua sit iter nos beneuolentia. ☞ Vere fruor semp:quia uer æternum est: ubi ego sum. ☞ Semp nitidissimus annus:quia semp uernum est mihi tẽpus. ☞ Arbor habet frondes: semp sunt uirentes arbores in agris meis. ☞ Semper humus habet pabula:nã semper uiret. ☞ Est mihi fœcũdus hortus:habeo ego felicẽ hortum. ☞ In agris dotalibus:in dotẽ mihi traditis. ☞ Aura fouet:quasi semp illic leuis Zephyri flatus spirat:ut foueat nascentia in eo. ☞ Rigatur ipse: hortus. ☞ Fonte nitidæ aquæ:& irrigandos esse hortos Plini? prẽcipit. ☞ Meus maritus: Zephyrus. ☞ Impleuit hunc:hortum. ☞ Generoso flore:nobilibus & pulcherrimis floribus. ☞ Atq; ait tu Dea:Flora nympha. ☞ Habe arbi.floris:habeas ius in omnis flores. ☞ Sæpe ego uolui numerare colores digestos:obseruabam uarietatem colorum tã bene per flores dispositam:& numerare uolebam. ☞ Nec potui:numerare. ☞ Copia:multitudo colorum. ☞ Erat maior numero: nam infiniti erant: & qui numerari non possent. Et de qua uarietate Plini. inquit: Sed ne pictura qdem sufficienti imagini cologz̃ reddẽdę: mixturarũq; regz̃ uarietati. ☞ Roscida cũ: ex eo horto cũ Sol rorẽ desiccauerit: Horæ & Charites flores colligũt: & Diis serta cõtexunt. ☞ Cũ pri.pru.ro.i. ipse ros. ☞ Excussa est a fo. excutit uento: & desiccat Sole. ☞ Et uariæ eo. uarii flores: ☞ Intepuere ra. Solis rorem deficcantis.

In septẽtriõe ad occidẽtẽ Solẽ hortos ẽt sẽp cũ floribus Grãe ex horto Florę faciũt serta quę nubentibus donẽt: hoc est Aglaia Euphrisiti Thalia seu Pasithea

ANT. FAN.

¶ Incinctæ uestibus horæ: hę sunt de quibus auctor ait in primo huius opis libro: Præsideo foribus cæli cuꝫ mitibus horis. ☞ Protinus accedunt Charites: gratiæ Veneris famulæ: ut Lactã. grãmaticus scribit. Alii Veneris & Liberi filias dicunt: teste Seruio. alii Iouis filias ex Eunomia. Hæ sunt: Aglaea, Euphrosina, Pasithea: quaꝫ postremam nonnulli Thaliaꝫ dicũt. ut Euphrosini te cani aglaii cai dia Thalia. ☞ Prima Therapnęo feci de sanguie florẽ: Therapne urbs est siue uicus Laconiæ: unde auctor uocat Hycinthi sanguinem Therapnęũ: q̃uis Amyclis natus dicat̃: q̃ ciuitas est eiusdẽ regionis. Claudianus: Te quoq; flebilibus mœrens Hyacinthe figuris: Narcissumq; metũt: tunc inclyta gramina ueris Præstantes olim pueros tu natus Amyclis. Hunc Helicon genuit te disci periculis error: Hunc fontis decepit amor. Sunt aũt Amyclæ sacræ Apollini: teste Lactãtio grãmatico: ubi, ut idẽ inquit, Hyacinthus occisus ẽ: quẽ Apollo dilexit. Martialis: Torquebat Phœbum Daphne fugitiua: sed illas Oebali? fiãmas iussit abire puer. Hunc Apollo cũ disco luderet imprudens oppressit: mutãuitq; in florẽ eiusdem nois: ubi duę literę inscriptæ cernunt̃ ai: quæ uox lugubris est. Pli. uiolas esse inquit purpureas: quæ sponte apricis & macris locis proueniunt. ac latiore folio exeunt statim ab radice carnosa: solasq; græco nomine a cæteris discerni appellatas ita: ut abus Hyacinthina uestis: quidam apud Pli. legunt Hyanthina uestis: quod non displicet. ☞ In folio scripta querela suo: sunt qui regũ nomina inscripta fabulent̃ propter Aiacẽ. ut Dic quibus in terris inscripta noia regũ Nascunt̃ flores. ☞ Qui non alter, & alter eras Infelix: quia unus fuisti, & nõ amasti alterũ: sed teipsum siue imaginẽ tuã. Nota est fabula. Hic flos q̃lis sit apud Plinĩ lege. ☞ Crocõ: adulescentẽ Crocũ mutatum in florem sui nominis poetæ finxerunt: quẽ amasse ferunt puellã Similacẽ: quã quidam Smilacẽ: alii Milacem uocant. & cõuersam dicunt i fruticẽ sui nois infaustum sacris & coronis: qm̃ sit lugubris. Est autẽ Similax similis hederæ: profecta primum e Cilicia: sed in Græcia frequentior: teste Plinio: qui etiam docet primã nobilitatẽ esse Croco Cilicio: & in monte Coryco: taxũq; a Græcis Similacẽ uocari. & esse in Arcadia tam præsentis ueneni: ut si qui dormiant sub ea: cibumue capiant, moriant̃. Sed eius Similacis materiei: quã Hederæ similẽ diximus propriũ est: ut auribus admota leuẽ sonum reddat. ☞ Atyn: Atys matris Deũ concubitum fugiens genitalia sibi amputauit. Florẽ p eum accipi Diuus Augustinus tradit. Sunt qui hoc loco non Atyn matris Deũ: sed alterũ accipiendũ putẽt. legit̃ alio loco: Acin. ☞ Cinyraq; creatum: Adonis Cinyræ ac Myrrhæ filius ab apro dilaniatus dr̃, ac mutatus in florem. Hunc Venus amasse tradit̃: ut sępe sub Iliacis Venerem, Cinyraq; creatum Sustinuit positoe quęlibet herba dunos. ☞ Mars quoq; si nescis per patrias editus artes: Martem alii Iouis & Iunonis filium dñt. Alii Iunonis tantuꝫ: quam ferunt tacto flore concepisse & deinde peperisse Martem Deum: quem quidã (auctore Festo) Gradiuuꝫ dictũ uolũt: q̃ e gramine ortus sit. Quod ideo fingitur: quia corona graminea in re militari multæ est honorationis. Huic Deo gramen consecratum dicunt: q̃ id ex humano cruore procreetur.

¶ Cõueniunt Horæ: quæ cæli portas seruare dicunt̃: de quibus in prio dixim?. ☞ Incinctæ uestibus pictis: uarii coloris. ☞ Et legũt nr̃a munera: colligunt nr̃os flores. ☞ In leues calathos: quales ex tenuissimo uimine. Vir. Tibi lilia plenis Ecce ferũt nymphę calathis. ☞ Protin? accedũt Charites: quæ latine gratiæ dicunt̃. Sunt autẽ tres ατλαια qđ significat ornamẽtũ. ευφροσινυ: lætitia. & θαλια celebritas. Iouis & Eunomię filiæ dicunt̃. Verũ multi dicunt e cæli semine natas: astitisseq; Ioui in cunis puero. ☞ Et nectunt coronas: ex floribꝰ: quas Dijs offerebant: & in sacris & in triumphis erat coronarum usus: unde & Pli. Quin & uocabulũ inquit ipm: tandẽ inde cõmunicatum est inter sacra & bellicos honores: coronis sibi nomen suum uindicantibus. ☞ Et serta implicitus cęlestes comas: quibus Dii caput implicant: & Pli. inquit: Cum uero e floribus fierent serta a serendo seruiæ appellabantur. ☞ Prima ego sparsi noua semina: nouos flores. ☞ Per immensas gentes: quasi per totum orbem. ☞ Tellus erat ante unius coloris: nulla erat i ea uiriditas: nec uarietas: unus erat tantũ color. Flora enim prius flores accepit in horto suo. Deinde ea totã his terram impleuit. ☞ Prima ego feci florẽ de sanguine Therapnęo: prima conuerti Hyacinthi pueri sanguinem in purpureas uiolas: de quo diximus supiore libro: ubi de pratis Enneis egimus. ☞ Therapnęo: a Therapne uico Laconiæ. & in Heroidibus: Rure Therapnęo nata puella Phrygẽ. ☞ Et querela: Apollinis de morte pueri: quẽ amauit: & imprudenter occidit. ☞ Manet scripta in folio suo: signataꝫ n, literæ tenuissimis uenulis discernunt̃: ut supertius diximus: & poeta agit de his in. x. Metamor. & in. xiii. cum Aiacem dicat in hunc quoq; florem demutatum. ☞ Tu quoq; o Narcisse habes nomẽ per hortos cultos: & in hortis tu celebraris: quia nomen tuum flos retinet in quem conuersus es. ☞ Infelix q̃ nõ eras alter, & alter: q̃ non eratis duo: q̃ non erat alter a te ille: queꝫ amabas: sed idem eras: nã imagine tua captus interiisti. Nota est fabula: q̃ refertur a poeta in quarto Meta. De generibus liliorum est: cuius duo genera: unum purpureo flore: alterum herbaceum secundum genus stomacho inutile: & ideo ab aliquibus uomitoriuꝫ dicitur. Caput grauat: ideo uolunt a Narce Narcissum dictũ, non a puero. ☞ Quid referam Crocon: iuuenẽ Crocum in florem quoq; conuersum: de quo in primo diximus. ☞ Aut Acin: puerum a nymphis amatum: & in florẽ sui nominis conuersum. ☞ Cinyraq; creatum: Adonim Cinyręregis ex Myrrha filia natũ: quem Venus amauit. De quo i decimo Meta. & ab apro iteremptũ in florẽ demutauit: cecinitq; carmen qđ ex eo Adonicum dicitur: & Adonii Pli. meminit. ☞ De quorum: puerorũ. ☞ Vulnere p me: quasi

PAV. MAR.

Conueniunt pictis incinctæ uestibus Horæ:
Inq; leues calathos munera nostra legunt.
Protinus accedunt Charites: nectuntq; coronas,
Sertaq; cælestes implicitura comas.
Prima per immensas sparsi noua semina gentes:
Vnius tellus ante coloris erat.
Prima Therapnæo feci de sanguine florem:
Et manet in folio scripta querela suo.
Tu quoq; nomen hẽs cultos Narcisse p hortos:
Infelix, q̃ non alter, & alter eras.
Quid crocon, aut Acin referã, Cinyraq; creatum?
De quorum per me sanguine surgit honor.
Mars quoq;, si nescis, per nostras editus artes.
Iuppiter hoc, ut adhuc nesciat, usq; precor.
Sancta Iouem Iuno, nata sine matre Minerua,
Officio dolui t non eguisse suo.

Chari tes famulę sunt Veneris

Therapne uĩ dictus ẽ Hyacinthus q̃uis nat? sit Amyclis

Amyclę Apollini sacrę

Hyacinthina uestis

Croci fabula

Similace uel milace i florem cõuersa

Atys

Adonis

Marscuius, filius fuit

ANT. FAN.

Olenus

Hyacinthus ex Therapne uico Laconiæ

Narcissus captus amore sui formę

PAV. MAR.

quasi mea opera.legit ēt Sanguine, & melius.℣ Surgit honos:surgunt ipsi flores:qbus habeť honos in corona mentis.℣ Mars quoq; si nescis:refert nūc Martē sua arte natū.Nā cū Iuno filios parere nō posset:uideretq; Mineruā sine usu matris e uertice Iouis natā:opē iploratura ad Oceanū,& Tethyn ibat:sed cū lōgo itinere ad Flo

Ibat,ut Oceano quereretur facta mariti:
Restitit ad nostras fessa labore fores.
Quam simul aspexi:quid te Saturnia dixi
Attulit?exponit quem petat ipsa locum.
Addidit & causam:uerbis solabar amicis:
Non inquit uerbis cura leuanda mea est.
Si pater est factus neglecto coniugis usu
Iuppiter:& solus nomen utrumq; tenet:
Cur ego desperem fieri sine coniuge mater?
Et parere intacto,dummodo casta,uiro?
Omnia tentabo latis medicamia terris:
Et freta,tartareos excutiamq; sinus.
Vox erat in cursu:multum dubitantis habebam:
Nescio quid nymphe posse uideris ait.
Ter uolui promittere opem:ter lingua retēta est:
Ira Iouis magni causa timoris erat.
Fer precor auxilium dixit:cælabitur auctor:
Et stygiæ nomen testificabor aquæ.
Quod petis Oleniis inq; mihi missus ab aruis
Flos dabit:est hortis unicus ille meis.
Qui dabat hoc,dixit,sterilem quoq; tāge iuuēcā,
Mater erit:tetigi:nec mora mater erat.
Protinus hærentem decerpsi pollice florem.
Tangitur:& tacto concipit illa sinu.
Iamq; grauis Thracem:& læua Propōtidos ītrat:
Fitq; potens uoti:Marsq; creatus erat.
Tum memor accepti per me natalis:habeto
Tu quoq; Romulea dixit in urbe locum.
Forsitan in teneris tantum mea regna coronis
Esse putes:tangit numen & arua meum.
Si bene floruerint segetes:erit area diues:
Si bene floruerit uinea:Bacchus erit.

fi.mſ fi.cō.si facile fuit Ioui parere filiā:cur ego diffidaz mihi ipsi uelut parere nō possim sine usu uiriūcū facilius esse dēat fœminis q̄ maribꝰ.℣ Et parere ītacto uiro:sine ullo concubitu.℣ Dūmodo casta:seruata lege pudicitię.℣ Tētabo oia medicamia latis terris:expiat qcqd medicamēti est in terris.℣ Et freta:& qcqd medicamis erit in mari.℣ Et excutiā tartareos sinus:paludes infernas.℣ Vox erat i cursu:q̄si plaq̄bať illa sermonē.℣ Hēbaz uultū dubitātis:uultu ego idicabā dubitaſ:an illi tīderē:cū opē p̄stare posſē:an reticerē metu Iouis.℣ Ait o nymphe nescio qd uideris posse:nescio qd uultu idicas te posse p̄stare.℣ Ter uolui p̄mittere opē: polliceri illi auxiliū:& daſ medicamētū quo parere posset.℣ Ter li gua re.ē cōtinui liguā:ne loqueret.℣ Ira Iouis magni erat causa timoris:tacebam ego: q̄ Iouis irā timebam.℣ Fer p̄cor auxiliū dixit:aſſer opē tu Flora mihi.℣ Cę labit auctor:q̄si nūq̄ sciri posſit te mihi opē dedisse.℣ Testificabor numē aq̄ stygiæ:iuro ego p stygiā paludē:hoc semp fore occultum Ioui.De stygе alias dictum.℣ Inquam:dico ego.℣ Flos mihi mſ. ab aruis oleneis dabit qd̄ petis:flos adueꝯ? ab agris Oleni urbis:de q̄ paulo supius:faciet te pareſ sine usu uiri.℣ Ille ē unicus i hor,me,unū tm̄mō hēo nō pies.℣ Qui dedit hunc Zephyrus q̄ mihi florē illū tribuit,dixit.℣ Cōtinge sterilē iuuēcā erit mſ:tāta ē in hoc flore uis:ut si sterilē iuuēcaz tāgas subito erit grauida & pariet.℣ Tetigi:ego iuuēcā sterilē.℣ Nec mora erat mſ. nam mox grauida peperit.℣ Protinꝰ decer.pol. flo. hę. stati trūcaui florē unguibus suo stipiti ihęrētē.℣ Tāgi: Iuno eo flore.℣ Illa cōcipit sinu itacto:cōcepit utero pudico:nō ab aliis tacto.aut cōcepit i utero quē eo flore tetigerat.℣ Iāq; grauis:grauida.℣ Ibat Thracē:i Thraciā.℣ Et lęuā Propōtidos:ad sinistrā Propōtidis:qd̄ mare illud ē iter Hellespōtū & pōtū Euxinū:& a sinistra Thraciā abluit.℣ Fitq; potens uoti:pepit sine usu uiri:sic fuit uoti cōpos.℣ Et Mars erat creatꝰ:natꝰ i Thracia sine uiri semie.lō & Thracię p̄sidet.iō Vir.Gradiusq; p̄ez Geticis q̄ p̄sidet aruis.℣ Tū:postea.℣ Memor accepti p me natalis: lōge post Mars memor bñficii:q̄ mea ope natus erat.Quidā legūt Qui memor &c.℣ Hēto dixit tu quoq; locū i urbe Romulea:q̄si celebreris tu quoq; Romę & tēplū tibi cōsecreť.℣ Forsitā i teneris:nō mō est mihi data p̄tās in flores uī serta & coronæ fiant: sed in arbores quoq; & i segetes:quę si bn̄ floruerit fertilitatē pollicenť. A floribꝰ.n.pnostrica ipsa captanť:ut Maro quoq; oñdit

Sinus Tartareos p paludibus posuit hic

Olenos urbs unde flos olenius

Propontidos

Pronostica ex floribus

ANT. FAN.

Oceano:apud Oceanū,q̄ ē Deoꝝ parēs.℣ Facta mariti:q̄ Minerua nō ex Iunone:sed e suo uertice p̄duxisset.℣ Solabar:minuebā dolorē.ld.n.est solari.℣ Nomē utrūq;:p̄ris & mris.℣ Ter uolui p̄mittež opē:impar numerus felix est:ut diximus. Id & quę hic subiicit:unt ostēdunt.℣ Oleniis aruis:ab urbe Oleno:ea est in Achaia: ut diximus supra.Itē i Bœotia & alibi. Placet accipias Olenō Arcadiæ pp florē molly herbæ.℣ Mſ erat: sterilis iuuēca concepit & peperit.℣ Thracē:partē Scythię:ut nōnullis placet:hoc ē Thraciā quæ alit hoies ferocissimos:a qbus Mars colit. Vū illud est in.iii.Aen. Terra pcul uastis colit Mauortia cāpis Thraces arāt.℣ Læuāq; Propōtidos:terrā quā Propontis alluit a læua.i. Thraciā ipsam.Est aūt Propontis ubi mare pandit iter Euxinū mare & Hellespontum.

Hyacinthus ex Therapne uico Laconiæ

Narcissus captus amore suę formę

Olenus

PAV. MAR. Dea Flora docuit Iunonē qđo posset parere sine maris auxilio

Ibat:Iuno.℣ Vt q̄reret:cū q̄rela expōeret.℣ Oceano: Deoꝝ parēti.℣ Facta mariti:Iouis.℣ Fessa:labore itineris.℣ Restitit ad nr̄as fores:subsistit añ ianuā ædiū mearū.℣ Quā:Iunonē.℣ Simul:postq̄.℣ Aspexi dixi o Saturnia qd te attulit?quæ cā te huc ad nos aduexit.℣ Exponit quē locū ipa petat:narrat quo eat.℣ Addidit & cām: nā se ire ad Oceanū: ut de Ioue q̄reret.℣ Verbis solabar amicis:q̄si uolebā eius dolorē lenire dulci sermone.℣ Int qt mea cura nō est leuāda uerbis:dolor hic meus nō est sermone leniēdus,sed re.℣ Si Iuppiter est factꝰ pr̄ neglecto usu cōiugis:si ex Ioue nata ē Minerua: sine cōgressu uxoris.℣ Et Io.te.u.nomē:& p̄ris & mr̄is.℣ Cur e.de.

de Amygdalarum floribus:& tenellis fœtibus in primo Geor. Cõtẽplator itẽ cũ nux se plurima siluis induet in storẽ:& ramos curabit olẽtes. Si superant fœtus:pariter frumẽta sequent:Magnaq; cũ magno ueniet tritura calore &c. ☞ Putes tu forsitã esse tm̃ mea regna: existimes forte tu tm̃mõ me hr̃e ius. ☞ In teneris coronis:ex tenellis floribus cõnexis. ☞ Numẽ meũ tãgit & arua: nã & in aruis quoq; hẽo ptãtem. ☞ Si bñ floruerint segetes: si copiose & tempestiue floruerit. ☞ Erit area diues: nã magna erit tritura, & magna frugũ copia. ☞ Si uinea bñ: copiose, & tempestiue. ☞ Floruerit erit Bacchus: erit uini etiã copia ingens. ¶ Nitidissim⁹ ãnus: abũdãs oleo: quo ũcti hoies nudis corpibus nitẽt: ut Nudatosq; humeros oleo pfusa nitescit. Hinc poetæ Palæstrã nitidã dicũt: ut More tuæ gẽtis nitida dñ nuda palæstra Ludis. & Læte lyræ pulsu: nitida quoq; læte palæstra. Atheniẽses primi nudi atq; ũcti oleo i gymnasiis se exercuerũt: aucto. Thucydid. ☞ Et pesit lẽtes aduena Nile tuæ: Aegyptias lentes dicit. Vir. de his in. pri. Geor. Nec Pelusiacæ curã aspnabere lẽtis. Duo apud Pelusiotas siue Aegyptios hui⁹ legumis gña sunt. Alterũ rotũdius ac nigrius: alterũ sua figura. Taurus phs Athenis accipiebat amicos cœna: ut scribit A. Gel. cui⁹ fundamẽtũ erat i olla una lẽtes Aegyptiæ, & cucurbitę minutim cæsæ. Existimauit sane antiqtas æq ai fieri hoies q̃ lentibus uescerent. Vñ lẽtos dicimus, qui nullo mouent affectu. ☞ Vina quoq; ipsa quoq; uina i cellis uinariis cõdita: florere dicunt: cũ i sũmo uel uti flores gignũt, q̃ si cãdidi fuerint ꝓbant: teste Pli. Hos auctor nebulas uocat. ☞ Cytisos: frutices laudati pabulo ouiũ. Cęterũ (ut Pli. tradit) fuerũt q̃ dicerẽt apes nunq̃ de flore Cytisi pabula cõtingere: cũ qbus nõ sentit Ouidi⁹. ☞ Nos quoq; idẽ facimus: iuuena. Festinat enĩ decurrere uelox Floscul⁹. Cicero in Catõe maiore: Temeritas est uidel; florẽtis ætatis. ☞ Ludorũ q̃ sit origo: e pte mulctæ q̃ plectebant, q̃ pecora in publicis saltib⁹ pauissent Florales ludos istitutos dicit. ☞ Cętera luxuriæ instr̃a: ut aurũ, argẽtũ, aluea, unguẽta. ☞ Hinc ẽt locuples: a locorũ possessionib⁹ dicti sunt locupletes: ut a pecore pecuniosi. Maiorũ. n. diuitiæ aut locis. i. agris: constabãt a pecore: uñ locupletes dicti sunt q̃si locis. i. agris pleni: & pecunia a pecore nomẽ accepit: sicut & peculat⁹: quẽ docet Festus dicẽtũ a pecore tũc: cũ Romani nihil pter pecora hẽrent: uñ peculii nomẽ deductũ Serui⁹ putat: q̃ ab eo uult pecuniã deriuari. Pli. signatũ æs fuisse tradit nota pecudũ: atq; inde pecuniã appellatã: cui⁹ noie nõ solũ ęs: argẽtũ: aurũue signatũ: sed & oia corpa cõtinent: quorũ æstimationẽ metimur nũmo. Hinc illud ẽ Varrõis: Q d̃ in pecore pecũia tũc cõsistebat. Et illd̃ Dõati i alia significatõe sic: Veteres multa unciati cũ expẽsa pecũia ferret more uetero: nõ ut nũc ãnumerarẽt. Apd̃ maiores pecũia sacrificiũ fieri dicebat: q̃ ex his reb⁹ cõstabat: quã nũc pecuniã dicim⁹: teste Festo: q̃ & scribit id qd̃ dixim⁹ apud antiquos opes & pri monia ex pecoribus p̃cipue cõstitisse: & ide dici pecũias & peculia. ☞ Ppli depascẽt salt⁹: publicos salt⁹ ñ puatos. ¶ Si oleæ bñ floruerit erit ãnus nitidissimus: erit magna quoq; olei copia. Nitidissimus dixit respectu eorũ q̃ oleo pũgunt: nã pũcta nitẽt. ☞ Poma quoq; hñt euẽtũ tpis huius: hñt & poma fortunã uerno tpe cũ florẽt: q̃ si bñ floruerint fertilitatẽ pollicent. ☞ Flore semel læso: si pruina corrũpet: aut puret: aut uẽti decutient flores. ☞ Pereũt uitięq; fabęq; fruges & legumia tã utilia q̃ noxia pereũt. Vitiæ dictæ (ut alĩq uolũt) q̃ frumẽta uitient: & tñ Pli. ea pinguescere arua asserit. De fabis plura dixim⁹ i Georgicis. ☞ Pereũt o Nile aduena: q̃ aliũde aduenis in Aegyptũ. ☞ Tuę lentes: q̃si pereũt ẽt lẽtes Aegyptiæ: Nam duo gña lẽtis (ut Plin. inqt) Aegypto: alterũ rotũdius, nigriusq;, alterum sua figura. Vñ uario usu trãslatũ est in lẽticulas nomẽ. ☞ Vina quoq; cõdita oposse: cũ artificio cõpositа. ☞ In magnis cęllis: i magnis doliis. ☞ Florent: supne florere uident. ☞ Et nebulæ: q̃d̃ istar nebulæ fit in supficie. ☞ Dolia sũ. te. sũmitatẽ uasorũ ubi condita erũt uina: & Pli. florẽ uini cãdidũ ꝓbari dicit: Rubentẽ triste signũ eẽ: si non is uini calor sit. ☞ Mella meũ munus: qa e floribus q̃ sunt mei iuris decerpunt. ☞ Ego uoco uolu. datu. mella: apes q̃ mella in alueariis cõponũt. ☞ Voco ad uiolã: speciẽ ꝓgñe posuit: nã ad flores. de uiolis dixim⁹. ☞ Fit cy. fruticẽ eẽ Cytisum inqt Pli. ab Amphiloco Atheniẽsi sũmis laudib⁹ ꝑdicatũ pabulo ouium, & addit: Nõ ex alio pabulo lactis maior copia: aut melior sup oia pecudũ medicia a maioribus oĩ usu ꝓdãte. Apes quoq; nũq̃ d̃ flore Cytisi pabula cõtigere ꝓmittit Democrit⁹, & Aristomach⁹. Ex quo miror poetã dixisse ad Cytisos apes uocari. Hic frutex (ut Pli. inqt) iuẽtus ẽ i Cytno ĩsula: ide trãslatus in oẽs Cycladas: mox i græcas urbes: casei magno ꝓuẽtu: raruscq; ẽ i Italia. ☞ Et thyma grata: de thymo supiore li. diximus. ☞ Nos quoq; idẽ fa. nos ẽt ad flores uocamur ętate iuuenili. ☞ Tũc: cũ ai nr̃i. ☞ Luxuriãt: lasciuiũt ãnis iuuenilib⁹ ꝓ ipsam iuuẽtã. ☞ Cũ ipsa cor. uigẽt: ob feruorẽ sanguis i iuuẽta. ☞ Talia dicẽtẽ taci. mi. ego intẽtus uerbis illi⁹ si lens cũ admiratiõe Deã ituebar. ☞ At il. ait. ☞ Si q̃ reg. si qd̃ reqrere uis. ☞ Ius tibi dicẽdi: ptãs tibi est loquendi & reqrẽdi q̃ uoles. ☞ Rñdit dic Dea q̃ sit origo ludorũ: unde Florales ludos originẽ habuerit. ☞ Vix bñ desierã: loq. s. ☞ Illa rettulit mihi cætera luxuriæ: inqt Flora habuisse ludos originẽ a pœna pecuniaria exacta ab illis: q̃ publicis pascuis nõ pepcerãt: cũ olĩ nõ eẽnt diuitiæ in ptiosis mercibus: s; in agris, & i pecorib⁹. Cui⁹ uero pecus i saltibus ppli depastũ eẽt pecũia mulctabant: & ex pte mulctę exhibiti sũt florales ludi. ☞ Nõdũ uigebãt cętera istr̃a luxuriæ: nõ uigebant illa instr̃a: qbus magna regũ copia cõpararẽt: & ꝓfunderẽt: qa nõdũ erat copia auri & argẽti: q̃ ad luxuriã ptinẽt. Instr̃m inqt Vlpia. eẽ apparatũ regũ diutius mansuragũ. ☞ Diues: q̃ eo tpe diues habebatur. ☞ Aut hẽbat pecus, aut latã humũ: nõ possidebat auruz: aut argentũ:

PAV. MAR.

ANT. FAN. Atheniẽses primi oleo in gymnasiis exercuerunt

Lentis duo genera Hoies q̃ lente uescunt fieri ęq ai

Flores cãdidi i uino bonũ indicant

Locupletes Pecunia a pecor & peculatus & peculiũ

Cytisũ fruticẽ ab Amphiloco Atheniẽsi ꝑdicatum

PAV. MAR.

aut argentū:sed pecudes:& latos agros.¶ Hinc ēt locuples:a lata humo,hoc est a locis dictus ē locuples:& Pli. inquit:Hinc & locupletes dicebant loci:hoc est agri plenos.¶ Hinc ipsa pecunia dicta est:& Plinius: Pecunia ipsa a pecore appellabat.Vī quidē totū hunc locū a poeta accepisse.Et illud postea subdit qđ in prio diximus. Ser

Seruius rex primus pecudis æs signauit ide pecunia dī

uius rex ouiū, boūq; effigie primus æra signauit.¶ Sed iam quisq; parabat opes de uetito:de eo qđ suū ñ erat: diuitias sibi parabat.¶ Venerat in morē;iā id in consuetudinē uersum.¶ Depascere salt⁹ populi: nemora, montes,& pascua:quæ populi erant: & non priuata.¶ Et id diu licuit: quia ad populum non referebatur.¶ Et nulla pœna fuit: quia nemo mulctabatur.

Vindice seruabat nullo sua publica uulgus:
Iamq; in priuato pascere inertis erat.
Plebis ad ædiles perducta licentia talis
Publicios:animus defuit ante uiris.
Rem populus recipit:mulctam subiere nocētes:
Vindicibus laudi publica cura fuit.
Mulcta data est ex parte mihi:magnoq; fauore
Victores ludos instituere nouos.
Parte locant cliui,qui tunc erat ardua rupes:
Vtile nunc iter est:Publiciumq; uocant.

ANT. FAN.

¶ Vidice nullo:nullo defendēte uel ulciscente po. Ro. qđ erat publicū nō priuatū.Vindicare interdum est ulcisci uel defendere.¶ In priuato pascere inertis erat: is iners hēbat:cuius pecora nō in publico pascerent. Vnde cū Publiciis ædilibus plebis mādatū esset: afficerēt pœna quicunq; po.Ro.saltus depascerēt:& ii timidius mādata exequerent:pplūs coegit nocētes mulctā subire:cui⁹ pars in Florę ludos collata est.¶ Mulctā subiere nocentes: mulcta Oīce pœna dicit:auctore Festo: fuitq; olim non nisi ouiū, bouūq; ipēdio:teste Pli.Sūt q mulctā specialis peccati aiaduersionē uocēt:ac pœnā uelint eē gñale nomē.

Mulcta Pœna ē nomen gñale

De mulcta mox plura dicem⁹.¶ Vidicibus:Publicii fuerūt ædiles plebis:quoꝝ muneris erat ludos īstituere: ab his Publicius cliuus nomē accepit. Varro:Cliuus Publicius ab ædilib⁹ plebei Publiciis:q eū publice ædificarūt, Sūt q legāt ab ædibus plebei: qđ ꝓcedere ullo mō non pōt:cū subiiciat Varro.Simili de cā Publius & Costoni⁹ q; ab his uiris dūr ædificati:Sed de hoc satis supra dictū ē.Vindices aūt nō Publicios:sed eos qui i pplō curā utilitatis publicæ susceperūt.¶ Mulcta data est ex pte mihi: mulctaticiæ pecuniæ ps in Florę ludos collata est: ps in Cliuū Publiciū:ut is q erat nimiū arduus molliorē adeuntibus pberet ascēsum ac sterneret.Hūc nōnulli tradiderūt ptēdi ad Subliciū pontē:qđ nō cōstat. Cæteꝝ ludi Florę nō in hoc cliuo:sed in alio aliqū celebrabant:queꝫ Varro ꝓximū uocat.Qui cū Publii & Costonii meminisset:Cliuus inqt ꝓximus ad Florales usus.Nō ptereundū hoc loco qđ scribunt Pli.& Plutar.Mulctā legū antiq̄rū, ut nos ēt supra tetigimus,pecore cōstitisse:& cū nūmoꝝ usus apd Romanos nōduꝫ frequēs esset:cōsueuisse plecti sontes bobus,ouibusq;.Fuit autē mulcta q̄ appellabat suprema istituta i singulos dies:ut A.Gel.tradit duarū ouiū ac.xxx.bouū:ultra quē numeꝝ mulctā dicere in dies singulos ius nō erat:& ppea suprema.i.sūma & maxima appellabat:nā mīma erat unius ouis.Sed qm̄ eius modi mulcta a magistratibus dicta adigebant boues, oueisq;:alias ptii parui:alias maioris.Iccirco postea lege Aterina cōstituti sunt in oues singulas æris deni: in boues æris cēteni.Hinc Fest⁹:Maximā inqt mulctā dixerūt triū milliū &.xx.assiū:qđ nō licebat quōdā plībus.xx.bobus & duab⁹ ouib⁹ quēq; mulctari: æstimabaturq; bos cētussib⁹:ouis decussibus.¶ Parte locāt cliuū: cauēdū ne legamus pte locāt cliui: credētes locatū.i.cōstitutū fuisse aliqd i cliuo publico:q; ad Florā attineat.Qđ si eēt non mulctæ ps:sed ois pecunia mulctaticia cōtigisset Floræ: qđ ꝓcedere ullo mō nō pōt.Legēduꝫ est sane:Parte locāt cliuuꝫ.Est enī hic locare cōducēti ꝑscribere aliqd faciendū nō cōstituere:ut Alta theatri Fundamēta locant. ¶ Vulgus:pplūs ipse.¶ Seruabat su.pa.nul.ui.nullo q ul cisceret dānū pabulis iferentē:aut nullo q tunc rē populi uidicaret,Sua pabula dixit:qa ex illis pascuis erat populi redditus. Et postea ad alia quoq; trāslatū uerbū.Vñ & Pli.iqt:Etiānū in tabulis cēsoriis pascua dicunt oīa: ex qb⁹ pplūs redditus hēt: qa diu hoc solū uectigal fuerat.multi legūt sua publica &c.¶ Et iā inertis erat: q̄si ptinere ad segnē & iertem uidebat.¶ Pascere in priuato:in loco ꝓprio,& nō publico.¶ Talis licētia plebis: hęc licētia,q̄ abutebant plebei hoies in depascēdis saltib⁹ publicis.¶ Perducta: relata ē.¶ Ad ædiles Publicios:qui publica ꝓcurabant.Aediles creare a pībus plebs ipetrauit:ubi e sacro mōte rediit:q essent post tribunitiā ptātē,& sacras,& puatas ędes ꝓcurarēt:pessentq; ānonę, & a solio eburno curules dicti sunt:& duo ex his ornati regiis insignibus curā sacroꝝ,& ludoꝝ hēbāt. Curuliū ædiliū adeo creuit aliqñ ptās:ut ad eos fūma reꝝ & iperii cōsularis maiestas uenerit.Verū(ut est apud Pōpo.iurisco.de origie iuris)Aediles duo ex plebe cōstituti erāt: atq; ita appellati:q; ædibus pessent: in quibus oia scita sua plebs defendebat &c.¶ Aius defuit añ uiris:nō audebant olim ædiles flectere aliquē ex illis.¶ Rē popul⁹ recipit:accepit populus suā ipse cām agendā:ut eos plecteret:quoꝝ quadrupes pauperiē fecisse dicebat.¶ Nocentes subiere mulctā:dedere pœnā.Olcæ enim mulctā pœnā dicebāt:Pōponio teste.Sed Vlpia,inquit:Mulctam inter & pœnā multū iteresse:cū pœna generale sit nomē oium delictoꝝ punitio. Mulcta specialis peccati:cuius aiaduersio hodie est pecuniaria:pœna aūt non tm̄ pecuniariā:ueꝝ capitis & existimatiōis irrigari solet. Et mulcta quidē ex arbitrio eius uenit:qui mulctā dicit: pœna autē non irrogatur: nisi quæ lege:uel quoquo alio iure specialiter huic delicto ipposita est.quinimo mulcta ibi dī:ubi specialis pœna nō est a lege ipposita. Item mulctā is dicere pōt:cui adiudicatio est.Magistratus enim solos & pīsides ꝓuinciaꝝ posse mulctā dicere:mandatis pmīs sum est.Pœnā aūt unusquisq; irrogare pōt:cui huius criminis:siue delicti executio cōpetit.Hæc ille.Pli. uero inquit:Mulctatio quoq; nō nisi ouiū:boūq; ipedio diceba tur.¶ Publica cura fuit lau.uindi.laudati sunt illi qui gerentes curā publicā rem pplī,pplō uēdicarūt. ¶ Mulcta ex pte est data mihi:pœna illa ex pte erogata est ad exhibendos mihi ludos.¶ Et magno fa.senatus.i. & po.Ro. ¶ Victores:illi q exegerāt a dliquētib⁹ mulctā:aut uicto res Rōani istituere ludos nouos:qa tū pmū istituti sunt mihi ludi.¶ Parte lo.cli.q̄si locarūt Circū:aut Theatrū p meis ludis i pte cliui Capitolini.i.sꝫ pīes erant cliui:ut diximꝰ i prio li.¶ Qui:cliu⁹?¶ Tūc erat ru.ar.alta & difficilis ascēsus.¶ Nūc ē iter uti.qa cōmodū oīb⁹.¶ Et uocāt Publi.Publici⁹ cliu⁹(ut ait Var.)ab ædilib⁹ publicis: q eū publice ędificarūt. Simili de cā Publi⁹ & Costonius cliui:q; ab his uiris dūr ædificatis.Cliu⁹ ꝓxim⁹ ad Flora les usus uersus Capitoliū uetus.Ergo sub Cliuo ludi fiebāt.Sūt tū q itelligēdū cēsent illđ:Parte locāt Cliui:q; ex pte mulctę facti sunt ludi:& ex pte ædificat⁹ ē ille Cliu⁹.

PAV. MAR.

Aediles plebei sacra & priuatas ędes curabāt: annonę præerāt.

Mulcta p magistratus pubi cos:pœna pecoēs irrogatur

Cliuus Capitolin⁹ uicꝰ pmū cepta sunt fieri festa Deæ Floræ Ludi ex mulcta instituti Deæ Floræ

Cytisū fruticē ab Amphiloco Athenie sī pdicatum

ANT. FAN. Ludi Florales erãt anniuersarii

¶Annua crediderã spectacula:ludi Florales ab initio anniuersarii nõ fuerunt. Sed tales postea cõstituti sunt: Lenate, Posthumioq; consulibus: cũ idignata florũ Dea deseruisset officiũ suum: & corruptis floribus fructus quoq; perierint: & arborum & herbarũ. ℣ Nos quoq;: sicut & hoies: quorum artes honos alit: ut auctor est Cicero.

Annua credideram spectacula facta: negauit:
Addidit & dictis altera uerba suis.

℣ Hostia blãda: cuius honore & sacrificio Diis blãdientes meremur admissi ueniã. ℣ Iustũ modũ: quia contempti Dii supra modũ irascuntur si credere fas est. ℣ Testiadẽ: Meleagrum a Testio auo materno: hoc est patre Althææ. Nota est fabula. Ipse alibi: Vtq; cremasse fusi fert sub stipite natũ Testias: & melior matre fuisse soror. ℣ Phœbes: Dianæ: quã Oeneꝰ ptẽrit cũ Diis oibus sacra faceret: uñ Meleager eius filius una cũ fatali stipite cõsumptus ẽ. ℣ Respice Tãtaliden: Agamẽnonem: q dictus est Atrei filius ex Merope. Atrei autem pater est Pelops: Pelopis Tantalus. Ouid. alibi. Tantalides oẽs, ipsumq; regebat Achillẽ: Hic pars militię dux erat, ille ducum. Sed (ut placet Seruio) usurpatiue Agamẽnon & Menelaus Atridę dicti sunt: cum fuerint Plystenis filii: quoꝝ Agamẽnon: cum Dianæ ceruã occidisset ignarus: illa irata uẽtoꝝ flatus remouit: ut diximus supra. uñ adducta est Iphigenia Agamẽnonis filia ut immolaret. Ipse aũt postea ab uxore Clytẽnestra dr̃ interemptus. Is post interitum Plystenis ab Atreo educatus est. Vnde a patrui nomine Atrides magis q̃ a pãtre Plystenides dr̃. Fuerunt sane Pelopis filii: Atreus: Plystenes: & Thyestes: & eorũ soror Isidice. ℣ Eadẽ Dea uela tenebat: in Aulide retenta sunt uela Græcoꝝ. Iegunt alii tela. ℣ Virgo est &c. Sensus est: Diana qdem est uirgo, & clemens esse debuit: bis tamen ultra moduꝫ ulta est acceptam iniuriã morte Meleagri: & Iphigeniæ sacrificio: cum Agamẽnon: quaꝫ focis & rediuinã debuit uenerari, neglexisset cerua interempta. ℣ Dionẽ: Venerem: quæ irata Hippolyto: a quo spernebatur: iniecit stimulos amoris Phędrę. Vnde ille ab equis discerptus est. ℣ Consternatis: territis. consternamur animo: consternimur corpore. ℣ Collecta obliuia damnis: figurate: hoc est dãna collecta ex obliuione Deoruꝫ: atq; contemptu. ℣ Nostræ notæ: ignominię qua spreta omissis ludis acceperam. ℣ Excidit officiũ tristi mihi: corrupti sunt flores sola Deæ tristitia. ℣ Punicei croci: masculino genere crocum dicimus florem significantes.

Agamẽnon & Menelaus filii Plystenis non Atrei

Atrides

Quare Phædra ipulsa ẽ a Venẽr ad amorẽ Hippolyti

Sæpe Deos aliquis peccando fecit iniquos:
Et pro delictis hostia blanda fuit.
Sæpe louem uidi, cum iam sua mitttere uellet
Fulmina: thure dato sustinuisse manum.
At si negligimur: magnis iniuria pœnis
Soluitur: & iustum præterit ira modum.
Respice Testiadem: flammis absentibus arsit:
Causa est: qꝫ Phœbes ara sine igne fuit.
Respice Tantaliden: eadem Dea tela tenebat:
Virgo est: & spretos bis tamen ulta focos.
Hippolyte infelix uelles coluisse Dionem:
Cum consternatis diripereris equis.
Longa referre mora est collecta obliuia damnis.
Me quoq; Romani præteriere patres.
Quid facerem: per qd̃ fierem manifesta doloris?
Exigerent nostræ qualia damna notæ?
Excidit officium tristi mihi: nulla tuebar
Rura: nec in pretio fertilis hortus erat.
Lilia decideranꝫ: uiolas arere uideres:
Filaq; punicei langui da facta croci.
Sæpe mihi Zephyrus dotes corrumpere noli
Ipsa tuas dixit: dos mihi uilis erat.

PAV. MAR.

¶Annua crediderã spectacula facta: putaueram ego annuos ludos illi institutos: hoc est singulis annis: ita. n. annuũ accipimus. & in iure ẽ: Siquis annua legata reliquerit deberi illa ab hæredibus singulis annis. ℣ Negauit: Dea annuos ludos exhibitos. ℣ Et addidit alte, uer, uerbis suis: quia rursus loqui cœpit. ℣ Nos quoq; tangit honor: nunc illud arguit Dea: numina studiosa eẽ honoris, & flecti muneribus & pietate hoiuꝫ: & spernẽtes Deos grauibus afficiis supplicijs: qd̃ arguit plurimorũ exemplo. Sic cũ ea spreta esset a Romanis: indignata flores abstulit ita: ut nec ex agro nudo: nec ex agro consito: nec ex agro pascuo: nec ex florido fructus puenirẽt. Tunc se natus si oia bene floruissẽt: annuos mihi ludos uouit: reddidimus flores: & a Posthumio & Lenate cõsulibus ludi sũt mihi ploluti. ℣ Nos quoq;: Deos. ℣ Tangit honor: qa & nos Dii sumꝰ honoris cupidi. ℣ Gaudemus festis: diebus festis nobis cõstitutis. ℣ Et aris: tẽplis, & sacrificiis. ℣ Turbaq; cælestes: nos Dii. ℣ Sumus turba ambitiosa: honoris cupida: ℣ Sæpe aliqs peccando: cuꝫ peccaret. ℣ Fecit Deos inimõ æquos: nõ ꝓpitios sibi: sed eos ad iã ꝓuocauit. ℣ Et pro delictis: pro impetrãda delictoꝝ uẽia. ℣ Hostia fuit blãda: quasi tãq; blãditiis allexit Deos ad ueniam: nã sedata est ira sacrificio. ℣ Sæpe uidi louẽ thure dato: q̃si oblato illi sacrificio: & cremato thure. ℣ Sustinuisse: continuisse manũ. ℣ Cũ iã uellet mittere sua fulmina: cũ in aliquẽ delinquẽtẽ iratus esset emissurus sua tela: cõtinuit manũ motus illius pietate: cũ post delicta ipsi Ioui sacrificaret. ℣ At si negligimur: si spnimur a mortalibus. ℣ Soluit iniuria: quasi plectunt spernentes pro iniuria nobis illata. ℣ Magnis: grauissimis. ℣ Pœnis: qa grauissimo supplicio afficiunt. ℣ Et ira: Deorũ. i. ℣ Præterit: excidit. ℣ Iustũ modũ: quia nimiũ irascimur. ℣ Respice Testiadẽ: Meleagrũ Testii ex Althæa mr̃e nepotẽ. ℣ Arsit flammis ardẽtibus: Nota est fabula apri Calydonii: Aetholiæ a Diana imissi: qꝫ ei Oeneus rex Meleagri pr̃ non sacrificauerat: aper a Meleagro occisus ẽ: & datũ amicæ spoliũ: cũ ab auunculis illi ereptuꝫ eẽt: auunculos & ipse interemit. Althæa mr̃ pronior aio in sr̃es: q̃ in filiũ: stipitẽ diu seruatũ, in quo erat filii fatũ, flãmis iniecit: & eo ardẽte: arsit infelix Meleager. ℣ Cã est qꝫ ara Phœbes: ara Dianę. ℣ Fuit sine igne: sacrificio. ℣ Respice Tãtalidẽ: Niobẽ Tantali filiam. ℣ Eadẽ Dea: Diana. ℣ Tenebat tela: sagittas: qbus cõfodit & extinxit nfierosam illius sobolẽ. ℣ Virgo est: ipsa Diana. ℣ Et tñ bis ulta focos spretos: bis uidictã sumpsit de his: qui suas spernebãt aras. nã de Calydonia domo, & de Niobe: quæ. xii. filiorũ numero tumida supiorẽ se Latona iactabat: q̃ duos tm̃ peperat: cum ipsa. xii. peperisset. Indignati Phœbus & Phœbe sobolẽ extinxerũt: & illa in saxũ uersa est. ℣ Hippolyte infelix uelles tu coluisse Dionẽ: Venerẽ Dionęs filiã. ℣ Cũ diriperis: discerperis. ℣ Eqs cõsternatis: metu monstri ad fugã concitatis. De Hippolyto

Irã Deorũ maximã maxime cũ negligũtur

Quo Diana bis ulta ẽ sacra eius neglecta

Floræ Deæ neglectæ supliciũ iuentuꝫ ab ipsa

polyto diximus in.iii.nunc hoc dicit: Tu uoluisses colere Venerẽ:&,ut debuisses,amanti puellæ obseq;qđ si fecisses:non fuisses ab eꝙs discerptus.Cõsternatio(ut Põp, inquit)est concitatio quędã subita ex aliquo metu a sternutamẽto deducta:q̃ eo toto corpore cõcutimur.℣ Lõga referre mora est:lõgũ esset recẽsere.℣ Obliuia hominũ: cũ obliuiscent debitarũ imolationũ.℣ Collecta dã. dãna mortaliũ, & demerentiũ pœnas.℣ Me quoq; prę terire:silentio.s.℣ Romani pres: senatores.℣ Quid facerem?facere debuissem? ℣ Per qđ fierẽ manifesta doloris: quasi per qđ me illud ægre ferre liqdo constaret. ℣ Qualia damna exigerẽt: exigere debeant.℣ Nostræ notæ:dedec? & ignominia: q̃ notata erant: cũ essẽ sine ludis & sacrificio.℣ Excidit officium tristi mihi: quasi ego mœsta ab officio uacaui.℣ Nulla rura tuebar: nullos fouebã agros: sic & nulli florebant: aut itempestiue deflorebant.℣ Nec in pretio erat hortus fertilis: ubi solet esse florũ copia: iã insœcũdi,quos nõ tuebar, horti non florebant.℣ Lilia deciderant:qa male defloruerant:aut statim erũpentes flores necabant.℣ Videres uiolas ardere:q̃si subito natas arescere.℣ Et fila crocí purpurei facta languida: defecta,& dissoluta.Nã & lãguor interdũ defectionẽ & dissolutionẽ significat:teste Nonio.Vñ Virg. Purpureus ueluti cum flos succisus aratro Languescit moriens sæpe.Alii legunt punicei.℣ Zephyrus: uir meus.℣ Dixit mihi noli corrũpere dotes tuas:flores ipsos: & floridos agros:qui tibi dati loco dotis.℣ Dos mihi uilis erat: uiles erãt horti & flores:in quos acrius sæuiebam.

ANT. FAN. ℂVenti nocuere:q flores oleis abstulerunt.℣ Nec uolui fieri:ne cadere uideat crudelitas in placidissimam Deã. Hinc est quod ait supra:Excidit officium tristi mihi: qđ casus fuit non uoluntatis.℣ Cõuenere prẽs:senatus uouit tunc Floræ annuos ludos si herbæ & arbores bene florerẽt:qđ cũ euenisset:Lenas & Posthumius consules uota soluerunt.℣ Liberiorq; iocus:nõ solũ lasciuia rerũ in his ludis fuit:sed iocus neq̃ & ipudic?:is ꝓprie in uerbis est.℣ Succurrit:in mentẽ uenit.℣ Sutilibus coronis: coronæ sutiles in solẽnibus cõuiuiis dari cõsueuerũt primũ ex rosis:postea ex foliis nardi.Suebant flores uñ sutiles coronæ dictæ.De uarietate coronarũ lege Plinĩ.Is docet aliqñ cõsueuisse sutiles coronas fieri ex solo rosarũ folio crescente luxuria. ℣ Phyltra: ablatiuus casus ẽ phyltra:nec significat hoc loco stemmata siue coronas: cum antepenultima corripiatur:nec duplicetur lfa: sed mulieris nomen est quæ coronas nectere consueuit.De qua legimus apud Horatiũ:Displicent nexæ phyltra coronæ. Vbi si stẽmata significes uersus claudicabit.legũt alii Philyra.℣ Vnctæ comæ:ungẽtatæ more maiorum. ℂFlorebãt oleæ:emittebãt flores.℣ Vẽti ꝓterui nocuere:nã eos ex arboribꝰ decussere:& sic male defloruerũt. ℣ Florebãt lege.fruges ipsæ cũ in herbis eẽnt:flores ede bãt.℣ Seges ẽ læsa grãdie:nã flores decussi & fructũ nõ reddidit.℣ Vitis erat in spe:amissis itẽpestiue segetib? & oleis:superat spes uineæ.℣ Cælũ nigrescit:fit nubilus.℣ Austris:meridionalib? uẽtis & pluuiã iferẽtibus.℣ Et frõdes:uitiũ.℣ Excutiunt subita aqua: subitis nimbis. ℣ Nec uolui fieri crudelis:nec in ira uolui fieri crudelis.

Florebant oleæ:uenti nocuere proterui:
Florebant segetes:grandine læsa seges:
In spe uitis erat:cælum nigrescit ab Austris:
Et subita frondes decutiuntur aqua.
Nec uolui fieri,nec sum crudelis in ira:
Cura repellendi sed mihi nulla fuit.
Conuenere patres:& si bene floreat annus.
Numinibus nostris annua festa uouent.
Annuimus uotis:consul cum consule ludos
Posthumio Lenas persoluere mihi.
Quærere conabar quare lasciuia maior
His foret in ludis:liberiorq; iocus:
Sed mihi succurrit numen non esse seuerum:
Aptaq; delitiis munera ferre Deam.
Tempora sutilibus cinguntur tota coronis:
Et latet iniecta splendida mensa rosa.
Ebrius incinctis phlyra conuiua capillis
Saltat:& imprudens utitur arte meri.
Ebrius ad durum formosæ limen amicæ
Cantat:habent unctæ mollia serta comæ.

Licet irata essẽ:tñ meopte ingenio:neq; crudelis sum:neq; eẽ uolui.Ego.n.illa noxia agris nõ imitabã: sed cũ uenirent:nõ auertebã:ideo inqt.℣ Sed mi,nul.fu.cu.re. nõ adhibebã curã in repellẽdis noxiis: sed patiebar ita fieri.℣ Conuenere prẽs:senatores.℣ Et uouẽt facta annua noibus no, uouerũt ludos mihi: quia meo noie florales dicerent.℣ Si ãnus bene floreat:q̃si si quolibet ãno agri tẽpestiue:& copiose floresceret.℣ Annuimus noto:q̃si nutu ꝓmissim? fore,ut agri bñ floresceret.℣ Lenas cõsul cũ cõ.Po. de qbus supius dixim?.℣ Per soluere mihi ludos:edidere ipsos Florales ludos:ut ex Plini.diximus:istituti fuere .dxvi.ãno urbis.℣ Quærere conabar:cõtẽdebã mecũ ut q̃rerẽ de lasciuia ludorũ. Sed uenit mihi in mẽtẽ numẽ nõ eẽ graue:sed leue & iocosũ:q̃ ea offerat munera:qbus aut amẽtes aut epulãres hausto mero & in delitiis utant.Conabar igit inqt.℣ Quare in his ludis foret lasciuia maior:q̃ in cæteris ludis.nã celebrãt cũ omni lasciuia usq; ad satietatẽ ipudicoꝝ luminũ.℣ Et locus liberior:qa lasciuia liberiore.℣ Sed mihi succurrit:in mentẽ uenit.℣ Nõ eẽ sæuꝰ:tetricũ & graue.℣ Et Deã: Florã.℣ Ferre munera:ipsos flores,& coronas.℣ Apta delitiis:iocis Cupidineis:& Bacchicis.℣ Tpa:frõtes: & ipla tpa.℣ Tota pigunt:qa uariis floribus coronata picturã imitati uident.℣ Coronis sutilibus:ex sutis florib?.Coronæ.n.& tenuiores sunt:& Aegyptiæ:& sutiles:& pactiles.Tenuiores corõas antiq(ut Pli. asserit) Strophia appellarũt:hic & strophiola:& cũ ex floribus fierẽt serta: a serẽdo seriuæ appellabant.Hybernæ uero cũ negant flores Aegyptiæ dictæ:q̃ ex Aegypto flores ueniebant. Cœpit ide luxuria facere coronas ex metallo: q̃s ob tenuitatẽ Romani dixere corollas.Crassus diues ex argẽto,& auro imitatõe foliꝰ coronas dedit ludis suis. Et ut idẽ inquit:Etiã tum coronæ Deorũ honos erant:& laurũ publicoꝝ,priuatorũq;,& sepulchroꝝ,& manium. Sũmaq; auctoritas pactili coronæ sutiles Saliorũ sacris inuenimus.Adeo luxuria ꝓcessit:ut sutiles coronæ non fierẽt nisi ex mero folio rosaꝝ:& mox ex herbis & floribus Indicis petitæ:laudatissimæq; ex nardi folio dabant unguentatæ:& potissimũ fœminarũ pompis:& reliqua. ℣ Et mensa splẽdida:lauta & luxuriosa.℣ Latet iniecta rosa:fusis rosis in ipsis conuiuiis.℣ Cõuiua ebrius:post epotum uinũ.℣ Saltat capillis incinctis:innexis:hoc ẽ coronatis.℣ Philyra:cõtextis philyra:& Glyceræ corollarię fuere.& Bracteas dedisse philyrã inqt Pli.℣ Et ipru dẽs:cõuiua.℣ Vtitur arte meri:cũ ebrietate incõposite

Quare ludi Florales instituti sunt a pribus cũ antea eẽnt neglecti pp lõga bella

Corõæ sutiles

Phyltra

Coma uncta PAV. MAR.

Corõas imitatione foliꝰ ex argento & auro

saltet. ☞ Ebrius amator. i. ☞ Cantat ad limen durum: ad duras fores: quæ non aperiuntur. ☞ Amicæ formosæ: sicut & Tib. Delia tolle fores, & ipse poeta: ianitor indigne dura religare catena: Difficilemq; moto cardine pãde forem. ☞ Comæ unctæ unguẽto fusæ. ☞ Habẽt mollia serta: nam unguentati coronabantur: ut etiã est apud Luca. in conuiuio Cleopatræ: Accipiunt sertas nardo florente coronas: Et nunq̃ fugiẽte rosa multumq; madẽti Infundere comæ quod nondum euanuit aura. Cynamon externæ nec pdidit aera terræ: Adnectiq; recẽs uicinæ messis amomum.

Vnguẽtati coronabãtur

¶ Seria: grauia: quasi seorsum a risu: ut quibusdã placet. ☞ Acheloe: secundum antiquitatem locutus est: quẽ (ut Seruius docet) aquam Acheloum uocabat. Idem & apud Macrobium inuenies. ☞ Ex Ariadneo sidere: ex corona Ariadnes. ☞ Scæna leuis: lasciui ladi lasciua spectacula: ga reuera meretrix fuit. ☞ Cothurnatas Deas: graues: alludit ad grauiora spectacula, quæ exhibebantur: dũ Tragœdię referrent: q̃ cothurnatorum poetarum sunt. ☞ Non est de tetricis: hæc Dea non est de numero tetricarũ & grauiũ: earũq;, quæ magna ꝓfiteantur: ut sapientiã, uim bellicã, regna: sed quę leuia, cõia, & plebeia. Vñ Florales ludi a meretricibus celebrant. ☞ Cur tñ: quærit cur in ludis floralibus uterent uestibus nõ aliis: ut in Cerealibus: sed uersicoloribus, hoc est diuersorũ colorum. ☞ Maturis albescit messis aristis: debant Cerealibus albæ uestes: ut diximus: quia is color & quidẽ unus est segeti iam maturę. Floralibus uersicolores: quia nullus color est qui non inueniatur in floribus.

Cothurnatas Deas hoc est tetricas

Vestes uersicolores in Floralibus

¶ Nulla seria: grauia: cũ adhibito rebus ordine. ☞ Peragunt frontẽ coronata: sed iocosa oia: nec mõ: nec ordine seruato. Nã accedente ebrietate coronati seria facere nõ ꝑnt. ☞ Nec liquidæ: puræ & uitreæ aquæ. ☞ Bibunt uinctis flore: ab his qui caput hñt floribus coronatũ: nã uia imixta aquis nõ hauriunt: sed merum potant. ☞ Donec tu Acheloe eras mixtus nullis racemis: nullo racemorum fructu: hoc est nullo uino. i. dum aqua pura bibebat. ☞ Non erat ulla grã rosæ sumendæ: nõ erat gratus ullus coronarũ usus. Nã aquã haurientes non coronantur. Quia Acheloe inquit: uoluit Virgiliũ imitari dicentẽ: Poculaq; iunctis Acheloia miscuit uuis. Nec tñ ego cum Seruio & Macrobio sentio: q̃ illud dictũ putant: q; antiqui Acheloum aquã uocabant. Nã illud Virgilianũ: & hoc Ouidianũ ad historiã referendũ censeo. Scimus. n. Acheloũ esse in Aetholia fluuiũ: & Aetholũ fuisse constat Staphylum Syntheni filiũ: qui fuit uuæ reptor. Vnde ab eo græci σταφυλην uuã appellauere. Et Pli. tradit Staphylũ hunc primũ docuisse uinũ aqua miscere. Ergo quia hic docuit: & Aetholus fuit: referat ad Aetholię fluuiũ: cuius aqua prima fuerit imixta uino. Sed de his in Georgicis diximus. ☞ Bacchus amat flores: eo argumẽto: q; post epotũ uinũ corona accipit. ☞ Tu potes nosse placuisse coronã Baccho: q; Baccho grata fuerit corona. ☞ Ex sidere Ariadneo: ex corona Ariadnes: de qua diximus in tertio: & alio loco: Potus: amans: reges de flore: atq; ære coronas Accipiant: detur una corona mihi. ☞ Scæna leuis: leue theatrum ubi leuia, & lasciua referuntur. ☞ Decet hãc: Floram. ☞ Non est credite mihi non est illa: Flora. ☞ Habenda inter cothurnatas Deas: non est existimanda nympha ex his: quæ Dianã sequunt: ut uirgo sit: nam i pudica est: & tacite ostẽdit meretricẽ: ut fuisse constat. Virgines agit cothurno utebant: ut apud Vir. Virginibus Tyriis mos est gestare pharetrã: Purpureoq; alte suras uidre cothurno. Aut potius illud referas ad res etiã theatrales. Nam scæna leuis conuenit Floralibus: quæ leuia & lasciua sunt. Grauib; uero reb; est op; grauiora scæna: ueluti cum facta regũ referũtur. Ergo inter graues musas non est habenda meretrix. Et quid grauius eẽ põt Tragœdia: ea tñ cothurnata fingitur quia poetæ tragici cothurnati erant. & in lib. de Amoribus ad Corinam sic ingt: Venit & ingenti uiolenta Tragœdia passu: Frõte comæ torua Pallas iacebat humi. Læua manus sceptrum late regale mouebat: Lydius alta pedum uincla cothurnus erat. Et in secundo Tristium: Et dedimus tragicis scriptum regale cothurnis: Quæq; grauis debet uerba cothurnus hẽt. Cũ igitur cothurnus tragicorum grauia scribentiũ sit: ita intelligas nõ esse illã habendã inter seueriores musas: qbus ducibus seueriſſima in theatro referunt. Sed habendã inter meretriculas: sic leuissima & i pudica i Theatro fiũt. ☞ Cur turba meretricia celebret hos ludos? cur in ludis meretrices fungantur officio mimorũ? ☞ Causa nõ fuit petita ex difficili: sed ex facili: nã statim itellexit causam. Alii legunt cognita cã fuit. ☞ Nõ est de tetricis: grauibus & seueris. ☞ Nõ est de professis magna: de illis Deabus, quę magna ꝓfitentur: ut Ceres: quæ pręest frugibus: Pallas lanificio, & aliis bonis artibus: Themis uaticiniis: nõ est Flora ex harum numero. ☞ Vult patef sua sacra choro plebeio: q̃si spectari ludos a plebeis: non a grauib; senatorii ordinis uiris. Vnde est illud Martialis: Nosses iocosæ dulce cum sacrum Florę: Festosquæ lusus: & licẽtiam uulgi. Cur in theatrum Cato seuere uẽisti? An ideo tm ueneras ut exires? ☞ Et monet: Flora. ☞ Vti specie ætatis: uti decore & pulchritudine iuuenilis æui. ☞ Dum floreat: ipsa ætas: anteq̃ instet grauior ætas. ☞ Contemnunt spinã cum cecidere rosæ: non habentur in pretio spinæ: cum rosæ ceciderint. Sed dum rosæ nitent: sic decor formæ in ætate iuuenili: non in senecta. ☞ Cur tamen: in Cerealibus ludis: ut in. iiii. li. diximus: albæ uestes adhibentur: ab aristarum colore. Sic in Floralibus pictæ & uariæ: ab ipsa florũ uarietate. ☞ Vtiq̃uis. ☞ Albæ uestes dent Cerealibus: ludis Cereris. ☞ Cur tamẽ sic est hæc: ludorum tuorũ uestis. ☞ Decens cultu uersicolore: ornatu diuersorũ colorum. ☞ An quia messis:

Nulla coronata peraguntur seria fronte:
Nec liquidæ uinctis flore bibuntur aquæ.
Donec eras mixtus nullis Acheloe racemis:
Gratia sumendæ non erat ulla rosæ.
Bacchus amat flores: Baccho placuisse coronam
Ex Ariadneo sidere nosse potes.
Scæna leuis decet hác: non est, mihi credite, nõ é
Illa cothurnatas inter habenda Deas.
Turba quidem cur hos celebret meretricia ludos:
Non ex difficili cãusa petita fuit.
Non est de tetricis, non est de magna professis:
Vult sua plebeio sacra patere choro.
Et monet ætatis specie, dum floreat, uti:
Contemnunt spinam cum cecidere rosæ.
Cur tamen, ut dantur uestes Cerealibus albæ:
Sic est hæc cultu uersicolore decens?
An quia maturis albescit messis aristis?
Et color & species floribus omnis inest?
Annuit: & motis flores cecidere capillis:
Decidere in mensas ut rosa missa solet.

Seria

Cothurnus est tragicorum grauia scribentiũ

Crane luſtrat domum : ut abigat Striges:primo tetigit ramo ex arbuto poſtes ianuæ.℣ Ter notat:ſignat. ℣ Limina fronde arbutea: & limina & poſtes eo ramo ſignat.℣ Spargit aquis aditus:ipſam ianuam ſeu ingreſſum:eo luſtrationis genere uſus eſt:ne inde redirẽt Striges:& multi putant Arbutum arborem eas non attigere : ſic & eadem abigi. ℣ Et tenet ea quæ habebant medicamen : ubi erat uis medendi.aut intelligas: Spargit aquis ea quæ erãt ueneficio notata. ℣ Et tenet exta cru.inteſtina.℣ De porca bimeſtre : quæ erat duorum menſium. ℣ Atq; ita inquit aues noctis : o Striges quæ noctu uolatis. ℣ Parcite ex.pu.nolite attingere exta pueri Procæ. ℣ Parua uictima:bimeſtris porca.℣ Cadit : immolatur uobis.℣ Pro paruo:infante : paruam uobis ſuillam pro paruo puero mactamus.℣ Sumite uos precor cor pro corde : accipite pro corde pueri,cor porcæ lactentis.℣ Pro fibris : pueri. ℣ Fibras:ſuillæ.℣ Vos damus:offerim⁹ uobis.℣ Hãc animam:porcæ.℣ Pro meliore : ꝓ anima pueri.℣ Sic ubi libauit:poſtq̃ ſacrificiuz fecit.℣ Ponit ꝓfecta:ipſa exta quæ Diis ꝓſecant.℣ Sub aere:ſub dio.℣ Et uetat illa reſpicere q̃ adſunt ſacris:ꝓhibet reflectere aciẽ illos q̃ ſũt pñtes.℣ Et ſumit uirga Ianalis de alba ſpina:quã a Iano dono habuerat ad abigẽdas Striges.℣ Qua ꝓua feneſtra dabat lumẽ thalamis:nõ ꝓ ianuã ſumpta eſt in ea alio luſtratõis genere erat uſa:ſed ꝓ feneſtrã:ut inde cubiculuz quoq; luſtraret.℣ Poſt illud:poſt illã luſtrationẽ.℣ Nec ferunt aues:nõ dicuntur Striges.℣ Violaſſe cunas:fœdaſſe puerum in cunis.℣ Et redit puero color,qui fuit ante: nã redditus eſt incolumis.℣ Pinguis cur illis:huic Deæ (ut ſuperius diximus)pulte fabatio:& lardo ſacrificatur: ꝙ uires his rebus maxime corporis corroborent : poeta aliã cãm affert:ꝙ antiqua Dea antiqs cibis contẽta ſit. ℣ Rogas cur larda pinguia:lardũ ſuillum.℣ Guſtent illis cal.pria die Iunii.℣ Et cur faba ſit mixta cũ calido farte: nam datur fabaciũ cum farte mixtum.℣ Priſca Dea eſt: nympha antiqua:nã eo tẽpore:quo erat in terris Ianus. ℣ Alitur cibis,q̃bus ſolebat ante:eo tpe quo nõ erat tanta ciboz luxuria:& tanta ſplendiditas.℣ Nec luxurioſa petit dapes aſcitas:aliũde aduectas.℣ Adhuc:uſq; ad illa tpa.℣ Piſcis natabat ſine fraude:illis nondum erat uſus edẽdorum

Alba ſpina data dono a Iano Cranæ

Pulte fabatio cũ farre mixto calẽ. Iunii ſacrificat Deæ cæ

edendorum piſcium: ſic nemo illis inſidias ſtruebat, nec hamo fallebat. ¶ Et oſtrea fuere tuta in conchis ſuis: non enim erat oſtrearum piſcatio: quæ poſtea ab externis littoribus petebantur: & earum eſum Seneca reprehendit. ¶ Nec auis quam præbet Ionia diues: norat Latium: quia nondum aduecti erant in Latium cygni ex Ionia Aſiatica: quæ regio illis abundat: præſertim in ripis Mænandri fluminis: quod per eam regionem fluit. inde in Heroid. ad uada Mænandri concinit albus olor.

Nec quæ Pygmæo ſanguine gaudet auis:
Et præter pennas nihil in pauone placebat:
Nec tellus captas miſerat ante feras.
Sus erat in pretio: cæſa ſue feſta colebant:
Terra fabas tantum, duraq; farra dabat.
Quæ duo mixta ſimul ſextis quicunq; calendis
Ederit: huic lædi uiſcera poſſe negant.
¶ Arce quoq; in ſumma Iunoni templa Mõetæ
Ex uoto memorant facta Camille tuo.

ANT. FAN. Grus cũ Pygmæis pugnat

¶ Quæ Pygmæo ſanguine gaudet auis: piphraſis gruis, quã ferũt cũ Pygmæis in certamẽ deſcendere. Iuuenalis: Ad ſubitas Thracũ uolucres nubemq; ſonoram Pygmæus paruis currit bellator in armis. Mox impar hoſti, raptuſq; per aera curuis Vnguibus a ſæua rapitur grue. Hæc auis habita eſt aliquando inter primas: auctore Pli. licet Cornelius nepos: qui obiit diui Auguſti principatu ſcripſerit Ciconias magis placere q̃ grues. Sane Pygmæi, quos Spithameos uocant, incolunt Indiæ montana: nec excedunt ſtatura duos pedes, & quadrantem: ut A. Gel. refert: ſiue tres ſpithamas: hoc eſt tres dodrantes: ut Pli. ſcri. Eſt enim ſpithame unius menſura dodrantalis: quæ ter ducta atque ad pedem relata in duodecim particulas diſtributũ duos pedes conficit & quadrantem. Pygmæos Homerus quoque prodidit a Gruibus infeſtari: aduerſus quas: ea gens inſidens arietum, capratumq; dorſis: ac ſagittis armata ueris tempore uniuerſo agmine ad mare deſcendit: & oua, pulloſq; earum alitum conſumit: conficitq; eam expeditionem menſibus ternis. Tradiderunt quidam Pygmæos etiã fuiſſe ad Geraniam oppidum Thraciæ. alii ad Anthiochiam. alii ante paludes: unde Vilum oriri nõnulli putauerunt. Nos paulo proceriorem Pygmæis hac ætate in Vmbria uidimus hominem: cui Leonello nomẽ fuit: in quem luſimus olim his uerſibus: Demiſſa nihil eſt ad talos ueſte, femurq; Subducta ad medium quid Leonellus erit? Reſpondens nihilum, ſed longius ipſo Eſt nihil. at quid erit? nil Leonellus erit. ¶ Præter pennas nihil in pauone placebat: pauonem Q. Hortẽſius primus augurali cœna dicitur poſuiſſe: quẽ deinde multi ſecuti (ut ſcripſit Varro) extulerunt pauonum pretia ita: ut eorum oua quinis denariis uenderentur, & ipſi quinquagenis. Itaq; M. Lurco ſupra ſexagena millia nũmum ex pauonum prouẽtu accipiebat. Laudatur maxime pauus e Samo: teſte Au. Gel. qui pro pauone pauũ hanc alitem uocat. Notandum hoc loco cœnam Hortenſii: cuius ſupra meminimus a Plinio quidem adicialem uocari: uel (ut quibuſdam placet) adipalem. a Macrobio uero auguralem: quem putamus non deprauatum locum referre Varronis: nam qui exitialem legunt iure exploduntur. ¶ Sus erat in pretio: Iuuenalis: Sicci terga ſuis rara pendentia crate Moris erat quondam feſtis ſeruare diebus. ¶ Duraque farra: e farre pultem conficiebant: qua diu Romani uſitarunt. Eam Martialis e cluſino farre confectam docet relinquere dulcedinem quandam uaſis: in quo decocta fuerit: ut Imbue plebeias cluſinis pultibus ollas: Vt ſatur in uacuis dulcia muſta bibas. ¶ Sextis calendis: non accipimus Auguſti calendas: quem Sextilem dixerunt: ſed Iunii qui a Ianuario ſextus eſt. ¶ Arce quoque in ſumma: nõ multo ante captã a Gallis cũ terræmotus factus eſſet: ferunt extitiſſe uocem ab æde Iunonis ex arce: ut ſue plena procuratio fieret. Vnde (ut auctor eſt Cicero) Iunonem Monetam appellatam dicunt. Huic data eſt ædes in Capitolio calendis Iuniis ex uoto Furi Camilli: qui aduerſus Gallos dimicans: cum Deorum quoque opem adhibendam exiſtimaret: ædem Iunoni Monetæ uouit: conſecutuſque uictoriã dictatura ſe abdicauit. Itaque Senatus (ut inquit Liuius) duum uiros ad ad eandem pro amplitudine populi Ro. faciendam creari iuſſit. Locus in arce deſtinatus eſt: quæ area ædium M. Mãlii Capitolini fuerat. Eadem ædes dedicata ẽ ãno poſtq̃ uota erat. C. Martio Rutilo. V. Manlio Torquato conſulibus: prodigiũ q; extemplo dedicationem ſecutum eſt: quod & nox interdiu uiſa intendi: & lapidibus pluuit. Fuit & Romæ templum alterũ Iunõis Monetæ in Auentino: ubi eius Deæ ſimulachrum collocatum eſt: teſte Valerio Maximo: quæ, captis Veiis a Furio Camillo, interrogata per ſocum an Romam migrare uelle: ie uelle reſpondit. Superioris ædis meminit Solinus his uerbis: ut diximus ſupra. Tatius in arce ubi nunc eſt ædes Iunonis Monetæ ſeptia & uigeſima olympiade hominem exuit. Item Plutarchus in Romulo: qui incoluiſſe Tatiũ inquit eam urbis partem: ubi nũc Monetæ eſt templum: qua ex palatio in Circum maximum itur: iuxta quem locum ſunt quos pulchræ Monetæ gradus uocãt. Hanc Deã Luca. Caſtrenſem appellat: ut Numina miſcebat caſtrenſis flamma Monetæ. Aram Iunonis pellici tangere nõ licebat: cui pœna conſtituta eſt a Numa Pompilio hac lege: ut Feſtus refert: Pellex arã Iunonis ne tangito: ſi tanget Iunoni crinibus dimiſſis agnum fœminam cædito.

Iunoni Monetę ædes data cal. Iunii. in Capitolio

Iuno Moneta in Auentino

¶ Nec auis quæ gaudet Pygmæo ſanguine: nec nouerãt Latini grues: qbus eſt cum Pygmæis bellum: qui (ut Plini. inquit) tenent montana Indiæ: uicina tamen Oceano: ſalubri cælo: temperque uernante. Hi (ut Gellius inquit: qui longiſſimi ſunt non excedunt pedes duos, & quadrantem. De his Iuuena. Ad ſubitas Thracum uolucres: nubemque ſonoram Pygmæus paruis currit bellator in armis. Mox impar hoſti: raptuſque per aera curuis Vnguibus a ſæua rapit grue. ¶ Et nihil placebat in pauone præter pennas: admirabantur tantummodo pẽnas pauonum: eos autem comeſſe nondum didicerant. ¶ Nec tellus miſerat ante feras captas: non erat uſus uenationis aut aucupii. Sic feræ non capiebantur ad cibos ſplendidiores. ¶ Sus erat in pretio: ſuem cæteris præferebant. ¶ Colebant feſta cæſa ſue: quaſi diebus feſtis Diis ſuem immolabant. ¶ Terra dabat tantum fabas, & dura farra: hi fructus e tellure percipiebantur. ¶ Quæ duo ſimul mixta: pultem fabatium: & farra. ¶ Quicunque ede. comederit. ¶ Sextis calen. primo die ſexto menſis ipſis calend. Iuni. ¶ Negant hunc poſſe lædi uiſcera: non poſſunt corrumpi aliquo morbo uiſcera edentis: immo his cibis corroboratur corpus. ¶ Arce quoq; in ſumma: calen. Iun. ædem Iunoni Monetæ conſecrarunt in ea pte Capitolii: in qua fuerat domus Marci Manlii Capitolini: qui direpta penitus: & incẽſa urbe a Gallis Senonibus, & arce Capitolina obſeſſa: cũ noctu arcẽ Galli aſcenderẽt: clangore anſeris expgefactus: primus Gallos adortus eſt: & inde ui propria repulit:

PAV. MAR.

Pauo

Pauus Samo Adipalis ſeu auguralis cœna

Pulte ui Romãi ſtitarũt

Tẽplũ Iunonis Monetę fuit i eo loco ubi fuit domus Titi Manlii

ob id Capitolinus appellatus. Sed post fusos a Camillo Gallos in dissensionem cum Camillo uenit: & obstrictos ære alieno liberabat: nexos exoluebat: dānatusq; ē affectati regni crimine: in Capitolium deductus est: & per petrā depulsus monumentū gloriæ & supplicii loco reliqt. Romāi (ut Plin. addit) diruta eius domo: ædē Deæ: quam Monetā appellant: ubi dedicauerūt. Sed alii uolūt ædē hanc Camillū uouisse: sed Monetā appellatam eē Cic. inquit: q; post illam cladem maximam a Senonibus acceptam: audita uox ex arce Iunonis fuerit: sed Maximus illam fuisse Iunonem Monetā ostendit: quæ captis Veiis cum eius simulachrum miles qdā interrogaret: an Romā adduci uellet: responderit uelle: & adductū in Auentino collocatum. Verum Liui. de uoto Camilli & Iunone Veientana ita agit: Tum dictator auspicato egressus cum edixisset: ut arma milites caperent: Tuo ductu inqt Pythice Apollo: tuoq; numine instinctus pergo ad delendā urbē Veios: tibiq; hinc decimam ptem p̄dæ uoueo. Te simul regina Iuno: quæ nunc Veios colis: p̄cor ut nos uictores in nostram: tuāq; mox futurā urbē sequare: ubi te dignū amplitudine tua templū accipiat. Et paulopost: Delecti ex oī exercitu iuuenes: pure lautis corporibus: candida ueste: quibus deportanda Romam regina Iuno assignata erat: uenerabundi templum iniere. Primo religiose admouentes manus: q id signum more uetusto: nisi certæ gentis sacerdos attractare nō esset sollicitus. Deinde cū quidam seu spiritu diuino tactus: seu iuuenili ioco: Vis ne Romā ire Iuno dixisset: annuisse. cæteri Romam conclamauerunt. Inde fabulæ adiectū est: Vocem quoq; dicētis uelle auditā. Motā certe sede sua: parui molimēti adminiculis sequentis mō accipimus: leuem ac facilē transitu fuisse: integramq; in Auentinū æternā sedem suā: quo uota Romani dictatoris uocauerant perlatā: ubi templū ei postea idē, qui uouerat, Camillus dedicauit. Hæc Liui. de illa Iunone: sed Monetæ tēplū in Capitolio erat: ut dixim⁹. ¶ Memorāt: dicūt homines. ¶ O Camille facta: ædificata. ¶ Tēpla Iunoni Monetæ: consecrata sub appellatiōe Iunonis Monetæ. ¶ Tuo uoto: ex eo quod tu uoueras. ¶ In summa arce: in summo Capitolio.

Iuno ex Veis ad uecta ē

ANT FAN. Manlius Capitolinus

¶ Ante domus Manli fuerat: Manlius Capitolinus, qa ob repentes Gallos per ardua Capitolii depulit: patronus a ciuibus appellatus ē: ac domū publice in Capitolio accepit: sed postea conuictus iniisse cōsilium de occupando regno e saxo Tarpeio p̄cipitatus est: ut M. Var. scripsit. Nā Cornelius nepos eū meminit uerberibus necatum. Vnde postea Manliū patriciæ familiæ neminē uocari licuit: auctore Festo: q̄uis Plutarchus scribit lege interdictum quēq; ex ea familia Manlium dici. ¶ Vixit ut occideret dānatus: longitudo uitæ quā stultitia optat humana attulit Manlio: & dānationē: & mortis crudelissimum genus. Hic (ut Pli. scribit) an annos. xvii. bina ceperat spolia: primusq; oium eques coronā muralē acceperat. vi. ciuicas. xxxvii. dona. xxxiii. Cicatrices aduerso corpore exceperat. & P. Seruilium magistrū equitū seruauerat ipse uulneratus humerū, ac femur: fortunatus nimirū: nisi qd a Gallis seruauerat Capitoliū suo regno suasset. ¶ Lux eadē Marti festa est: coluerunt Romani (ut auctor ē Seruius) Martem Quirinum intra urbē: quasi custodē: atq; trāquillū. itē Gradiuū in Appia uia extra urbē: quasi bellatorē: cuius meminit auctor hoc loco. & Liuius in tertia Decade his uerbis: Per idem tempus Romæ signum Martis uia Appia ad simulachra luporum sudasse. Huius Dei templū fuit ad portam Capenam. Festus: Manalem uocabant lapidem petram quādā: quæ erat extra portam Capenam iuxta ædem Martis. Liuius in prima Decade: Cū oēs extra portam Capenā ad Martis ædē cōuēire armatos iuniores iussisset. Idē i eadē: Semitāq; laxo q̄drato a Capena porta ad Martis ædem strauerūt. Idē in quarta: Viā silice sternendā a porta Capena ad Martis ædē locauerūt. Hinc (ut qdam uolūt) Appiæ uiæ initiū fuit: q̄ (ut inquit Strabo) strata est ex urbe usque Brūdusium. Vñ ait Papini⁹:

Ante domus Manli fuerat: qui Gallica quōdam
A Capitolino reppulit arma Ioue.
Quam bene Dii magni pugna cecidisset in illa
Defensor solii Iuppiter alte tui.
Vixit, ut occideret damnatus crimine regni:
Hunc illi titulum longa senecta dabat.
¶ Lux eadem Marti festa est: quē prospicit extra
Appositum tectæ porta Capena uiæ.
¶ Te quoq; Tēpestas meritam delubra fatemur:
Cum pene est Corsis obruta classis aquis.
¶ Hæc hoium monumenta patēt: si q̄rimus astra:

Festum Martis ad portam Capenā ca lē. Iun. Mars tē pla multa Romæ habuit

Appia uia tecta Tēplu Martī dicatū tpe quo Galli Capitolium ceperūt

Tempestatis festum cale. Iuniis

PAV. MAR.

Appia longa teritur regina uiarū. Ea strata ē ab Appio cæco: ex quo Appiæ nomē accepit: cui ppe portā Capenā uia tecta ab oppido tecto denoiata iungebatur: quæ in flaminiam quoq; ducebat. Vnde illud ē Martialis: Lingonus a tecta Flaminiaq; recens. Liuius in prima Decade: Aedem Martis Gallico bello uotā dedicatā esse ait a T. Quinto duum uiro sacris faciūdis. ¶ Tempestas: hæc Dea calēdis Iuniis colebatur: q; peperciss et classi Romanorum: quæ pene in eo fuit: ut apud Corsicam mergeretur. Vñ Romæ tēplū meruit: qd alii in primo bello Punico ei Deæ cōstitutū putāt. Alii in secūdo: postea q̄ sæua tēpestas Claudii cōsulis classem in uastissimis locis adorta disiecit: quē inqt Liuius a Corsica in Sardiniā traiecisse. ¶ Fuerat añ domus Manliii: in eo loco erāt ædes M. Mālii Capitolini. ¶ Qui reppulit arma a Ioue Capitolio: repulit Gallos cū iā eēnt occupaturi arcē. ¶ O Dii magni q̄ bene cecidisset in illa pugna: q̄ gloriose mortuus esset tū cum Gallos repulit cū illis pugnās. ¶ O Iuppiter alte defensor solii tui: qui defendit arcem & tēplum tuum: quā tu tum occubuisset. ¶ Vixit: Manlius. ¶ Vt occideret: ut interimeretur. ¶ Damnatus crimine regni: cōdemnatus q regnū affectasset. ¶ Longa senecta: quia iam erat senex. ¶ Dabat illi hunc titulum: hanc notam affectati regni. ¶ Lux eadē: calēdis ēt Iuniis festū est Martis: sacrificatur q; in eius tēplo añ portā Capenā. Sylla. n. in ædilitate sua tēplū hoc Martis cōsecrauit extra muros supra cētū colūnas: dictūq; Martis extra murani. ¶ Eadē lux: eadē dies calēdarū. ¶ Est festa Marti: q̄ die illi sacrificia fiūt. ¶ Quē: Martē. ¶ Appositū uiæ tectæ: quia supra colūnas ædificatū: & inde sub tēplo erat uia. Alii legūt dextræ. ¶ Quē: Martem: hoc est quam ædem Martis. ¶ Prospicit porta Capena: de qua diximus superiore li. ¶ Extra: nam extra portam est. ¶ Te quoq; Tempe. Metellus q primus consors subegit: cum in Corsicā & in Sardiniam ꝓficisceret: in mari tempestatem maximā passus est: & pene submersus: seruatus est periculo: ædem Deæ Tēpestatis erexit. ¶ O Tēpestas nos fatemur te quoq; meritam delubra: te etiā meruisse tēpla in urbe nostra. ¶ Tūc cum classis: Romana. ¶ Est pene obruta: quasi immersa. ¶ Aquis Corsis: in mari prope Corsicam. ¶ Hæc monumenta hominum patēt: mānifesta sunt: quæ ab hoibus facta sunt. Monumentum quod fit causa memoriæ conseruandæ. ¶ Si q̄. a. qa q̄ fiūt ab hoie scimus. Sed si cælestia scire uolum⁹.

¶ Magni

ANT. FAN. Præpes Aqla oritur calẽ. Iuniis

¶Magni præpes adunca Iouis: Aquila. Hanc totã in ortum ferri dicit noctis initio. De cuius roſtri ortu ſupra legimus: Grata Ioui ſuluæ roſtra uidebis auis. Præpes aũt uocatur uel ꝙ ſit boni augurii (ut Seruio uidetur) uel ꝙ altius uolet. Præpetes enim aues ſunt (ut Priſcianus docet: & ex Nigidii uerbis A. Ge. colligit) quæ ſublimius uolant: quibus contrariæ ſunt aues inferæ. Licet Feſtus, pẽpetes dici putet quæ ſe ante auſpicantes ferunt: qđ maiores noſtri præpetere dicerent pro anteire. Columella calendis Iuniis & quarto nonas ſcribit Aquilam exoriri: ac uentoſam tempeſtatem interdum eſſe cum pluuia. ℣ Poſtera lux Hyadas taurinæ cornua frõtis Euocat: falluntur qui hoc loco tradi putant ortum heliacũ Sucularum. Legimus. n. ſupra: Pars Hyadum toto de grege nulla latet. & Oramicant Tauri ſeptem radiantia flãmis. Tãtum igitur admonemur quarto nonas Iunii non ſperãdam ſerenitatem: ſed pluuias expectandas: non multo anteq̃ Sol in ortum ferat exorientibus Suculis. Quod idẽ ſenſit & Columella: ut mõ diximus. ℣ Phœbuſq; iteruerit ortus: pridie nõas Iunii excluditur enim dies: qui eſt. iiii. nonas. ℣ Hac ſacrata die Thuſco Bellona duello Dicitur: ædes Bellonæ q̃ hoc tẽpore dedicata eſt: non fuit extra urbem: ut quidam falſo exiſtimant: ea uidelicet ubi Scipioni reuerſo ex Hiſpania pulſis Carthaginẽſibus Senatus dat eſt auctore Plu. ſed in urbe ac nõ ꝛõge a Circo maximo: ubi Columnella fuit quæ bellica dicebatur: cui proximam ædem fuiſſe Bellonæ Feſtus docet his uerbis: Bellona dicebat Dea bellorũ: añ cuius tẽplum erat Columnella: q̃ bellica uocabat: ſuper quã haſtam iaciebãt: cum bellum indicebat. Huius ædis auctor Appius Cl. fuit: cũ Hetruſcos bello domuiſſet. Hic ẽ: quẽ poſtea luminibus captum ferũt: cũ a Potitiis ad ſeruos ſacra Herculis trãſtuliſſet: qq; & cæcus & ſenex diſſuaſit pacẽ cum Pyrrho faciendam. Plini. ſcribit alium Appium Clau. qui primus clypeos in ſacro: uel publico dicari priuatim inſtituit: cõſulq; fuit anno urbis ducenteſimo. lix. altera in æde Bellonæ poſuiſſe maiores ſuos: cum placeret in excelſo ſpectari: ac titulos honorum legi. Sane Bellona (teſte Var.) ab Duello Duellona quoq; dicebat: quã quidam Martis ſororem dicũt. ℣ Pyrrho qui pace negata: bellum cum rege Pyrrho ſumptũ eſt poſt annũ urbis conditæ. cccc. fere ac. lxx. ut A. G. tradit. Hic (auctore Donato) peritiſſimus ſtrategematon fuit: primuſq; quemadmodum ars & diſciplina per calculos in tabula traderet, oñdit. Sed memoriæ ꝓditũ eſt: teſte Plutarcho: egregium quidem in acquirendo imperio: in conſeruãdo uero minime aptũ fuiſſe. Idẽ Tarẽtinis aduerſus Romanos auxiliũ tulit: quos cum maximis cladibus affeciſſet: deſerere Italiã coactus ẽ: reuerſuſq; in Græciã cũ Argos oppugnaret ictu tegulæ periit. ℣ Proſpicit a ter. proſpicit Circum a tergo: nõ aũt ẽ a tergo ædis Bellonæ: cũ ſcribat Feſtus: ut diximus: eam Columnellam ante tẽplum fuiſſe Bellonæ. ℣ Nõ paruæ notæ: maxiæ notæ: qa bella indicat cum haſta inde mittit. ℣ Haſta: ſignũ belli. Vnde populũ Ro. ferũt miſiſſe ad Carthaginẽſes haſtã, & Caduceũ: hũc pacis: illã belli ſignũ: ut utꝛ uellẽt, eligerẽt. Hic ẽ ꝙ pr̃ patratus eũ decretũ erat: ut bellũ indiceret: ꝓfectus ad hoſtiũ fines: & ꝑfatꝰ q̃dã ſolẽnia haſtã mittebat in hoſtiũ terrã. itẽ Romãi fortes uiros ſæpe haſta donarũt: auctore Feſto.

PAV. MAR. Cal. Iunii oritꝫ Aquila præpes

¶Tunc: eodem die calendarꝫ. ℣ Oritur præpes adunca magni Iouis: oritur Aquila. At in fine ſuperioris libri diximus oriri. Sic accipias tunc incipere oriri: ſed nunc totam apparere. ℣ Præpes: pẽpetes aues: quæ uolatu exhibent augurium: oſcines q̃ ore canunt. ℣ Adũca: ab aduncis unguibus. ℣ Poſtera lux. iiii. nonas Iunias Hyades (de qbus ſæpe diximus) omnes apparent: & in eo ortu pluuias inducũt. Verũ id ideo inquit: quia Taurus oritur: in cuius fronte diximus Hyadas eẽ figuratas. ℣ Lux poſtera: dies ſequẽs. ℣ Euocat: ab ipſo oriente. ℣ Hyadas: per appoſitionẽ. ℣ Cornua taurinæ frontis: quoniam Taurus ab ortu ſurgit. ℣ Et terra madeſcit: fit humida. ℣ Multa aqua: ob pluuiam: quam Hyades inferunt. ℣ Mane ubi bis fuerit: pridie nonas Iuni. hoc eſt. iii. die menſis feſtum eſt Bellonæ: quo die dedicatum eſt ei templum bello Hetruſco in Circo maximo: auctore Claudio: eo qui cum cæcus eſſet: & multis a publicis conſiliis uacauiſſet: dum de pace cum Pyrrho componẽda ageretur in ſenatu: & an Pyrrhus in urbem reciperetur: ſenatum adiit Appius Claudius: & ſententia ſua tenuit: ut id Pyrrho negaretur. Bellona autem Dea ſoror eſſe Martis dicitur. Aliqui Aurigam eſſe dicunt. Huic ſacerdotes ſuo ſanguie ſacrificabãt hauſto e uenis brachiorum. Vnde Luc. Tũc quos ſectis Bellona lacertis Sæua mouet: cecinere Deos. Ante eius templum (ut etiã Põpeius meminit) Columnella erat: quę bellica uocabatur: ſuper quã haſtã iaciebãt: cũ bellũ indicebat: & alii nõ ſup eam: ſed ab ea iaci haſtam aſſerũt. ℣ Vbi: poſtq̃. ℣ Fuerit bis mane: bis illuxerit. ℣ Et Phœbꝰ intrauerit ortus: erit in oriente Sol. ℣ Et ſeges bis erit facta uda rore poſito: ubi fruges & herbæ cæleſti rore bis erunt madefactæ. ℣ Poſito: depoſito in ipſis herbis rore. ℣ Hac die dicit ſacrata Bellona Thuſco duello: ĥ eſt ædes Bellonæ bello Hetruſco conſecrata fuit. ℣ Et ſemper adeſt proſpera Latio: ſemp. n. Romanis fauet. ℣ Appius: Claudius: qui bello Sãnites: Sabinos: & Thuſcos domuit: uiam uſq; Brũduſium lapidibus ſtrauit. Vnde illa uia Appia dr̃: aquam Anienis in urbẽ induxit. ℣ Eſt auctor: illius tẽpli. ℣ Qui multũ uidit aio negata pace Pyrrho: quaſi fuit ille magni conſilii: & multa qdẽ aio ꝓpiciebat: cũ eẽt auctor negandæ pacis Pyrrho regi Epyrotarꝫ: q auxilio Tarentinis ueniens in Italiã Romanis bellũ intulit: cũ prius Leuinum conſulẽ in põlio turbaſſet: a Fabritio poſtea ſupatus Tarentũ refugit. ℣ Lumine erat cæcus: nã captus oculis erat Appius. ℣ Area breuis: parua. ℣ Proſpicit ſummuꝫ Cireũ: ſũmã Circi partẽ. ℣ A tergo: a latere. erat enĩ area iuncta Circo: ab altiore & extrema eius parte. ℣ Ibi: in ipſa area. ℣ Eſt parua colũna: colũnella. ℣ Nõ paruæ notæ: ſed magnæ: cũ ſit magnoꝫ belloꝫ ſignũ. ℣ Hinc: ex hac columnella. ℣ Solet mitti haſta põtia belli: torquẽ hinc haſta in belli gerẽdi ſignũ. ℣ Cũ placet capi arma: q̃ſi inferre bellum. ℣ In regem & gentes: ſiue in aliquẽ regem pugnandũ ſit: ſiue in gentes, & nationes.

Tunc oritur magni præpes adunca Ionis.
¶Poſtera lux Hyadas taurinæ cornua frontis
Euocat: & multa terra madeſcit aqua.
¶Mãe ubi bis fuerit: Phœbuſq; iteruerit ortus:
Factaq; erit poſito rore bis uda ſeges:
Hac ſacrata die Thuſco Bellona duello
Dicitur: & Latio proſpera ſemper adeſt.
Appius eſt auctor: Pyrrho qui pace negata
Multum animo uidit: lumine cæcus erat.
Proſpicit a tergo ſummum breuis area Circum:
Eſt ubi non paruæ parua columna notæ.
Hic ſolet haſta manu belli prænuntia mitti:
In regem & gentes cum placet arma capi.

Pluuia pauloañ Solis ortũ. iiii. nonas Iunias

Bellonę feſtũ pridie nonas Iunias

Bellonę templũ ubi

Bellona dicitur a duello Bellum. cũ Pyrrho ſumptum Pyrrhꝰ rex

Bellona dr̃ eſſe Martis ſoror

De ſacris Deę Bellonę digna

Appius captus oculis tpe Pyrrhi regis Epyrotarum

ANT FAN. Herculis ædes ad Circũ pridie nonas Iunias Decias Herculi offerebãt pleriq; Romani

¶Custode sub Her.multæ fuerunt ædes Herculis Romæ:quarũ ea cuius meminit auctor hoc loco cõdita est ad Circum maximum a L.Sylla:monitu carminis Sibyllini:& pridie nonas Iunii dedicata.Huic Deo legimus eũ dem Syllam decimas obtuliſſe:ut Plutarchus teſtatur: quas pleriq; locupletes Herculi offerre conſueuerunt:ut idem in Quæſtionibus tradit:uel q̃ ille in palatio boũ quas Geryoni abſtulerat, decimam immolauit: uel q̃ Romanos ab Hetruſcis decimari ſolitos liberauit: uel q̃ diuitias minuentes eo pacto maxime coli Herculẽ exiſtimabãt:q̃ paucis contẽtus cõtinẽter putabat,tenuiterq; uixiſſe. Hinc eſt illud Plau.Vt decimã partẽ Herculi polluceam. ¶Euboico carmine : monitu carminis Sibyllini.Cumas.n. urbem Campaniæ:ad quam Sibylla Erythrea ẽm Ariſt.uenit: quã Itali Cumanam dixere: Euboici condiderũt. Vñ ait Vir.in.vi.Aen. Et tandẽ Euboicis Cumarũ allabimur oris. ¶Muneris:conſecrationis eius templi. ¶Sylla p̃b. opus:idem opipara populo dedit conuiuia,ad quæ uenientes dicebant:& pollucturũ Herculis cõuenire. ¶Quærebã nonas Sancto,Fidio ne referrẽ: Sãctus Fidius Semipater nonis Iuniis colebat Sabinorũ Deo:re quidẽ unus: ſed diuerſis noibus appellatus:quem ferunt a Sabinis in Quirinalẽ collẽ fuiſſe trãſlatũ: ubi eius ædes fuit : ad quã Varro ſcribit collẽ fuiſſe murialẽ.Per hunc Deũ iuſſurandũ quod fieret:magnã uim hẽre putabat. Plau.in Aſinaria:Per Deũ Fidiũ q̃ris? iurato mihi uideo neceſſe eſſe eloqui q̃d roges.Sunt qui eſſe hũc Herculẽ Iouis filiũ arbitrant.Vnde mediuſfidius dicebant iurantes per Iouẽ, filiumq; Iouis Herculẽ: teſte Seruio: q̃uis quidam aliter quoq; id aduerbiũ iterp̃tent:auctore Feſto.Maiores noſtri ſæpe(ut Feſtus idem docet)p.l.litera putabant. itaq; idem Deus p̃ filio Fidius dicebat. uocabat aũt Sanctus: q̃ eum minime corrumpi oporteret.Nouimus enim ſanctum ſignificare aliq̃ incorruptũ:unde ſanctæ leges dictæ:ut Macrobio placet:q̃ corrumpi nõ debeant.Vt aũt Semipater uocaretur hæc rõ afferri põt:q̃ Hercules unꝰ Deorũ:quos Apuleius Medioximos uocat:ſtuduit homi num cõmodis ac tutelæ:conſueuitq;(ut dictum eſt)etiã non rogatus laborantibus ſubuenire. Vel(quod magis placet) quia Hercules Sol eſt (ut quidam uolunt: teſte Macro.)a quo & homine conſtat gigni hominem:ut Ariſtoteles ſcribit. ¶Cuicunq; ex illis dederis ego munus habebo:ſenſus eſt:Cuicunq; e tribus nonas dederis, ac rem diuinam feceris,ego munus accipiam. ¶Sic uoluere Cures:alii legunt:Sic uoluere patres.Eſt aũt Cures oppidũ Sabinorũ. ¶Quirinali iugo:in hunc montem cõmigrarunt Sabini a Curibus uenientes:unde Quirinalis dictꝰ putatur. Lege Feſtũ. ¶Filia:Perilla huic nomen fuit. De qua ipſe alibi:Filia me mea bis pria fœcunda iuuẽta:Sed non ex uno cõiuge fecit auum.Docet autem Iunium nõ aptum eſſe nuptiis:niſi cum Veſtæ purgamina poſt idus in Tyberim miſſa fuerint:de quibus auctor dicturus ẽ: Hæc eſt illa dies : qua tu purgamina Veſtæ Tybri per Hetruſcas in mare mittis aquas.Id tẽpus his uerbis notabatur in Faſtis:auctore Feſto:Quãdo ſtercus delatũ fas,

¶Altera pars Circi cuſtode ſub Hercule tuta ẽ:
Quod Deus Euboico carmine munus habet.
Muneris eſt tempus:qui nonas Lucifer ante eſt:
Si titulos quæris:Sylla probauit opus.
¶Quærebam nonas Sancto,Fidio ne referrem,
An tibi Semipater:tunc mihi Sanctus ait.
Cuicunq; ex iſtis dederis:ego munus habebo:
Nomina terna fero:ſic uoluere Cures.
Hunc igitur ueteres donarunt æde Sabini:
Inq; Quirinali conſtituere iugo.
¶Eſt mihi:ſitq; precor noſtris diuturnior annis
Filia:qua felix ſoſpite ſemper ero.
Hanc ego cum uellem genero dare : tẽpora tædis
Apta requirebam:quæq; cauenda forent.

¶Qua felix ſo.ſem.ero:contra nõnulli ſentiunt dicentes non habentem liberos in infortunio eſſe felicem.

PAV. MAR. Tẽpli Bellõæ in Circo cõſtitutũ fuit

¶Altera pars Circi erat templum Bellonæ:ex altera tẽplum Herculis:quod conſecratum eſt a ſenatu monitu Sibyllinorum carminum ſub dictatore Sylla:qui dedicãdum probauit:celebrabaturq; eius conſecrationis feſtũ pridie nonas Iunias. ¶Altera pars Circi:quę eſt oppoſita templo Bellonæ. ¶Eſt tuta ſub Hercule cuſtode: quaſi eſt ſub tutela & cuſtodia Herculis:q̃ illic habet tẽplum. ¶Quod munus:quã ædem. ¶Deus : Hercules. ¶Habet Euboico carmine: ex inſpectione carminis Sibyllini . Euboico Cumæo: alias diximus. ¶Tẽpus muneris: cõſecrationis templi. ¶Eſt qui Lucifer eſt ante nonas: eo die qui præcedit nonas:ideſt pridie nonas Iunias. ¶Si quæras titulos ipſius tẽpli:quo titulo ſigneꝰ. ¶Sylla p̃bauit opus:a ſenatu enim conditum : probatumq; a Sylla dictatore: q

Sancti Fidii ſeu ſemip̃is feſtũ nonis Iuniis

ut Plu.inquit:Ex uniuerſis fortunis Herculi decimã lacrificãs:opipara populo fecit conuiuia. ¶Quærebã nonis Iuniis collit Trinomius Deus:Sanctus,Fidius,Semipꝰ.putabat poeta ob tria noia tres Deos eẽ.ſoluit dubium Sanctus:& unum eundem eſſe annuit. ¶Sanctus: uetus Sabinorũ Deus eſt.Var.aũt ſic inquit: Aelius Diuꝫ Fidium dicebat.Dioꝰis filium:ut græci Dioſcoron'Caſtorem:& putabãt hunc eẽ Sanctũ a Sabina lingua: & Herculem a Græca. ¶Quærebam an referrẽ nonas Sancto ne,an Fidio:an referrẽ tibi Semip̃:ingrebam ego:cui ex his tribus referendus eẽt nonarũ dies:cũ tria eſſe numina putabantur. ¶Tunc Sanctus ait mihi cuicunq; ex iſtis dederis:cuicunq; referes ipſum diem. ¶Ego habebo munus:quaſi mihi aſſignabis:& mihi ſacrificabis. ¶Ego fero terna noia:ſum Trinomius. ¶Sic uoluere Cures:Sabini a Curibus:quæ erat urbs opulẽtiſſima:ut alias diximus. ¶Veteres igitur Sa.do.hac æde: conſecrauere mihi Trinomio tẽpli antiqui Sabini ab initio:cũ aſciti ſunt in cõem ciuitatẽ. ¶Et cõ.i iu.ĥ eſt i mõte Quirinali Quirinalis collis(ut Põ.inqt) dictus eſt:qa in eũ cõmigrarũt Sabini a Curibus uenientes:q̃uis alii a tẽplo Quirini dictum putent.Et Var. Collis Quirinalis: Quirini fanũ ẽ: qui a Quiritibus:qui cum Tatio Curibus uenerũt Romã:q̃ ibi habuerunt caſtra:quod uocabulum cõſiſtorũ noia obliterauit. Dictos.n.colles plures apparet ex Argeorũ ſacrificiis &c. ¶Eſt mihi ſitq; p̃cor : filiã hũit Ouid. Perillã noie:cuiꝰ i Triſtibꝰ meminit.ẽ ẽt i illis libris epiſtola ad eã. Hãc cũ uiro traditurus eẽt poſt nonas Iunias:& de cõgruo tpe ſacerdotẽ cõſuluiſſet:accepit eo tpe malũ eſſe nubere:abſtinendũq; a cõtrahendo cõiugio uſq; ad idus Iunias:nã poſt abſoluta ſacra Veſtæ:purgatiões:& quæ his diebus ſint nuptiæ erunt feliciores. ¶Eſt mi.filia,& p̃cor ſit diu.no.an.habeo ego filiam:& p̃cor ſit ſuperſtes uitæ meæ:& longiore tpe uiuat. ¶Qua ſoſ.ſemper ero.fe.quæ filia dum mihi ſalua & incolumis ẽ:ſemp me ego felicẽ exiſtimabo. ¶Cũ ego uellẽ da.ge.cũ tradere eã uellem uiro:q̃ eẽt mihi gñr. ¶Reqrebã q̃ tpa eſſent apta tædis:cõgrua facibus mꝫimonialibus:hoc ẽ iſpis nuptiis. ¶Et q̃ fo.ca.q̃ eẽnt minus congrua:& ſic euitanda.

Fidii & Sancti feſtum

Quirinalis collis

Perilla Ouidii filia fuit

Semipr Hercules dictꝰ medioximus

Quirinalis collis

Perilla filia Ouid. Iunius añ idus non eſt aptus nuptiis Idus omniꝫ mẽſium Iouidicatæ

¶Sacras

ANT. FAN. Flaminicæ institutæ

¶ Sacras idus:qa oium mensiũ idus Ioui dicatæ sunt(ut diximus)quãuis idibus Iuniis Ioui inuicto datũ: siue dicatũ tẽplum est.℣ Prima ps huius:Iunii mensis.xiii. dies. ℣ Cõiux Dialis:Flaminica uxor Flaminis Dialis.Hæc cũ iret ad Argeos:nec comebat caput:nec pectebat capillũ: similiter & hoc mense ante stercus delatũ.Eidẽ & cal.Iuniis ante id tps nec licebat secare ungues:nec uirũ tangere:hoc est Flaminẽ Dialẽ: cuius unguium & capilli tegmina subter arborẽ silicaꝫ terra opiebant:eiusdẽ capillũ nõ tondebat: nisi q liber hõ eẽt:ut A.G.scri. ℣ Buxo detonso:pectine buxeo. pecten.n.inde nõ fit nisi tõdeatur buxus .i. ferro secetur. ℣ Perpetua lege: qa matrimoniũ Flaminis Dialis: nisi morte dirumpi ius nõ erat: qui si uxorẽ amisisset: Flãinio decedebat. ℣ Ignea humus:ædes Vestæ ubi ardet perpetuus ignis. ℣ Pura uestę:quę nõ habet maculã:nõ est obsita:non fulgurata:nõ funesta.talia.n.erãt pura uestimẽta:ut diximus:q̃ sacerdotes ad sacrificium adhibebant.Seruius:Impolluta ingt & pura uestis dr:qua festis diebus uti cõsueuerant sacra celebraturi.Alii legũt: Ignea cũ pura uestę nitebat humo:qd si est purã humũ accipe delato stercore,& purgaminibus inde sublatis:qd magis placet.Festus:Quãdo stercus delatum fas eodem mõ in Fastis notaꝫ dies:quo stercus purgaꝫ ab æde Vestæ. ℣ Tertia post nonas remouere Lycaona Phœbe fertur.vii.idus Iunii Arctophylax occidit: sed nõ totus. Vñ auctor perite hoc lõco non occidere inquit Bootem:sed ut occidat dici.Is enim(ut dictũ est)in occasu quatuor signorum zodiaci tẽpus ablumit:Tauri,Geminoꝝ, Cancri,ac Leonis.Vnde a poetis piger dicitur.ut Tardus in occasu sequit sua plaustra Bootes. Accedit ad hoc:q ei? manus:quã sinistrã dicunt:re uera nunq̃ occidit:cũ ab arctico circulo includaꝫ.Arctophylacẽ hic Ouidius Lycaonem uocat:ponẽs more poetaꝝ primitiuum p derituationem uocat:ponẽs more poetaꝝ primitiuum p derituationem uocat:ponẽs more poetaꝝ primitiuum p derituation

gra.campi:in gramineo campo Mar.¶ Et o Tybri lu.q facillime laberis.¶ Memini di.tu.lu.q̄ ad honorem tuu3 fierent.¶ Et est fe.di.il.g.di.li.ma.per periphrasim piscatores ostendit:est festa dies piscatoribus:qui tradunt linea retia aquis madefacta.¶ Et qui tegũt æra recurua: hamos curuatos. ¶ Paruis cibis:quibus pisces decipiũt.

Tybrales ludi in honorez Tybridis dicũt festũ piscatorum

¶ Mens quoq; numen: eadem die festum est Mentis: cui consecrata sunt templa a senatu. Romani.n.tot cladibus ab Hãnibale acceptis ad Trebiam:ad Transimenũ:ad Cãnas:extincto Paulo Aemilio cõsule: uouerũt Menti tẽplum:si Dii bonam mentem darent:q̄ habita & Hannibale uicto templum condiderunt. Lactã.ubi meminit consecrationis,uirtutis, atq; honoris: subdit eadẽ uanitate:Mentẽ quoq; inter Deos collocauit senat?:quã pfecto si habuisset:eiusmodi sacra nũq̄ suscepisset.¶ Mẽs quoq; habet numen:quia consecrata:& inter Deos collocata.¶ Videmus delubra uota Menti:templa quæ uota sunt:sunt illi dedicata.¶ Metu belli tui Pœne perfide: o Hannibal qui nunq̄ seruabas fœdera: cum tua bella timerent Romani:uouerunt ædem Menti.

Post belli cãnẽse Mentis Deæ tẽplũ ẽ cõstitutũ

ANT FAN. Fabius primus docuit Romanos non pugnando uincere

¶ Pene rebellabant:sensus est:Audito interitu Flaminii tantus timor inuaserat omnes:ut pene rebellarẽt a Ro. imperio. Alii legunt Pœne rebellabas pro Hannibale. ¶ Leto consulis:non Pauli Aemilii,sed Flaminii. Nondũ enim interemptus fuerat Paulus ad Cannas cum Menti ædes uota est. Lege Liuium.¶ Melior protinus illa uenit:quia diuinitus exorta est in Fabio Maximo mens atq; consilium non pugnandi: ut frangeret Hannibalem mora:& cunctando uinceret. Est autem uenit præsentis non præteriti temporis ne claudicet uersus. ¶ Mediis sex lucibus.vi. idus Deæ Menti ædes dicata est, acuota soluta.¶ Vesta faue:sacra Vestæ usq; adeo uetusta sunt: ut ea non pauci scriptores tradiderint Aeneam ex Troia in Italiam attulisse. Vnde ignem Vestæ legimus a poetis modo Troianum:modo Laomedonteũ: modo Troicũ appellatum. Sillius: Et uos uirginea lucentes semper in ara Laomedonteæ Troiana altaria flammæ. Papinius: Pulchrius an tacita uigilet face Troicus ignis. Iuuenalis: Vbi quamquã diruta seruat Ignem Troianũ:& Vestam colit Alba minorem. Hanc Deam Macrob.de numero penatum esse:aut certe comitem eorum refert: adeo ut consules,prætores,dictatoresq; cum magistratum adderent Lauinii penatibus piter & Vestæ rem diuinam facerent. Itaq; Vir. cum ex persona Hectoris dixisset:Sacra suosq; tibi cõmendat Troia penates.mox adiecit:Manibus uictas,Vestamq; potentem Aeternumq; adytis effert penetralibus ignem. Eam nonnulli Cererem eẽ dixerunt. Alii Deorum matrem,siue terram:quæ q; uariis uestita sit rebus,Vestæ nomen accepit:ut Seruius tradit: uel q; in sua stet ui:ut a stando Vesta uocatur. Alii Vestã ignem esse uolũt:qui a Græcis estia dicitur:unde ipsa uirgo putabatur. Nouimus.n.elementum ignis esse inuiolabile:nihilq; ex eo nasci. Quam ob causam uirgines in eius templo ignem perpetuum obseruabant: quas Numa Vestales quincupauit:cui regi earum uirginum sacerdotium & ignis perpetui cultus ascribitur:auctore Plutarcho. Licet quidam a Romulo sacras uirgines lectas: & ignis consecrationem dixerint constitutam:quibus ut fidem non adhibeamus Liui.facit:qui legisse inquit Numam uirgines Vestæ sacerdotium Alba oriũdum: a quo rege institutum est ignem perpetua uigilia custodiri ne corrumperetur:tanq̄ omnium principium esset: quippe qui est motio quædam:uel cum motione totius generatio:cum alia calore uacantia & cadaueribus similia ignis uirtutem tanq̄ animam cupiant. Huius pura,incorrupta q; substantia ab inuiolatis: atq; integris(ut diximus)custodibus seruabatur in templo:quod idem Numa rotũdum condidit ad Tyberim nõ longe a palatio:imitatus terræ figurã:uel totius mũdi: cuius medium ignis sedes a Pythagoricis putabatur. Fuit autem ignis perui gil etiam in aliis templis:teste Seruio:æthereorum uidelicet potestatũ:ut in tẽplo Iouis,q est æther.& Mineruæ,q̄ supra ætherẽ ẽ:uñ de pĩs capite dĩ pereata. Seruauerũt ẽt Græci nõnullis i locis ppetuũ ignẽ:quẽ ferũt nõ a uirginibus:sed a mulierib? solutis cõiugio solitũ custodiri:ut Athenis,& apud Delphos:ubi si forte ignis qñq; defeciset:nouũ & pegrinũ excitare Sole flãma elici oportebat:ut scri.Plu.in Numa. Itaq; sunt(ut idẽ ait in Camillo)q hũc regẽ ad imitationẽ Græcoz in æde rotũda:cui? mõ meminimus:putẽt ignẽ ppetuũ posuisse:q si qñ extinctus cẽt:uirgines uerberib? afficiebãtur a põtifice: qbus mos erat(ut docet Fest?)tabulã felicis materiẽ tãdiu uerberare:quousq; exceptũ ignẽ uirgo in ædẽ ferret. Vesta oĩbus sacrificiis inuocabat:auctore Seruio:sicut & Ian?:qa nullũ sacrificiũ sine igne ẽ. Eidẽ olĩ nõ nisi de Numico fluuio libabãt:i quo reptũ ẽ cadauer Aeneæ:utebãturq; i ei? sacris sale in pila tõso:& in ollã fictilẽ cõiecto: in furnoq; pcocto. Faciebãtq; iterdũ sacri genus:qđ(ut inqt Festus) casta mola dicebat. In eiusdẽ Deæ sacris,qa piaculũ erat si aq̃ hausta ad sacra i terra poneret,utebant uase:qđ a Seruio futis:a Donato futile appellat. Id erat acuto fundo, & ore parulo:instabiliq; ita:ut stare nõ posset:sed positũ statim effunderet:deponebatq; nõ nisi a ministro sacroz: teste Donato. Sciẽdũ Vestæ sacra in eoz numero hẽri:q̄ a ueteribus Municipalia dicebant:sic.n.uocari solita sunt: auctore Festo:sacra q̄ añ urbẽ cõditã colebant. Idẽ ẽt scribit sex Vestæ sacerdotes olim cõstitutos ee:ut ppls p̃ sua qsq; pte ministrã sacroz hret:qa ciuitas Romana erat in sex ptes distributa:i prios,scdo sq;, Titiẽses,Rãnes,Leucer es. Diony.uult Romulũ i.xxx.curiis Vestã collocasse:ubi rẽ diuinã faciebãt. Q đ uez ne sit alij uiderint. Idẽ scribit postea pprias curiaz Vestas nequaq̃ moras:sed cõez oiuz inter palatium & Capitolium constitutã.¶ Operata resoluimus ora:q̄ sacra cecinerũt. Est.n.operari sacra perficere:& constat maiores nr̃os opationes sacrificia dixisse. ¶ Pœne rebel.& eras tu rebellis:& ad rebellandum cogebas alios populos.¶ Et oẽs:Romani.¶ Attoniti: exterriti.¶ Leto cõ.morte Pauli Aemilii ad Cãnas.¶ Pertimuere ma.Mau.spẽm pro genere posuit: hoc est uires Afrorum. De Mauris diximus superius: Libyæ populi ad fretum colũnaz.¶ Spem me.abstu.nihil.n.spei relictũ erat:oia metus occuparat.¶ Cũ senatus susci. uo. Mẽti: nficupauit ipse senatus uota: & aliozq; quoq; uota suscepit.¶ Et illa:Mẽs.¶ Melior ptinus uenit: psolutis uotis statim iniere meliora cõsilia:& pfecere bello Scipionem adhuc adulescẽtẽ:q semp felicissime pugnauit.¶ Illa dies: qua sunt soluta uota Deæ:cõsecratũ tẽplũ:& pacta sacra Menti.¶ Aspicit idus instantes:instantẽ diem iduũ.¶ Sex lucibus:diebus.¶ Mediis:sic indicat septimũ diem iduũ. ¶ Vesta faue tibi nũc.vi.idus est festũ Vestæ: de q̄ multa dicenda.

Pœne rebellabas:& leto consulis omnes
Attoniti Mauras pertimuere manũs:
Spem metus abstulerat:cum Menti uota senatus
Suscipit:& melior protinus illa uenit.
Aspicit instantes mediis sex lucibus idus
Illa dies:qua sunt uota soluta Deæ.
¶ Vesta faue: tibi nunc operata resoluimus ora:

Ignis puigil in multis templis

Quare Pallas dicit de capite Iouis creata

Futis ut Futile. uas Municipalia sacra

PAV. MAR.

Curia hostilia Põpeia & Iulia

Cur ædes Vestæ rotũda

PAV. MAR.

Vestæ si mſachꝫ cerni nõ põt qa é ignis

dicenda sunt. Sed primum hoc inquit poeta: se, cum in prece esset: sensisse numinis aduentum: non tamen uidisse Vestam. Sed de quibus erat ambiguus: ꝺia sibi patuisse: nemine docente. ℣ Faue o Vesta: mihi tua mysteria relaturo. ℣ Nos resoluimus tibi ora operata: officiosa: nos de te agere ex officio incipiemus.

ANT. FAN.

℣ Ad tua si nobis sacra uenire licet: quia sacra Vestæ uirginũ sunt. ℣ Purpurea luce: nimbo diuino ob numinis præsentiã. Purpurea dicit: qa Vesta ignis é. ℣ Valeant mẽda. ua, sic dictũ ut illud Terẽtii: Valeant q inter nos dissidiũ ſrunt. ℣ Dena quater &c. anno urbis quadrageſimo ædẽ Vestæ rotũdam a Numa Põpi. Romæ cõditã ferũt: quã Seruiꝰ docet fuisse Numæ regiã: qđ nõ placet. Atriũ. n. Vestę fuit Numæ regiæ: quod constat qdẽ fuisse iuxta ædẽ Vestæ: sed remotũ ab æde: ut idem Seruiꝰ tradit. Vnde ait Plu. Numa regiã iuxta tẽplũ Vestæ cõdidit: ubi maiorẽ tpis partẽ morabat: aut sacris uacans: aut sacerdotes docens. Et Solinus: Numa, inqt, habitauit in colle primũ Quinali: deinde pp ædem Vestæ in regia. Tacitus: Numæ regia, & delubrũ Vestæ cũ penatibus ppli Ro. exusta. Huic Liui. tertiæ Decadis lib. vi. id atrium regium uocat: ut cõprehensæ latumiæ, forũq; Piscariũ: & atriũ regium: ædes Vestæ uix defensa est. Non ptereundũ hoc loco quod A. Gel. scribit li. xiii. noctiũ Atticarꝫ: Aedẽ Vestæ tẽplum nõ fuisse: cuius rei cãm Seruius tradit docens eam ædẽ ideo non fuisse Augustam: idest augurio consecratã: ut Senatus eo nõ cõueniret ubi uirgines erãt: cui licebat ad atriũ conuenire: quod erat augustũ. Nouimus. n. senatus consulta non nisi in loco per augures cõstituto iusta fieri potuisse. Quam ob cãm in curia Hostilia, Pompeia, & Iulia, cum ea loca profana fuissent, templa dicuntur ab auguribus constituta. Sciendũ per quater dena Palilia significari annum urbis quadrageſimũ: quã Palilibus conditã ferunt. ℣ Metuentius numinis: metuẽs numen cũ dicimus participio utimur: cũ numinis metuens noie. ℣ Hic locꝰ exiguus qui sustinet atria Vestæ: Oui. alibi: Hic locus est Vestæ q Pallãda seruat & ignẽ: Hic fuit antiq regia parua Numæ. Horum uersuum sensum nõnulli male accipientes: existimarunt significari tm̃ ædem Vestæ cum posteriore uersu atriũ demonstret. ℣ Forma tm̃ templi quæ nunc manet: ædes Vestæ ideo rotũda facta est ad pilæ similitudinẽ: q eam Deã crederent terrã esse: ut auctor est Festus: quam primus Parmenides globosam dicit: ac rotunda m: & in medio sitam: qui floruit olympiade. lxix. Anaximander uero Cylindri forma terram esse tradidit: ut Eusebius refert.

Vestæ ædes rotunda

Atrium Vestæ Numæ regia iuxta ædẽ Vestæ

Curia hostilia Põpeia & Iulia

Cur ædes Vestæ rotũda

PAV. MAR.

ℂ Si licet nobis uenire ad tua sacra: cũ non liceat nisi uirginibus: ideo inquit: Si licet nobis. ℣ Eram ego totus in prece: contemplabar ego: & precabar numina. ℣ Sensi: quasi adesse cognoui. ℣ Numina cælestia: ipsam Deam. ℣ Et humus læta: ob præsentiam numinis. ℣ Resulsit luce purpurea: splendore ignis. ℣ Non equidem uidi te o Dea: ego certe non te inspexi. ℣ Valeant mendacia uatũ: quasi non esse mendax: ut multi poetæ solent. Ego ingenue fateor non uidisse te. ℣ Sed sunt cognita mihi nullo præcipiente: cognoui ego: cum nemo esset qui daret põcepta: aut q me doceret. ℣ Quæ nescieram: quæ mihi erãt occulta. ℣ Et illa quorum errore trahebar: in quibus errabam: & de quibus eram dubius. ℣ Dena quater memorant: quadrageſimo urbis anno a Numa Pompilio templum Vestæ Romæ cõditum est: ut poeta inquit. Multi tamen putant a Romulo prius erectũ. De quo pluribus agit Diony. & illud postea asseritur: Commune templum Vestæ non constituisse Romulum: sed unicuiq; xxx. curiarum Vestam collocatam: ubi sacrificabant curiæ: sacrificulos earum fecit curiarum duces. Numa uero suscepto imperio proprias curiarum Vestas nequaq̃ mouit. Cõmunem autẽ constituit omniũ in medio Capitolii, & Palatii loco. Comprehensis collibus iam utrisq; unis mœnibus Custodiamq; sacrorũ ex lege patriæ Latinorum per uirgines fieri iſtituit: habet autem aliquid etiam custoditum ipsum in templo quid sit. Et quam ob causam uirginibus committatur. Quidam dicunt nihil esse præter ignem illum manifestum: Custodiam autem eius uirginibus potius q̃ uiris attributam faciunt: rõne quadam probabili: q ignis quidem res est imaculata. Virginibus autem incorrupta, & castimonia diuinorum purissimum mortalium amicum est. Vestæ autem apponi ignem existimant: q & tellus existens ea Dea: & medium mundi locum obtinens: inflãmationes excelsi facit ex se ipsa. Sunt & qui dicant etiam præter ignem arcana esse quædam in templo Deæ sacra. Quorum neq; pontifices cognitionem habent: neq; uirgines coniecturam. Hæc ex Diony. .ii. lib. de antiquitate Ital. Nec dissentit Plutar. in Numa. Nunc quæ Dea Vesta sit agendum est. Saturnus cũ rex potentissimus esset: ad retinendam parentum memoriã: eorum nomina cælo: terræq; indidit. Quare patrem dixit Vranon: q cælum latine, indicat. Matrem uero τχιαν: quæ significat terram: & Vesta interpretatur: eo q rebus omnibus uestiatur. Verũ & altera ab hac Vesta Saturni ex Rhea filia fuit: cuius meminit Diodo. & eã structuram domus inuenisse asserit. Sed hæc non ea de qua agimus. Licet poeta etiã eius meminerit. Sed hæc hactenus. ℣ Memorant: referũt hoĩes. ℣ Romam habuisse dena quater Palilia: quadraginta natales. nam in Palilibus cœpit ædificari: ut in quarto docuimus. Sic indicat. xl. annum. ℣ Cum Dea custos flammæ: Vesta apud quã æternus ignis seruatur. ℣ Est recepta æde: templo quod omnibus curiis commune esset. ℣ Regis opus placidi quasi templum illud a Numa rege benigno conditum fuit. ℣ Quo: Numa. ℣ Terra Sabina: nam Sabinus erat: & ex Sabinis ad imperium accersitus: ut in tertio diximus. ℣ Nõ tulit: non procreauit. ℣ Vllum ingenium metuentius numinis: q magis timeret Deum: aut q magis religiosum esset. ℣ Quæ nũc ære nitent: templa Vestæ, quæ nũc aurata sunt: & auro effulgent. ℣ Tunc: Numæ tpe.

Tẽplũ Vestæ a Rõulo cõstitutum alii a Numa

Vestæ fabula quõ fererit

Ad tua si nobis sacra uenire licet.
In prece totus eram: cælestia numina sensi:
Lætaq; purpurea luce refulsit humus.
Non equidem uidi (ualeant mendacia uatum)
Te Dea: nec fueras aspicienda uiro:
Sed quæ nescieram: quorumq; errore tenebar:
Cognita sunt nullo præcipiente mihi.
Dena quater memorant habuisse Palilia Romã:
Cum flammæ custos æde recepta Dea est.
Regis opus placidi: quo non metuentius ullum
Numinis ingenium terra Sabina tulit.
Quæ nunc ære nitent, stipula tunc tecta uirebãt:
Et paries lento uimine textus erat.
Hic locus exiguus, qui sustinet atria Vestæ:
Tunc erat intonsi regia magna Numæ.
Forma tamen templi, quæ nũc manet, ante fuisse
Dicitur: & formæ causa probanda subest.

Vbi ẽ tẽplũ Veſtæ ibi fuit Numæ Põpilii ſedes

ANT FAN.

Terrã hr̃e ignẽ argumẽto ex Aetna

Cẽtrum terræ qũo ĩtelligitur Archimedes

Sphærã inuentã eẽ a Muſæo filio Eumolpi: alii ab Atlante

PAV. MAR.

Geometria iuẽta ab Archimede

¶ Nitebant tecta ſtipula: p tegulis æreis, & deauratis habebant ſtipulas: & his erant tecta, & his nitebãt. ¶ Et paries erat textus: cõpoſitus. ¶ Vimine lento: flexibili: non marmoreus paries, ſed uimineus. ¶ Hic locus enim erat paruus. ¶ Qui ſuſtinet atria Veſtæ: ubi nũc eſt Veſtæ atriũ, ſiue area. ¶ Tũc erat magna regia Numæ intõſi: hoc erat ingens regis Numæ palatiũ: ad indicandam illius moderationẽ: qui modico, & exigua domo erat cõtentus. ¶ Forma tñ tẽpli quæ manet nũc dicitur fuiſſe ante: a principio forma tẽpli erat rotunda: ut nunc ẽt eſt. ¶ Et ſubeſt cã probanda formæ: eſt probabilis rõ ipſius rotunditatis.

¶ Veſta ea. eſt & ter. terra & Veſta unus atq; idẽ ſunt. ¶ Subeſt ui. ig. utr. ædes Veſtæ ignem continet inextinctum, ſiſt & terra. ¶ Significant ſe. t. ſo. l. ſenſus eſt: Terra. i. Veſta & focus ignẽ ſouens: q eſt in æde Veſtæ: ſuã ſedẽ ondunt: qm̃ ut elemẽtũ terræ ignẽ intra ſe continet: ita & ædes Veſtæ focũ atq; ignem. Eſt & alter ſenſus: q; ædes Veſtæ ſua forma utriuſq; elemẽti: hoc eſt terræ & ignis ſedẽ oſtendit: quæ rotunda eſt. ¶ Terra pi. ſi. n. ſ. n, terra ſuis fixa ponderibus eſt: ut phyſici dñt: quã Aegyptii ſignificantes bouis figurã ponebant: ut Mac. tradit. Pli. aeris ui ſuſpẽſam cũ aquarum elemento librari terrã docet: & leuia ponderibus in hiberi quo minus euolẽt: cõtraq; grauia ne ruãt ſuſpẽdi leuibus in ſublime tẽdentibus: & pari in diuerſa niſu ui ſua quaq; cõſiſtere. Terrã ignẽ hr̃e dubiũ nõ eſt: auctore Ser. qui ait intelligi eã rẽ ex Aetna. Vnde Ouid. ẽt inqt in æde Veſtæ ppetuũ ignẽ. ¶ Aere ſu. qũo ſubiecto: cũ terra elemẽto aq; & aeris ſubiiciat: qa & apud Antipodes aer eſt, quẽ uulgus ſubiectũ putat, & ſuppoſitũ terræ. ¶ Tã gra. pẽ. onus in quo aliud ẽ cẽtrũ magnitudinis: aliud grauitatis: a qbus inæq̃les ſunt lineæ ad uniuerſaz terræ ſuperficiẽ ductæ: cũ tñ nõnulli uelint hemiſpiũ: qd̃ eſt a centro ad ſuperficiẽ grauitatis æquari pondere alteri hemiſpio qd̃ ab eodẽ centro grauitatis ſuperficiẽ ponũt. Sane res ęq libris (ut in Phedone Plato docet) ĩſimilis alicuius medio poſita: nec magis: nec minus põt in ptẽ aliquã inclinari. ¶ Arte Sy. Archimedes mathematicus excellẽs: cui geometricæ ac machinalis ſciæ grãde teſtimonũ M. Marcelli contigit. ut Pli. ſcri. fabricauit ſphærã ſphæræ mũdi ſimilimã: ubi & inqt Ci. Planetaz oĩum motus nõ ſine diuino ingenio imitatus eſt. Idẽ (ut Plu. tradit) amicos ac neceſſarios ora ſſe dr̃: ut poſt eius mortẽ ambitã Cylindro ſphærã: ei? ſepulchro ĩponerent: qd̃ factũ eſt ita: ut Cice. glorieꝰ q̃ſtorẽ ſe in Sicilia ſepulchrũ Archimedis inueniſſe ſeptum undiq; uepribus: ac dumetis: & a Syracuſanis ignoratũ: cũ aĩaduertiſſet colũnã in qua inerat ſphæræ figura & cylindri. Sphætã alii ferunt inueniſſe Muſæum Eumolpi filiũ: teſte Laertio. Alii Atlantẽ ut Pli. refert. Sane auctor hoc loco rotũdã terrã eſſe arguit: auctoritate Archimedis. Nolo. n. exiſtimes fuiſſe Romæ ĩ æde Veſtæ Archimedis ſphærã: quod a nullo ſcriptore memoriæ p̃ditum inuenies: q̃uis Pli. ſcribat ædẽ Veſtę Syracuſana ſuperficie tẽgi placuiſſe: q ẽt inqt: Syracuſana eſſe in Panetheo capita colũnaz a M. Agrippa poſita. ¶ In ae. clau. ambitu cæleſtiũ circuloz: hoc eſt quibus Archimedes cæloz motus imitatus eſt. ¶ Quod ut fiat &c. ſi elemento terræ rotũditas deſit ſine dubio æque a cælis undiq; diſtare nõ poterit. ¶ Nullus pcur. &c. quia ſi ædes eẽt non rotundæ, ſed alterius formæ: pcurrere anguli poſſent, ac longius ſecedere a medio q̃ reliq̃ ædis latera. ¶ Tholus: Tholũ Ser. eẽ docet ueluti breue ſcutũ: qd̃ in medio tecto eſt: in quo trabes coeũt. Alii per tholũ omnẽ ædificii teſtudinem accipiunt.

¶ Veſta eadẽ eſt & ter. hanc rõnem affert formæ templi rotundæ: quod Veſta terra ſit: & ut elemẽtũ terræ globatũ eſt: & p cẽtro toti? machinæ conſtitutũ: quod rotũdum ſit neceſſe eſt: & aer undiq; circũfuſus: & ſupra aera ignis quoq; circũfundit. Ita in rotũdo: & cauo ad cæli ſilitudinẽ tẽplo: medio loco terræ rotũda effigies pẽdet: ſuperiuſq; ignẽ hẽt inextinctũ. Plu. uero de ipo igne in Camillo ita inqt: Virgines uero Veſtales rapto ex Laribus igne: cũ ſacris fugerũt: ſed a qbuſdã memoriæ traditũ eſt: nihil põter æternũ ignẽ eſſe ſeruatũ. A Numa. n. rege tanq̃ oĩum principium eſſe ignis uenerari inſtitutũ eſt. Nã nobiliſſimũ quoddã ignis exiſtit in ipſa natura: & motio q̃dã eſt uel cum motõe totius generatio. Alia uero materia: q̃ calore uacat: ocioſe, ignauiterq; iacens: & cadaueri ſimilis: ignis uirtutem tanq̃ aĩam cupit: & paulatim ſuſcepto igne ad agendũ quid: uel patiendum uertitur. Numa Pompi. uir curioſus: ac ſapientiſſimus: qui in colloquiũ cum muſis per ſapientiam ueniebat: rõne quadã phĩæ motus: hũc ſeruari: cuſtodiri q; perpetua uigilia ne corrumperẽ uoluit. Tãq̃ æterna uirtus: q̃ oĩa ſeruaret, cẽt. hæc ille. ¶ Veſta ea. eſt & terra: non ſunt diuerſa: ſed ſunt idẽ. Nã terra Veſta dr̃: ut oſtendimus. ¶ Ignis ui. ĩextinctus. ¶ Subeſt. u. Veſtæ & terræ. Terra hẽt ignis elemẽtũ: Veſta in tẽplo habet ignẽ ĩextinctum. ¶ Terra & focus ſignificant ſedẽ ſuã: nã terra ẽ in medio loco totius mundi: & focus ille eſt in medio templo: ſic oſtendunt ſuã ſedẽ: ſed per ea quæ ſequunt melio? intelliget. ¶ Terra ſi. pi. globata & rotunda ad pilæ ſimilitudinẽ. ¶ Nixa: firmata. ¶ Nullo ful. nullo munimĩe: q̃ librata in aere pẽdet. ¶ Tam gra. onus: q̃ grauis & põderoſa eſt terræ moles. ¶ Pẽdet in aere ſubiecto: ſuppoſito & undiq; circunfuſo. ¶ Globus: per appõnem. ¶ Parua figura imenſi ſoli: globata, & rotunda, atq; exigua effigies magnæ telluris. ¶ Stat ſu. q̃ſi firmus pẽdet. ¶ In ae. cla. in ipſa tẽpli cõcauitate. ¶ Arte Sy. geometrica: nam ſicut terra in aere pendet: ita intra tẽplum Veſtæ globꝰ ille: quo terra referebaꝰ pendere uidebaꝰ. Sed id geometrica arte Archimedis: q̃ Syracuſis in ea floruit. Adde ut ſuis machinis tñ oneris ſolus manu ageret: quãtum multa hominum millia uix mouere potuiſſent. De quo multa a Plu. in Mar. referũtur: & ob id arte Syracuſia poeta dixit. Hic etiam ſphærã cõmentus dr̃: quæ mundi & elementoz rõnẽ oculis ſubiecit. ¶ Et rer. ipa quãtũ ſec. a ſũ. a ſuperiore pte cæli. ¶ Tãtũ ſec. ab imis: ab inferiore pte. Par. n. diſtantia eſt a terra ad ſuperius cælum: q̃ eſt ad inferius.

ferius. ¶ Q d ut fiat:ut undiq; sit par distantia a terra ad cęlum. ¶ Facit for.ro.ipsius terræ & cōcauitatis cęli:quę circulariter ambit terrā. ¶ Par fa.tē.nā itidē rotūdam formā habet. ¶ Nullus an.,pcur.in illo:tēplo:exterius rotundā habet formā:interius cōcauitatē quoq; circularem:sic nullū habet angulum:qd fieri nō posletisi quadratū:aut triangulare:aut longū eēt.

Tholus est tēpli fastigiū

¶ Tholus:illud fastigiū tēpli testudineum. ¶ Vindicat:tuetur & liberat: quæ intus sunt. ¶ Ab imbre pluuio:aqs pluuiis φοδοσ græce testudo latine.

ANT. FAN.

¶ Cur sit uirginibus &c. uirgines Vestę nō custodiebant tantū ppetuum ignē (ut quidam putant) sed etiā sacrificabant: atq; inter sacrificādum (ut inqt Festus) suffibulum in capite habebant: hoc est uestimētum album ptextum: quadrangulum & oblongum: quod fibula comprehendebatur:

Suffibulum

ibantq; certo die ad regem sacrorū: ut Seruius tradit: dicebantq;: Vigilas ne rex uigila. Vnde illud est Virg. Vigilas ne Deum gens Aeneia uigila. Nihil his sanctius ac religiosius habebat: auctore Plutar. quarum custos erat pōtifex max. ut idem scribit in Numa: a quo ad id sacerdotium lectæ ideo capi dicebant: ut A. Gel. docet in primo noc. At. qd eius manu prehensæ ab his parētibus: in quorum potestate essēt: ueluti b ello captæ abducebant. Vna quæq; autē inter capiēdum amata uocabat: quoniā quæ prima capta est eo nōie fuisse tradit: q̄tis scribat Plutar. quæ primum a Numa captæ sunt: Geganiā & Bereniaz appellatas. Seruius auctor est uerbū capi: cum de uirginibus dicitur unū esse ex his: quæ nulla rōne mutant: sicut creari sacerdotes: & condi eos: qui sibi statuunt ciuitatē. Multa hoc loco non imprudens prętereo: quæ apud Au. Gel. lector inueniet, & Plutar. in Numa. ¶ Causas suas: cōgruas, pprias. ¶ Ex Ope Iunonē memorāt &c. Rhea cęli & terræ filia ꝓm Hesiodum fuit. Eandem & Opem dicimus: ex qua & Saturno natæ sunt Iuno, Ceres, & Vesta. ¶ Impatiens restitit una uiri: Vesta nubere noluit. Vn̄ ministris uirginibus gaudet. ¶ Iure igit uirgo est: si Vesta flāma est: quæ nihil gignit: uirgo dicitur, & ministras uirgines capit. ¶ Remittit: excludit, & partu edit fœtus a semine. ¶ Comites uirginitatis amat: Numa uirginib⁹ Vestæ annorū triginta castitatem præscripsisse dicitur: quæ primo decēnio facienda discebant: secundo quæ didicissent faciebāt: tertio alias edocebāt: quo ipleto uolēti nubere pmittebat. Sed quæ nondū soluta sacerdotio uirginitatē pdidisset ad portā Collinā uiua suffodiebatur: imposita prius feretro: & lata p forū magno silentio & horrore: ut Plutar. tradit. Iuuenalis: Sāguine adhuc uiuo terram subita sacerdos. Est autē Persicum uiuētes defodere, ut Herodotus scribit. Vnde Amestrim Xerxis uxorē ferunt quatuordecim illustrium Persarum liberos defodisse: cum esset ætate prouecta: ad referēdam pro se gratiam Deo: qui sub terra esse putabatur.

Sacerdotes p triginta annos seruabant uirginitatem

Amestris uxor Xerxis

¶ Cur sit uirginibus: cur Vesta uirgines ministras habeat pauloante ostendimus. Poeta Vestam fuisse castam: ideo eius curā dari castis uirginibus: aut ꝙ Vesta nihil aliud est q̄ flamma ignis. & quia incorrupta est: ideo ab incorruptis seruari. & Plutar. in Numa de hoc inquit: Siue ut puram & incorruptam ignis substantiam inuiolatis: itē integrisq; corporibus illis commendarent: siue quod sterile & infœcūdum esset: scite uirginitati adiungerent &c. Idem agit de nominibus primarū uirginum. Primum igitur inqt: Geganiā: & Bereniā a Numa sacratas aiunt. Deinde Camillā & Tarpeiā. Postea uero Seruio alias duas numero illi addente: id in hæc usq; tēpora multitudinem obseruasse. His autem uirginibus annorū. xxx. ab rege castitas p̄scripta ē: ac primum qdem decēnium: quę facienda sunt discunt. Secūdum uero quæ didicere faciunt. Reliquum autem de cēnum alias docent. Tum demum uolēti permittitur post id tēpus & nubere: & ad aliam uitam uerti solutæ iam sacerdotio. Dicūtur q; haud multo hanc licentiam libenter amplexę: neq; his quæ eam amplexæ fuerint: secundas res cōtigisse: & reliqua. ¶ Quæris cur Dea: Vesta. ¶ Sit culta a uirginibus ministris: cur uirgines prę sint administrationi sacrorū Vestalium. ¶ Inuenia causas sacras hac quoq; parte: quasi huius etiā rei rōnes afferam. ¶ Memorant Iunonem & Cererem creatas semine Saturni ex Ope: dicunt ex Rhea & Saturno natas esse filias plures: quarum prima Iuno fuerit: secunda Ceres: tertia Vesta fuit: ex filiabus tertio loco nata est Vesta. ¶ Vtraq; nupserunt: Iuno & Ceres: nam Iuno nupsit Ioui: Ceres etiam Ioui succubuit: sed nubere uoluit Iasio: & ex eo peperisse fertur Plutum & Philomelum: cuius supra meminimus. ¶ Am bę feruntur peperisse: nam Iuno peperit Hebē & Martē: Ceres Proserpinā. ¶ Vna de trib⁹: Vesta. ¶ Fuit impatiēs uiri: cum uirginitatē seruaret: uiro nō succubuit. ¶ Quid mi. si uir. Vesta. ¶ Est læta mi. uir. gaudet sua sacra p uirgines ministrari. ¶ Admittit ca. ma. accipit uirginum immaculatas manus. ¶ In sua sacra: ad ministerium suorū sacrorum. ¶ Nec tu intellige aliud Vestam q̄ uiuam flāmam: nō existimes aliud per Vestam intelligēdū esse: q̄ extinctum illū ignē. Nō. n. aliud asseruatur: q̄ inextincta flāma. ¶ Et de flam. nul. cor. ui. na. flamma nihil gignit: sic ex ea nulla nascuntur corpora. ¶ Iure igitur uirgo est: merito Vesta existimat uirgo: cum ipsa flamma sit. ¶ Quære. nul. se. quasi quæ nec recipit semina: nec remittit corpora ex semine nata: ut in animalibus fit ad generationē per matē: & fœmellā: cum alter mittat: altera cōcipiat semen: hinc nulla ē generatio. ¶ Nec capit semina: qa non cōcipit. ¶ Et amat comites uirginitatis: uirgines ministras. Attigit hunc locum Lactantius: cum refert Saturnum abscidisse patri genitalia: & inqt: Quod forsan uere acciderit: sed homines respectu elemēti: quod dicit cælū: totam fabulam explodunt: tanq; ineptissime fictam: quā tamē stoici (ut solent) ad rōnem physicam conantur traducere: quorū sniam Cic. de na. Deorū differens posuit: Cęlestem inquit altissimam: æthereamq; naturā. i. igneā: quæ p̄ se omnia gigneret: uacare uoluerunt ea parte corporis: quę cōiunctione alterius egeret ad procreādum: quæ ratio in Vestam potuit conuenire: si mas diceretur. Eccirco enim uirginem putant Vestam: quia ignis inuiolabile sit elementum: nihilq; nasci possit ex eo: quippe q omnia: quæ corripuerit, abluat. Deinde adducit hos quatuor uersus: uolui hæc apponere: quia ad rē faciunt quæ de igne & Vesta dicit.

Gegania Berenia Camilla Tarpeia sacerdotes Deæ Vestæ

Quare Dea Vesta non generat

Cur sit uirginibus quæris Dea culta ministris?
Inueniam causas hac quoq; parte suas.
Ex Ope Iunonem memorant, Cereremq; creatas
Semine Saturni: tertia Vesta fuit.
Vtraq; nupserunt: ambæ peperisse feruntur:
De tribus impatiens restitit una uiri.
Quid mirum uirgo si uirgine læta ministra
Admittit castas in sua sacra manus?
Nec tu aliud Vestam q̄ uiuam: intellige flammā:
Nataq; de flamma corpora nulla uides.
Iure igitur uirgo est: quæ semina nulla remittit:
Nec capit: & comites uirginitatis amat.

ANT. FAN.

¶ Esse diu stultus Vestæ si.pu. Vesta nullum unq̃ habuit simulachrum:ut ignis nullam certam effigiem habet. Atq; (ut scribit Plutar.) ab urbe condita ad annũ ciuscIxx. Romani templa sine ullis Deorum imaginibus habuerunt: edocti a Numa Deum nihil aliud q̃ mentem increatam & inuisibilem esse. ℣ Stat ui terra sua: docet unde Vesta nomen acceperit: & uel Vestam dictam esse quod terra: quæ Vesta est ui sua stet: uel græcum esse uocabulum: quoniam ab eo quod a Græcis Estia dicitur Vesta deduci põt subtracta i littera: & aspiratione conuersa in u consonantem. Vnde auctor subiungit: Pars Graii nominis. Si enim græco nomine integro uteremur Hestia diceretur, uel forte Vestia. ℣ At focus a flammis: focus ara Deorum penatum est: teste Porphyrione: quorũ in numero Vestam esse Macro. tradit. Cuius uirginale simulachrum ignis in foco statuitur: ut inquit Eusebius. Quã ob causam Ouidius docet hoc loco: unde focus dicatur: qui est sedes Vestæ. Hic a foueẽdo: idest calefaciendo nominatus est: auctore Festo: ut foculi, fomenta, focillationes. Est autem focus (ut inquit Seruius) quicqd ignem fouet, siue ara sit, siue aliud qdpiam. Focula uero dicta sunt nutrimenta: ut ait Nonius: unde foculare dicitur ut fouere. ℣ In primis ædibus: in atrio erant olim colinæ: teste Seruio. Vnde atrium dictũ putant: q̃ atrum esset ex fumo: q̃uis Varro & Festus aliter sentiãt: quorum Festus atrium esse inquit ædificii genus ante ædes cõtinens mediam aream in quam collecta ex omni tecto pluuia descendit: dictum quasi aterrium: q̃ a terra oriatur: cum Seruio placeat priorẽ partem domus atrium appellari: quam quidã arbitrati sunt etiam uestibulum dici ut A. Gel. scribit: dictum: ut Seruius tradit: uel quod ianuã uestat: uel a Vesta cui limen est cõsecratum: uel q̃ ibi nemo stet: quia in limine solus est transitus: qũo uesanus non sanus dicit. Cæteq; Cecilius Gallus: teste A. Gel. Vestibulu3 esse inquit nõ in ipsis ædibus: neq; partem ædium: sed locũ ante ianuã domus uacuum p quem a uia aditus, accessusq; ad ædes est cum dextra, sinistraq; inter ianuã: tectaq; quæ sunt uiæ iũcta spatium relinquit: atq; ipsa ianua procul a uia est area uacanti interfita. Et qm̃ ue particula (ut Macro. & A. Gel. tradũt) non solũ minutionẽ: sed ẽt intẽsionẽ interdũ significat: & q̃ dominũ domus salutatũ ueniebãt: priusq̃ admitterẽtur in uestibulo cõsistebant: q̃busdam placet a ue & stando: q̃ ibi multũ staret, uestibulũ appellatũ. Nonius auctor est: qm̃ aræ ac foci in uestibulis olim haberi solerent: putasse nõnullos a Vesta uestibulum noiatum. Idẽ scribit coquinã a ueteribus colinã dictã: q̃ ibi ignem colerent: cui Seruius astipulat docens maiores ad limina solitos & epulari & Deos colere. ℣ Inde p̃camur cum famur Vestam: diximus supra Vestam solitam in omnibus sacrificiis inuocari sicut inuocabatur Ianus.

PAV. MAR.

¶ Esse diu stultus: putabam inqt poeta esse aliquã Vestę effigiem: sed nihil ẽ nisi ppetuus ignis: cuius non est dare simulachrum: nec etiam Vestæ. Transit deinde ad originem uerbi: unde Vesta: & unde focus dicatur. ℣ Ego stul. imprudens. ℣ Diu pu. esse Ve. si. quod in tẽplo eẽt imago Deæ. ℣ Mox: statim cum ita esse putarem: aut cum nunc animo uoluerẽ. ℣ Didici: inspirãte numine. ℣ Nulla subesse cur. tho. nulla esse simulachra sub ipsa testudine templi: & tamẽ seruabãtur in eo templo Dii penates: de quibus diximus in primo. & Palladium: de quo postea dicemus. ℣ Ignis inextin. ppetuus: qui nunq̃ extinguebatur. ℣ Cælatur in illo tẽplo: seruat intra templum. & (ut Plutar. inquit in uita Numæ) si forte quãdoq; ignis deficiat: ueluti Athenis: Arystone Tyranno sacram lucernaz extinctam aiũt: & apud Delphos templo a Medis incẽso: & Romæ: tum Mitridatici: tum ciuilis belli temporibus simul cũ ara & ignis periit: dicunt nequaq̃ decere ex altero igne accipi: sed nouum & peregrinum elici oportere: accensa ex Sole flamma pura & imaculata: docet præterea quo pacto ex Sole ignis accendat. ℣ Nullam effi. ue. nec ignis ha. nullum est Vestæ simulachrum: nec etiam ignis. ℣ Terra stat ui sua: sua mole librata: & sua ui immobilis existit. ℣ Vesta uo. ui. stan. quoniam (ut demonstrauimus) Vesta eadem ẽ & terra: ea qa ui stat: Vesta dicitur. ℣ Et pars graii no. po. esse causa: nominis. s. latini: põt hoc latinum nomen habere originem a Græco nomine: quoniam ἑστία focus: & Vesta: & Lar: & domus dicitur: & ἑστηϛ dicitur Vestis. Pars dixit quia non totum græcum nomen accipimus: sed partem dicimus Vesta: & non Vestia. Et ἑστία aspiratur: cum aspiratio uertitur in u. nostrum: sicut ab hespero uesper: ab Henetis Venetos dicimus. ℣ At fo. di. a flam. & q̃ omnia fo. a flamma uel a fouendo focus deriuatur: & hoc propter ignem Vestalem: cum & globus ille pro figura terræ: & ignis in templo Vestæ sit. ℣ Qui tamẽ: focus. ℣ Ante fuit in pri. ædi. olim in prima ædium parte erat focus: quasi in ipsis uestibulis. ℣ Hic: a Vesta. ℣ Reor: arbitror. ℣ Dici uestibulum: propterea quod focus in uestibulo fit: existimo a Vesta uestibulum dici. Verum (ut Gellius inquit) uestibulum putabant aliqui esse partem domus primorem: quam uulgo atrium uocant. Cecilius in libro de uerbo. signi. Vestibulum non ædium partem esse dixit: sed locum ante domus ianuam uacuum: per quem a uia aditus: accessusq; ad ædes est. Vnde Virg. in vi. Vestibulum ante ipsum: primisq; in faucibus orci: Non primo rem ædium partem esse dixit: sed loca duo demonstrat extra orcum: fores. s. & fauces. Ex quibus uestibulum appellat ante ipsam domum: & ante ipsa orci penetralia. Fauces autem uocat iter angustum per quod ad uestibulum adiretur. Marcellus uero ita inquit: Vestibula quidam putant sub ea proprietate distincta: quod in primis ingressibus: & in spaciis domorum Vestæ: hoc est aræ ac foci soleant haberi: sed sic intelligi debent non abhorreant uocabuli proprio. Inuenitur etiam apud ueteres doctos uestibula ob eam significantiam dicta: q̃ in his locis ad salutãdos dominos domorũ q̃unq; uenirent stare soleant: cum introeũdi daretur copia. Atq; ob hanc cõstitutionem: & quasi stabulationem: primos ingressus domorũ uestibula nominatos. Cicero in Oratore: Vestibula nimirum, adituq; ad causam facient. ℣ Inde: ex uestibulo. ℣ Precamur quæ famur: precãdo Deos alloquimur. ut apud Virgi. Affaturq; Deos: & sanctum sidus adorat. Alii legunt Inde precando Dicimus, o Vesta &c. ℣ Vesta ẽ quæ tenet prĩa loca: ipsa uestibula: quoniam (ut diximus) ibi aræ, & foci soleant haberi.

Esse diu stultus Vestæ simulachra putaui:
Mox didici curuo nulla subesse tholo.
Ignis inextinctus templo cælatur in illo:
Effigiem nullam Vesta nec ignis habent.
Stat ui terra sua: ui stando Vesta uocatur:
Causaq; par Graii nominis esse potest.
At focus a flammis, & q̃ fouet omnia dictus:
Qui tamen in primis ædibus ante fuit.
Hinc quoq; uestibulum dici reor? inde precãdo
Dicimus, o Vesta, quæ loca prima tenes.

Esse diu stultus Vestæ simulachra putaui: Mox didici curuo nulla subesse tholo. — Quõ ignis extinctus accendi debet

Focus

Focula unde fit nomen foculaꝛ̃

Atrium Vestibulum

Ve mõ auget mõ diminuit

Colina

Vnde dicatur uestibulum & A. Gel. & Macro.

¶ Scamnis

ANT. FAN. Maiores in atriis epulabãtur

¶ Scamnis considere lõgis: Virg. Perpetuis soliti patres considere mensis: hoc ẽ longis & ad ordinem sedẽtium exçquatis. Maiores nr̃i cũ duobus tm̃ cibis ¡uterẽtur: ut Ser. scribit: in atriis sedentes epulabantur: quem morem Var. docuit Romanos a Laconibus & Cretẽsib⁹ habuisse. Sedebant & flamines sacra faciẽtes ad mẽsas: quæ assidelæ dicebãtur: ut auctor est Festus: ꝑm quem & Anclabris dicebatur mensa ministeriis apta diuinis. & Anclabria eius uasa: quod anclare haurire sit. ut Florem ãclabãt liberi ex carchesiis: quemadmodum & curiales mensæ uocabãtur: in q̃bus imolabaṫ Iunoni: q̃ Curitis ẽ appellata. Sedebãt & q̃ epulabanṫ in sacris Herculis: ut Macro. docet. ¶ Mensæ credere adesse Deos: ueteres Deos quoq; ad cœnaz interdũ inuitabãt. Valerius Max. Fœminæ cũ uiris cubãtibus sedẽtes cœnitabãt: quæ cõsuetudo ex hoium cõuictu ad diuina penetrauit. Nã in Iouis epulo ipse in lectulo: Iuno, & Minerua in sellas ad cœnã inuitabanṫ. Sane (ut Macro. refert) in Papyriano iure euidẽter relatum ẽ mẽsas dicatas ararũ uicem ꝑstare posse: qualis mẽsa fuit in tẽplo Iunonis Populonię. Itaq; Festus mẽsæ inqt in ædibus sacris ararũ uicẽ obtinebãt. Plut. aũt in Quęstionib⁹ scribit nullã mẽsam cõsueuisse uacuã tolli: sed oio cum aliqd ẽt supesset: qd̃ mẽsa sacra sit: nihilq; sacrũ relinq inane & uacuũ oportere. Qd̃ aũt hic Ouid. inqt Mẽsæ credere adesse Deos: ideo dr̃: qa foci sũt Vestæ sedes: & ignis Vesta ẽ. ¶ Antiquę sacra Vacunæ: Vacunã Deã Sabini sub ĩcerta specie formatã coluerũt: teste Porphyriõe: quã qdã Bellonã cẽ putauerũt. Alii Mineruã. alii Dianã. alii Venerẽ. alii Cererẽ. alii uacatiõis Deã: de q̃ inqt Horatius: Hæc ego dictabã post tẽplũ putre Vacunę. Var. in prio rez diuinarz: ut Acrõ tradit: Vacunã eẽ uictoriã memoriæ ꝓdidit: q̃ ea maxie gaudeãt: q̃ sapiẽtiæ uacẽt: uel (ut q̃busdã placuit) qa uictoria fauẽte a curis uacam⁹. ¶ Venit in hos ãnos: in hãc ætatẽ: in hæc tpa. ¶ Vetustas: mos & ritus uetez: q̃ in patella cibos Vestæ mittere cõsueuerũt: qd̃ ẽt ꝑpibus Ouidii faciebant. ¶ Pura patella: patella diminutiuũ ẽ a patina: ut ab asina asella: a gemia gemella. Est aũt uas picatum ac paruum: teste Festo: aptumq; sacrificiis faciẽdis. ¶ Ecce coronatis panis dependet asellis: in honorem Vestæ socorũ dominæ asini hoc tpe molas uertere cõsueti coronati floribus: & e pane ueluti monilia quædã gerentes ad focos ducebantur: & pistores eo ueniebant: atq; insuper molæ sertis & floribus ornabãtur. Cõsueuit & panib⁹ redimiri caput equi: quẽ idibus Octobris in cãpo Martio immolabant ob frugũ cuẽtum: ubi equus potius q̃ bos cædebat: auctore Festo: q̃m bos aptus ẽ frugibus pariẽdis. Coronabanṫ autem asini Vestalibus: q̃a Vesta (ut diximus) est focoz domina: ubi olim panes cineri suppositi coquebãtur: cum in furnis tm̃ farra torrerent: ut in Fornacalib⁹ dictum est. ¶ Suppositum cineri: ut Vestæ bñficio coqueretur: ut Dumq; suas peragit Vulcanus, Vestaq; partes.

¶ Erat olim mos: cõsuetudo. ¶ Cõsidere simul: omnes de domo sedere. ¶ Ante focos: q̃ in uestibulo erat. ¶ Lõgis scãnis & cõsidere adesse Deos mensæ: ꝓpterea q̃ ante aras & focos considerẽt: putabant dum accũberẽt adesse numina. ¶ Nunc quoq; ẽt hoc tpe seruatur illa uetus consuetudo: ut ante focos sedeant in Vacunalibus. ¶ Cũ fiunt sa. an. Va. cum Deæ uacationis festum celebraṫ: & sacrificia fiunt. Vacuna. n. a uacando dicta: quæ ꝑst uacantibus: & ociosis. cui cum agricolæ a laboribus ruris cessarent: & post ꝓceptos fructus regescerent ꝑ hyemem: uota soluebant, & sacrificabant. ¶ Stant & sedent ante Vacunales focos: cõsistunt ante aram, & focos in Vacunalibus cum mensis appositis dapibus epulanṫ. De Vacuna ea retulimus: q̃ ex multo rũ sentẽtiis inferebãtur. Verum in eo uersu epistolarũ Hor. Hæc ego dictabã post fanum putre Vacunæ. Por. inqt Vacunam apud Sabinos plurimum coli: quosdã Mineruam: alios Dianã putauisse: nõnullos & Cererẽ dixisse: sed Var. in primo diuinarum: Victoriam dicere & ea maxime hos gaudere: q̃ sapiẽtia uincũt. ¶ Vetustas: ritus & consuetudo. ¶ Venit in hos annos: puenit in nr̃a tẽpora. ¶ Aliquo de more: ex aliqua cõsuetudine: q̃m, ut antiqui solebant, ita nunc in Vacunalibus sedetur: & in Vestalibus: quẽadmodum a priscis factitatum: cibi mittunṫ. ideo inquit. ¶ Patella pura: purgata & nitida: aut pura: qa puraz uirginũ ad usum. ¶ Fert cibos missos: qui mittunṫ a piis ciuibus. ¶ Vestæ ipsi numini libantibus. Quod qdem indicant illi duo Var. in Manio uersus: Quocirca oportet bonũ ciuem legibus parere: & Deos colere: in patellam dare. Ifixit enim illud Deos colere & in patellam dare: pro cibis & munusculis: quæ Diis libanda mittũtur. Verũ in Eumenidibus inquit: Patella cfurienti ꝓuocat posita Neapolitanas piscinas. & in libris de lingua Latina ait: Patinas a patulo dixerunt: ut pusillas: q̃ his libarent cœnam patellas. ¶ Ecce coronatis: in his Vestalibus ex antiq̃ consuetudine a pistoribus asini pane coronabãtur. Caula est q̃ pistor & focum & Vestã obseruat: ex antiquo ẽt more. cum panis decoqui soleret in focis: anteq̃ pani esset fur norũ usus. Plut. uero oñdit in cõsualibus: Equos & asinos coronari solitos: & uacare a labore: siue q̃ Neptuno equestri diem festum agant: & asinus ꝓpter equum pari fruiṫ licentia: siue q̃ instituta nauigatione: cũ multa nauibus ueherẽtur otium quoddã: ac remissio sumẽtis data ẽ. ¶ Ecce pa. de. asel. eo asselli coronati ferunt panem depẽdentem: aut potius habẽt caput panibus redimitum: quẽ admodum idibus Octobribus in campo Martio: cum sacrificium fiebat ob frugum euentum: & equus potius q̃ bos imolabatur: q̃ hic bos frugibus pariẽdis ẽ aptus. Panibus redimibant caput equi imolati: ita, nunc panibus redimibant caput asini ab officio molæ uacãtis. ¶ Et sertlo. ex floribus. ¶ Velant: tegunt: seu coronant. ¶ Molas scabras: asperas: nam & molæ quoq; ipsæ uacantes floribus: & accipias molas ex lapide ad terẽdum triticum in farinam: nam alias mola in sacris ex farre, & sale molito. ¶ Coloni: agricolæ. ¶ Priustor. desiccabãt, seu decoquebant. ¶ Sola farra furnis: non enim panis in furno torrebatur: sed far. unde ut in .ii. libro diximus: & alio quoq; loco attigimus: Numa instituit (ut auctor est Emina) far torrere: quoniam tostum cibo salubrius esset: id uno modo consecutum statuẽdo: non esse purum ad rem diuinam nisi tostum. Is & fornacalia instituit farris torrẽdi ferias. ¶ Et Fornacali Deæ sunt sua sacra: nam in Forna

Vacunalia festa unde dicta sint

Ante focos olim scamnis considere longis
Mos erat: & mensæ credere adesse Deos.
Nunc quoq;, cum fiunt antiquæ sacra Vacunæ:
Ante Vacunales stantq;, sedentq; focos,
Venit in hos annos aliquo de more uetustas:
Fert missos Vestæ pura patella cibos.
Ecce coronatis panis dependet asellis:
Et uelant scabras florida serta molas.
Sola prius furnis torrebant farra coloni:
Et Fornacali sunt sua sacra Deæ.
Suppositum cineri panem focus ipse parabat:
Strataq; erat tepido tegula quassa solo.

Mensas dicatas ararum uices ꝓstare

Vacuna Dea

Patella

Asini coronabãtur

Quare asini coronabãtur corona panis

PAV. MAR.

calibus a Numa institutis: Deæ Fornaci conuenientia sacra fiebant: de quo etiam in .ii. dictum: Facta Dea est Fornax: læti Fornace coloni Orant: ut fruges temperet illa suas. ¶ Ipse focus parabat panem cineri suppositum: nō enim in furno: sed in foco: & sub cinere panis coquebat: quoniā (ut inqt Pli.) pistores Romæ non fuere ad Persicum usq; bellum: annis ab urbe condita sup quingentos octoginta. Ipsi panē faciebant Quirites: mulierūq; id opus maxime erat: sicut ētnū in plurimis gētib⁹: Artoptos iam Plautus appellat in fabula: quam aululariam inscripsit magna cōcertatiōe eruditorū: an uersus poetæ sit illius. Certūq; sit Atrei Capitōis sūia. Tostum panē lautioribꝰ coquere solitos: pistoresq; tantum eos: qui far pinsebāt nominatos &c. ¶ Et tegula quassa: concussa. ¶ Erat strata tepido foco: hoc est focus iple erat stratus tegulis, & lateribus: & in his coqueba tur panis.

Panē cineri supposituꝫ

Artoptos

ANT. FAN. ¶ Inde focuꝫ pistor seruat: Pilūnus & Picūnus frēs fuerunt: ac Dii pēsides auspiciis cōiugalibus deputati: teste Nonio: quorū Pilūnus pinsendi frumēti usum iuenit: auctore Ser. Vñ a pistoribꝰ colebatur: q a pinsendo farre nomē acceperūt: cū olim tantū farinā facerēt. Ipsi enī Quirites & mulieres (ut inquit Pli.) panē faciebāt: sed postea receptū ē: ut pistores ēt panē coquerēt. Quare ait Plautus in Asinaria: Cū a pistore panē petimus: uinū ex œnopolio. Et Festus: Coquū inqt, & pistorē apud antiquos eūdē fuisse accepimꝰ: inde usurpatū est: ut hoc tpe ad focos uenirēt. Eos cōstat non fuisse Romæ ad Persicū usq; bellum annis ab urbe cōdita sup qngentos octoginta. Veteri aūt more uxoribꝰ nec molere nec coquere pmittebat aucto. Plut. Post filias. n. Sabinis raptas facta pace & societate inita in fœdere exceptum est uxorē uiro Romano: nec molere, nec coquinariam facere. ¶ Pumiceas molas: scabras & similes pumici. ¶ Conuocat: Deos: quoꝝ ipsa mater est. ¶ Silenus: male a qbusdam Silenus p y scribit. ¶ Vallibus Idæ: quia ibi mater Deoꝝ colit. Est aūt hæc Ida Phrygiæ. ¶ Bracchia nectunt: ut saltent uel luctent. ¶ Vesta iacet: physice iacētē Vestā inducit: qa nullū elemētum est iferius terra. ¶ Captat: oculis capit: ut eligat pulchriorē. ¶ Nymphā ne putarit: quia Vesta mōtanū numē siue nympha nō ē. ¶ Inde: ex eo qd in foco panis coquebatur. ¶ Pistor seruat focum & dñam focoꝝ: obseruat Vestæ numina: naꝫ focum Vestalē & Vestā ipsam: q focis pēst. ¶ Et asella etiā obseruat hęc numina: qa habet a uersanda mola uacatiōnē in Vestalibꝰ. ¶ Quæ uersat: frequēter uertit. ¶ Molas pumiceas: e pumice. Verꝝ nō e pumice fiunt molę: sed ex lapide scabro: & aspero instar pumicis. ¶ Præterea referā ne tuū: fabellā refert: unde mos coronādoꝝ in Vestalibus asinoꝝ originē habuerit: nam cū Cybele ad conuiuium Deos cōuocasset: & post epulas alii lusibꝰ: alii quieti sese dedissent: Priapus dormiētē Vestā adortus ēlegisset q fructus ex arbore femorali: nisi rudēs Sileni asinus illā excitasset. Quaqdem causa Lampsaceni asinū Priapo mactant. Vergꝝ in prio lib. ostēdimus tribus causis asinum Priapo mactari. In Vestalibus uero ob meritū excitatæ Deæ pane coronatur. ¶ Præterea o Priape rubicūde referā ne tuū dedecus: debeo ne ego retinere turpitudinē tuā. ¶ Fabula est plena multi ioci. q.d. referēda est: qa iocosa fabula relata: pariet uoluptatē. ¶ Cybele: mater Deoꝝ: a Cybelo mōte Phrygię, de qua & mysteriis eius diximꝰ in .iiii. ¶ Redimita fronte corona turrigera: hoc ē habēs in capite coronā turritam: propterea quod primis turres urbibus ipsa dedit. ¶ Conuocat ad sua festa: ad Cybeleia: q in Phrygiæ mōtibus celebrāt. ¶ Deos æternos: imortales. ¶ Cōuocat & Satyros: q Bacchū comitabāt: de qbus diximus in primo. ¶ Et nymphas numina rustica: Deas pēsides ruris: agrorū, fontiū, mōtiuꝫ, nemoꝝ. ¶ Silenus: Bacchi nutritiꝰ: de quo ēt in prio, & in tertio dictum. ¶ Adest q̄is nemo uocarat: uenit ille ad cōuiuium: etiā cum nemo uocasset. ¶ Nec licet numerare epulas Deorum, & longū est: nō est fas referre arcanas Deorum epulas: etiā si liceret lōgum est cōnumerare. ¶ Nox est puigilata in multo mero: in multa cōpotatione: ptraxere. n. sympo-sium in multam noctē. ¶ Hi: aliqui ex illis Diis. ¶ Errabāt temere: iprudēter, & sine ullo delectu. ¶ In ualibus Idæ: Phrygiæ. ¶ Opacæ: nemorosæ & umbrosę. ¶ Pars iacet: recumbit. ¶ Et leuat mēbra molli gramine: alleuiat membroꝝ laborē captans in molli gramine quietē. ¶ Hi ludunt: exercent se uariis ludis. ¶ Hos somnus habet: hi dormiunt. ¶ Pars brachia nectit: alii simul alligant bracchia: ut palæstra certēt: aut ut choreas agitent. ¶ Et ter pulsat uiridem humum pede celeri: saltat uelocibus pedibus in choreis: aut potius accipias: pro his qui saltatione contendunt: cum ter cum uno pede saltent: & hic. ¶ Pulsat: percutit humum ter pede celeri. ¶ Vesta iacet: requiescit. ¶ Et secura: seorsum ab omni insidiarū cura. ¶ Capit placidam quietem: lenes somnos. ¶ Sicut erat fulta caput: ita ut tunc erat habens caput fultum, munitum. ¶ Positum cespite: in humo herbosa. ita enim munierat caput eo cespite innixa. ¶ At custos hortorum: Priapus. ¶ Ruber: a rubro inguine. ¶ Captat: oculis scilicet. ¶ Et nymphas, & Deas: & rustica numina, & Deas cælestes. ¶ Et fert, & refert pedes errantes: errabat hac atq; illac parans regescentibus nymphis insidias. ¶ Aspicit & Vestam: seorsum ab aliis recumbentem. ¶ Dubiū est ne an putarit nympham: an putauerit illā esse ex nympharum numero. ¶ An sciuerit Vestā: esse. hic erat in dubio: an

Vxoribus nec molere nec coquere cœnā pmittebatur ex fœdere Romuli facto cum Sabinis PAV. MAR.

Cybele a Cybelo monte Phrygię

Silenus Bacchi nutritiꝰ de quo in li. pri.

Saltādi ludus

Inde focum seruat pistor, dominamq; focorum:
Et quæ pumiceas uersat asella molas.
Præterea? referam ne tuum rubicunde Priape
Dedecus? est multi fabula plena ioci.
Turrigera frontem Cybele redimita corona
Conuocat æternos ad sua festa Deos.
Conuocat & Satyros, & rustica numina nymphas.
Silenus, q̄uis nemo uocarat, adest.
Nec licet, & longum est epulas narrare Deorum:
In multo nox est peruigilata mero.
Dii temere errabant: in opacæ uallibus Idæ
Pars iacet: & molli gramine membra leuat:
Hi ludunt: hos somnus habet: pars brachia nectit:
Et uiridem celeri ter pede pulsat humum.
Vesta iacet: placidamq; capit secura quietem:
Sicut erat positum cespite fulta caput.
At ruber hortorum custos, nymphasq;, deasq;
Captat: & errantes fertq;, refertq; pedes.
Aspicit & Vestam: dubiū est nymphā ne putarit:
An scierit Vestam: scisse sed ipse negat.
Spem capit obscœnam: furtimq; accedere tentat:
Et fert suspensos corde micante gradus.
Forte, senex quo uectus erat Silenus, asellum
Liquerat ad ripas leue sonantis aquæ.

bio:an illã cognouerit an crediderit esse Semideã. Semidei aũt in terris sunt:Dii in cęlo:de qbus in Met. Sunt mihi Semidei:sunt rustica numina nymphæ:Fauniq; & Satyri:& monticolæ Siluani:Quos qm̃ celi nondũ dignamur honoř:Quas dedim⁹ terras illos habitare sinamus. ☞ Scisse sed ipse negat:Priapus negat se sciuisse Vestã eẽ.

Ibat ut inciperet longi Deus Hellespontí:
Intempestiuo cum rudit ille sono.
Territa uoce graui surgit Dea:conuolat omnis
Turba:per infestas effugit ille manus.
Lampsacus hoc animal solita est mactare Priapo:
Hinc asini flammis indicis exta damus.
Quẽ tu Diua memor de pane monilibus ornas:
Cessat opus:uacuæ conticuere molæ.
¶Nomine,q̃ pretio celebratior arce Tonantis:
Discant pistoris quid uelit ara Iouis.
Cincta premebantur trucibus Capitolia Gallis:
Fecerat obsidio iam diuturna famem.
Iuppiter ad solium superis regale uocatis
Incipe ait Marti:protinus ille refert.

☞ Spem capit obscœnã:cõcipit Priapus spem turpez: nã turpe erat sperare expugnare uirginis pudicitiam. ☞ Et tẽtat accedere:ad illã. ☞ Furtiz:occulte:ne ab aliis uideret. ☞ Et fert gradus suspensos:passus dubios: aut qa erectus in digitos incedebat:ut de eodẽ in primo lib. Vestigia furtim Suspenso digitis fert taciturna gradu. ☞ Corde micante:tremẽte. ☞ Forte senex Silenus: Bacchi nutritius. ☞ Liquerat asellũ,quo uectus erat: asinum in quo insidens illuc se contulerat. ☞ Ad ripas aquę lene sonantis:obstrepentis. Liquerat.n.illuz in ripa herbida depascentẽ.

Delusio Priapi i Vesta Dea

indicarit. ☞ Apta:conueniẽtia. ☞ Flammis:quia nõ fit ulla sceratio de asino mactato. Quidã legunt Hinc asini &c. ☞ Quem:asinum. ☞ Tu Diua:Vesta. ☞ Memor:meriti illius,qui te excitauit. ☞ Ornas monilib⁹ de pane: redimis collum illius panibus pro monili pendentibus. ☞ Cessat opus:hoc est in festis tuis habet ille uacationẽ ab opere. ☞ Molæ uacuæ:quę fruges nõ terunt. ☞ Cõticuere: qa eo die & ipsę habẽt uacationem. ☞ Nomine q̃ p̃tio: qa omnia mysteria Vestæ relaturus est:& in his pistorum munus inseruit:agit de ara Iouis pistoris: & qua rõne fuerit dedicata: poeta cãm ad numina refert. Consultãtibus enim Diis de Romanoř salute:cum a Gallis Senonibus in arce obsiderentur & urgente iã fame cogerẽtur in deditionẽ uenire. Id Ioui uisum est inspirare mẽtibus Romanorũ:ut ere qc quid frugis haberẽt: & decoctum panem in hostes iacere:quo facto: excidit spes a Gallis Romanos fame uinci posse. Postea Galli fusi a Camillo fuere:ob id muneris ara Ioui pistori in Capitolio constituta est. Aræ Liui.nõ meminit:sed de fame:& iacto pane ita inquit: Inducíæ deinde cum Romanis factæ:& colloquia permissu imperatorũ habita:in quibus cum idẽtidem Galli famem obiicerent:eaq; necessitate ad deditionem uocarẽt: dicitur auertendæ eius suspitionis causa:multis locis panis de Capitolio iactus esse in hostium stationes. ☞ Discant:posteri scilicet. ☞ Quid uelit ara Iouis pistoris:qua si qua rõne constituta fuerit ara Ioui cum pistoris cognomine,aliqui legunt:Dicam quid uelit ara: & nihil refert quouis modo dicas. ☞ Arce Tonantis: in arce Capitolina. ☞ Celebratior nomine q̃ pretio:quæ quidem ara clarior est nomine: q̃ sit ipsa re: quia cum uulgatissima sit: non tamen est magnæ existimationis. ☞ Capitolia cincta: obsessa. ☞ Gallis trucibus: a crudelibus Senonibus Gallis. ☞ Premebantur: urgebãtur iam ad deditionem. ☞ Iam diuturna: longa obsidio. ☞ Fecerat famem:redegerat eos ad eam penuriam:ut fame premerẽtur. Galli enim Senones dulcedine uini in Italiam allecti plura loca occuparunt:& oppida cõstituerunt. Deinde cum Clusium obsiderent:& legati a senatu missi: ad cõponẽdam inter eos & Clusinos pacem:pugnãtes contra Gallos in acie Clusinorũ stetissent. Hoc facto eorũ concitati Senones:urbem infesto exercitu petierunt:fusisq; ad Aliã flumen Romanis cepere urbẽ præter Capitoliũ: in qđ se iuuenes cõtulerant,maiores natu cũ insignibus honorum: quos quisq; gesserat:in uestibulis ædium sedentes occiderunt. Et cum auersam partem Capitolii: iam in summum euasissent:proditi clangore anserum. M. Mãlii præcipue opera deiecti sunt. Coactis deinde propter famem Romanis despõdere:ut mille pondo auri darent. Furius Camillus dictator absens creatus:interpẽdendum aurũ: cum exercitu uenit:& Gallos post sextum mẽsem urbe expulit:cęciditq;. Hoc ex historia habeť. ☞ Iuppiter uocatis superis ad regale soliũ:cũ uocasset ad cõcilium Deos: & ante eius solium omnes cõstitissent. ☞ Ait Marti incipe: quasi aggrediare causam. ☞ Ille:Mars. ☞ Protinus refert:continuo respondet.

Inducíæ cum Romanis & Gallis factæ propter panes iactos

Romanoř fœdus cũ Gallis mille libris auri quod interruptũ ẽ a Camillo

ANT. FAN.

¶Longi Deus Hellespontí:Priapus,cuius patria ẽ Lãpsacus ad Hellespontũ sita cõtrarias inter se urbes habẽtẽ.in Europa,Callipolim & Sestom.in Asia,Lãpsacum & Abydon. ☞ Indicis exta:asini q Dei hortoř detexit & indicauit insidias. ☞ Vacuæ molæ:quæ Vestalib⁹ frumẽta nõ terunt. ☞ Discãt pistoris qd uelit ara Iouis:ne qd p̃terreat ad Vestã ptinẽs:cuius focos diximꝰ supra seruari hoc tpe a pistoribus:docet cur Iuppiter pistor arã habuerit i mõte Tarpeio:cuius cõstituẽdæ hãc cãm ferũt:Galli urbe capta cũ solã potiẽdi Capitolii spẽ in fame obsessoř reponerẽt:Romanis ex arce Iouis monitu panes iaculãtibus ad fiduciæ spẽm spectaculo stupefacti ad omittẽdæ obsidiõis fœdera dscẽderũt:existimãtes Romanis multã frumẽti copiã supesse. Vñ postea repulsis Gallis Ioui pistori ara i Capitolio cõstituta ẽ. Lege Liuiũ:q scribit iactũ eẽ panẽ i hostiũ stationes:q̃is aræ nõ meminerit. Ea noie q̃ pretio celebratior dicitur:quia magnum est quidẽ aræ nomẽ:ipsa uero nõ magna:& nõ multo impendio cõstituta. ☞ Cincta premebant trucibus Capitolia Gallis:nota est historia. Lege Liuium primæ Decadis libr.v. ☞ Incipe ait Marti:quia hic Deus pater est Romuli:angebaturq; urbis excidio: & eum Iuppiter nouerat sollicitum: esse periculis obsessorum.

Ara Iouis Pistoris

¶Deus longi Hellespontí:Priapus numẽ Lãpsacenoř q sunt in Hellespõto. ☞ Ibat ut incipet:ut negociũ aggrederetur. ☞ Cum ille:asellus Sileni. ☞ Rudit:rudere.n.asni noř ẽ. ☞ Sono intẽpestiuo:nõ in tpe edito. ☞ Dea:Vesta. ☞ Territa uoce graui:exterrita asini clamore. ☞ Surgit: ex humo herbida. ☞ Ois turba cõuolat:illuc ad Vestã:& in Priapũ irruebãt. ☞ Ille fugit p infestas manus: eripuit se fuga ab illis:cũ uellent eum p sceleratis ausis plectere. ☞ Lampsacus:Priapi patria in Hellesponto. ☞ Est solita mactare:imolare. ☞ Priapo hoc aial:asinum: sed triplici (ut in prio diximꝰ) rõne:tum qa ille asinus:cui Liber uocẽ humanã dederat ausus ẽ de mẽbri magnitudine cum Priapo cõtendere.tum qa Lotida dormiẽtẽ excitauit rudens. Tum ẽt qđ Vestã excierit. Alii legũt:Lãpsacus hũc soli &c. ☞ Damus flãmis:adurimus Priapo sacrificantes. ☞ Exta:intestina. ☞ Asini indicis:qui rudẽs illius insidias

Asini in dicatio ad Vestã

Saltãdi ludus

ANT. FAN.

¶ Scilicet ignotum est:per ironiam dictum,ut Id populus curat.I.¶ Mala iuncta pudori:quoꝝ me ac Romanos pudet.¶ Hæc ẽ cui fuerat ꝓmissa potẽtia rerꝝ:rhetorice pathos mouet.Id sæpe fit ubi fatum,fortunãue conquerimur:uel ostẽdimus nõ esse qđ esse debuit.¶ Spes erat in cursu:cũ speraremus fore ut Roma sibi orbẽ iub

Oro Iouis ad Deos q̃ fauerẽt Romanis

iceret uictis suburbanis:& Hetruscis:eo uentũ est:ut Romani ex urbe fugerent.¶ Vidimus ornatos &c.fuso ad Aliã exercitu Romanoꝝ:cũ Galli mœnibus urbis appropiquarẽt:ubi nulla erãt præsidia:maiores natu amplissimis usi honoribus:cũ in foro deuouẽte põtifice se Diis Manibus cõsecrassent:in suas qsq; ædes regressi:apertis ianuis in curulibus sellis cũ insignib9 magistratuũ,quos gesserãt,cõsederũt:ut cũ uenisset hostis in sua dignitate morerent:quos Galli prio aspectu uelut Deos uenerati mox nihil respõdere dignãtes interfecerũt.Lege Valeriũ Max. Liuium,& Plutarchũ.¶ Vidimus Iliacę trãsferri pignora Vestæ:cũ iuuẽtus Romana se in Capitoliũ cõtulisset:uirgines Vestę cum sacris ex urbe fugerũt:quas Albinus qdã e plebe in plaustrũ recepit:uxore,liberisq; depositis.Cerites inextinctum ignẽ:& eas uirgines benigne susceperunt:atq; (ut auctor ẽ Strabo)Gallos Roma redeuntes in Sabinis aggressi debellarunt:ꝓtexerũtq; oẽs:q a se capta urbe cõfugerant.Vñ A. Gel.scribit nõ sine nota ingratitudinis Romanorũ primas municipes sine suffragii iure:Cerites factos:concessumq; his ut ciuitatis Ro.honorẽ quidẽ caperent:sed negociis tamẽ atq; oneribus uacarent.Quã ob cãm tabulæ Cerites appellatæ sunt:in quas cẽsores referri iubebant:quos notæ cã suffragiis priuabant.Sane Cere oppidum Thusciæ:a quo & Cerites:& Ceretani dicti olim Agylla nuncupabãt:ut meminit Strabo.Ab eodẽ & Cerimoniæ nomen acceperunt:ut existimare nõnullos Festus refert:q̃uis alii a Carẽdo nominatas putent. Quare denariæ ceremoniæ ac tricenariæ dicebantur:quibus sacra adituris decem continuis diebus: uel triginta a quibusdam rebus carendum erat: ut idem Festus docet.¶ Putant aliquos scilicet esse Deos:hic putant inquit:infra subiungit scirent:& est sensus:Deos esse non existimant: sed si respicerent Deorum templa:quæ in Capitolio sunt obsideri scirent nullam opem Diis sperari oportere:cum saeris ædibus non sint presidio.

Roma, a Gallis capta

Tabulę cerites i qbus notæ causa suffragiis priuabant Cerimoniæ unde sint dictæ Cerites Cere Agylla Cerimoniæ

Scilicet ignotum est,quæ sit fortuna malorum?
Et dolor hic animi uoce querentis eget?
Si tamen,ut referam breuiter mala iuncta pudori
Exigis:Alpino Roma sub hoste iacet.
Hæc est:cui fuerat promissa potentia,rerum:
Iuppiter hanc terris impositurus eras.
Iamq; suburbanos,Hetruscaq; contudit arma:
Spes erat in cursu:nunc Lare pulsa suo est.
Vidimus ornatos ærata per atria picta
Veste triumphales occubuisse senes.
Vidimus Iliacæ transferri pignora Vestæ
Sede:putant aliquos scilicet esse Deos?
At si respicerent,qua uos habitabis in arce,
Totq; domos uestras obsidione premi:
Nil opus in cura scirent superesse Deorum:

tulit ſigna cum Hannibale: & fuſus eſt exercitus Romanus ad Thraſimenum lacũ. De quo ita Valerius inquit: C. aũt Flamini? auſpicato cõſul creatus cũ apud lacũ Thraſimenũ cũ Hãnibale cõflicturus: conuelli ſigna iuſſiſſet: lapſo equo ſup caput eius: hũi ꝓſtratus eſt. Nihil q̃ eo ꝓdigio inhibit?: ſignĩferis ſigna moueri ſua ſede poſſe negãtibus: maſ cõtinuo, niſi ea effodiſſent, miatus eſt. Vez hui? temeritatis: utinã ſua tm̃: nõ etiã po. Ro. maxima clade pœnas pepẽdiſſet. In ea nãq; acie quindeci millia Romanoz cæſa. vi. millia capta: decẽ millia fugata ſunt. Conſulis obtruncati corpus ad funerandũ ab Hannibale quæſitũ ẽ: q quantũ in ipſo fuerat Romanũ ſepelierat iperiuz: poeta nũc exẽplo Flaminii hortat Germanicũ: ne cõtra auſpicia cõferat cũ hoſte manũ. ¶ O Cæſar: Germanice. ¶ Ego nõ uelim te mouere ſigna: uexilla ad conficiendũ cũ hoſte. ¶ Si uetat auſpiciũ: ſi habeas auguria contraria: aut ſi prodigia: & omina ꝓhibeant. ¶ Quãuis properabis uincere: etiam cum acceleres uictoriæ cupidus. ¶ Sunt tibi teſtes Flaminius: cõſul ab Hãnibale trucidatus. ¶ Et littora Thraſimena: ripæ Thraſimeni lacus: q eſt in Hetruria: iter Peruſiã & Cortonã. ¶ Deos æquos: benignos. ¶ Multa monere puo. p auguria: benigni Dii monuerãt ne cõſereret ille manus: ille Deoz monitis nõ paruitiõ piit. ¶ Si quęris tpa temeraria ueteris dãni: ſi uis ſcire diẽ: quo die temerarius cõſul tãtam iacturã fecit. ¶ Ille dies eſt dies quartus ab extremo mẽſe: octauus dies a fine menſis: ſic erit nono cal. Quintiles: hoc eſt. xxiii. die Iunii: ea in Faſtis & in annalibus notata eſt: & habita ſemp infauſta. ¶ Poſtera lux: ſequẽs dies: q erit uigeſimuſq̃rtus Iunii. ¶ Eſt melior: felicior: duab? uictoriis: quę diuerſis tpibus: ſed ea die cõtigerũt. ¶ Maſaniſſa ſupat Syphacẽ: Maſaniſſa rex Maſiliorũ: dũ pro Carthagine in Hiſpania militat: amiſſo patre Galla: de regno exciderat. Quo per bellũ ſæpe repetito aliquot p̃liis a Syphace rege Numidaz uictus: in totũ priuatus eſt: & cũ ducẽtis equitibus Scipioni ſe iunxit. Poſtea in Africa Scipio adiuuãte Maſaniſſa Carthaginẽſes: & eũdẽ Syphacẽ: Haſdrubalẽq; pluribus prę liis uicit. Binaq; hoſtiũ caſtra expugnauit: in quibus. xl. mil. hoium ferro, igniq; cõſumpta ſunt: & Syphax ipſe captus. Sed añ hæc Haſdrubal Hannibalis frater: q cum exercitu nouo trãſcẽderat alpes: ut ſe Hãnibali cõiungeret: cũ millibus hominũ. lvi. cæſus ẽ. M. Liuii conſulis ductu: & opera etiam Claudii Neronis collegæ. Ideo poeta nunc. ¶ Et ipſe Haſdrubal cæcidit ſuis telis: cum ſuis armis: & omni exercitu cæſus eſt. Relata igitur & hęc dies in annales tanquam fauſta Romanis.

Maſaniſſa rex Maſiliorũ de quo Saluſtius in Iugurthino multa ait Mors Haſdrubalis

¶ Tempora labuntur: tacitiſq; ſeneſcimus annis:
Et fugiunt freno non remorante dies.
Quam cito uenerunt Fortunæ fortis honores:
Poſt ſeptem luces Iunius actus erit.
Ite, Deam læti fortem celebrate Quirites:
In Tyberis ripa munera regis habet.
Pars pede, pars etiam celeri decurrite cymba:
Ne pudeat potos inde redire domum.
Ferte coronatæ iuuenum conuiuia lintres:
Multaq; per medias uina bibantur aquas.

¶ Tempora labuntur: tacitiſq; ſeneſcimus annis: & fugiunt freno non remorante dies. Quam cito uenerunt Fortunæ fortis honores: poſt ſeptem luces Iunius actus erit. Ite, Deam læti fortem celebrate Quirites: in Tyberis ripa munera regis habet. Pars pede, pars etiam celeri decurrite cymba: ne pudeat potos inde redire domum. Ferte coronatæ iuuenum conuiuia lintres: multaq; per medias uina bibantur aquas.

¶ Tempora labunt: horæ ꝑtereũt, & dies, & mẽſes, & anni. Et nihil eſt annis uelocius. ¶ Fortunæ fortis honores: Fors fortuna, q̃ nõ recte a qbuſdã fortis Fortuna dr̃, ædẽ tranſtyberĩ habuit: teſte Dõato: cui? dies feſtus colebat hoc tpe ab his: q arte aliq̃ uiuebãt. Vñ illud ẽ Columellę: Adolitores: & celebres ſortis Fortunę dicite laudes. Eſt aũt Fors fortuna (ut inqt Donat?) tychi agati: cui qm̃ in bono ponit: Seruius Tullus non imerito tẽpluz dedicauit. Varro: Dies ſortis Fortunæ appellatus a Seruio Tullo rege: q̃ is fanũ fortis Fortunæ ſm Tyberi: extra urbez Romã dedicauit Iunio mẽſe. Liuius: De reliquo ære ędẽ fortis Fortunæ de manubiis faciẽdã locauit ꝓpe ædez eidẽ Deę a Seruio Tullo dedicatã. ¶ Poſt ſeptẽ luces Iunius actus erit: Fors fortuna. viii. cal. colit: quo die Maſãiſſa Syphacẽ ſupauit: & Haſdrubal piit. ¶ In Tyberis ripa: ſm Tyberim (ut diximus) hęc ædes fuit: quã Donatus tranſtyberĩ fuiſſe teſtatur, quo & pedibus iri poterat per pontes: & per fluuium lintribus uehi.

Fanum Fortũnæ dedicatũ a Seruio Seruilio iuxta Tyberi itra domũ aureã clauſuz fuit a Nerone

¶ Tempora la. interponit non incõpte ſententiam tẽporis cito labentis: q̃ iam conſenuerat poeta cum emẽdaret opus: & eſſet hos ſex libros editurus. Labuntur inquit tẽpora: & nos ſeneſcimus annis tacitis: rapimur in ſenectam annis tacite fluentibus. Horatius: Heu heu fugaces Poſthume Poſthume labunt anni: Nec pietas moram rugis: & inſtanti ſenectæ Affert indomitæq; morti. ¶ Q uã cito uenerunt honores fortis Fortunæ: q̃ cito uenit feſtum fortis Fortunę. Aliquid ineſt latentis affect?: cur potius in hoc q̃ in cæteris id feſtis dixerit. ¶ Iunius erit actus: exactus. ¶ Poſt ſe. lu. hoc eſt poſt ſeptez dies: ſic indicat. xxiiii. diẽ: quo & illæ uictoriæ contigerant: a .xxiiii. enim die numerando uſq; ad finem Iunii ſeptem dies ſunt. Dies ſortis Fortunæ (ut inquit Varro) appellatus a Seruio Tullo rege: q̃ is ſanum ſortis Fortunæ ſecundum Tyberim: extra urbem Romaz dedicauit. Prę terea dedicaſſe & aliud templum Fortunæ paruæ teſtis eſt Plu. Proble. lxxiiii. Et Dion. inquit eũ extruxiſſe duo Fortunæ templa: qua per omne uitæ tempus uiſus erat uti proſpere. Alterum in foro Boario: alterum ad ripas Tyberis: ei Fortunæ: quam uirilem appellauit. De hac egimus in. iiii. li. & eodem proble. Plu. Maſculæ Fortunæ meminit ab eodem conſecratæ. Erat etiã (eodem auctore) tẽplum Fortunæ uiſcatæ: quaſi ab ea nos proculcapiamur: & negociis ac rebus ihæreamus. Poſt electos aũt reges: ſed longo iteruallo: Spurius Carbilius: qui cõſul fuit cum Papyrio Curſore alterum ſortis Fortunę tẽplum dedicauit. Erat præterea tẽplum Fortunæ muliebris a ſenatu dedicatũ: tũ cũ mulieres: hoc ẽ & mater & uxor Martiũ Coriolanũ ab impetu i patriã repreſſiſſent. Erat & templũ Fortunæ publicæ: cuius ſupiore lib. meminimus a populo in libertate cõſecratũ. ¶ Ite læti Quirites: Romani. ¶ Celebrate fortẽ Deam: ſacrificate ſorti Fortunæ. ¶ Hẽt mu. re. in ri. Ty. hẽt templũ a Seruio rege cõditũ: & cõſecratũ in ripa Tyberina extra urbem. ¶ Decurrite uos Quiri. ꝓpate ad tẽplũ Fortũæ. ¶ Pars pede: cũ pedes ire poſſit. ¶ Pars celeri cymba: quoniã p Tyberim cymba põt illuc deferri. ¶ Nec pudeat: quaſi non hẽatur turpe. ¶ Redire inde domum: potes reuerti multo epoto uino: quia conuiuia quoq; extra urbez fieri debent. ¶ Lintres: nauiculæ fluminales: ut inqt Nonius. Vir. Cauat arbore lintres. Vos lintres nauiculæ coronatæ. ¶ Ferte con. in. iuuenes ſimul epulantes. ¶ Et bi. mul. ui. per me. aquas: per Tyberim in lintribus bibendum eſt: & multum uini exhauriendum.

Tẽplũ Fortũæ uiſcatæ q̃ſi ab ea capiamur

PAV. MAR.

ANT. FAN.

&

ANT. FAN.

¶Plebs colit hāc:colebāt fortē Fortunā:qui arte aliqua uiuebant:ut dictum est.Item Serui.ℱ Qui posuit:Seruius rex:qui eā ædē struxit.ℱ Serua qa Tullius ortus:idibus Sextilis serui ac seruæ oēs diem festū adibāt: & uxores purgare ac lauare capita cōsueuerunt:auctore Plut. Eo.n.die Seruiū Tulluz natum ferunt:quo capitis purgatio ac libertas ab ancillis cœpta processit.ℱ Templa ꝓpiqua:ubi ꝓxima: aut certe ꝓpinqua ędi:quā Carbilius consul postea ꝓpe hoc tēplum faciendā locauit.Lege Liuium primæ Decadis li.ulti.Et caue accipias ædē Fortunæ a Seruio rege i urbe dedicatā: quā Nero aurea domo cōplexus ē. Quā uis cōstat eundē regē ædificasse multas ædes Fortunę: ut Primigeniæ, Masculæ, Paruæ,Couertentis, Bene sperātis, Virginis. ℱ Zona latet tua nunc: & cras fortasse latebit.vi. calen. Iulias Orionis zona in ortū heliacum ferē:quem nō muituz posse differri antecedēs ortus docuit eius sideris lacertoz.Ea zona tribus stellis constat: Teste Higinio: exoritq; Assyriæ .v. nonas Iulias: ut Pli.tradit.ℱ Eadem uenturū tēpus Solstitiale die:nō quo zona exurgit:sed quo Fors fortuna celebratur.Neq.n.auctor hoc loco Hipparchū sequit: cuius tō docuit:teste Columella:Solstitia:& æquinoctia i primis signoz partibus confici:cū ea ꝛm Eudoxum & Metonē: nonnullosq; astrologos ex antiqs:quoꝝ fasti aptati sunt publicis sacrificiis in octauis signoz ꝓtibus peragrantꝝ quæ raro nō aliquos tempestatū significatus habēt: ut Pli.docet: qui solstitium magnū anni cardinem uocat:qđ ipse in octaua ꝑte Cancri,&.viii.cal.Iulii confici scribit uertiq; eoꝝ die nonnullaz arborum folia:ut oleæ:tiliæ:salicis:cum Sol ad aquilonē scandēs ab ea meta incipit flecti:atq; ad Austruz digredi aucturus noctes ex mensibus:ablatur usq; diei mensuram.Idē ēt monet e palūbium gemitu non colligi cōfectū sidus:peractum q; Solstitium nisi cū eas uideris inchoantes. Sciēdum & Chaldeos non sentire cum Hipparcho:qui.viii.calē. Ianuarii brumale Solstitium ponunt. ℱ Lucifero sub.La. de.tu.de Laribus multa supius dicta sunt: quos docuimus coli solitos Romæ publice & priuatim coronis ornabant:ut Graciles ubi parua coronas Accipiūt fragili simulachra nitentia cera: quibus Aemilius Regilius prætor bello Antiochiæ ędē in cāpo Martio curādā uoluit: aucto.Macro.His Oui.hoc loco tēplū dicatū inqt.v.cal. Iulii:ad qđ hitabāt puellę:q̄ coronas texere cōsueuerūt. ℱ Tps idē sta.erit:quo quoq; ca.Iulias Ioui statori ędes sacrata est:quā Romul⁹ cōdidit ad radices mōtis Palatini uotā:eo tpe quo ipse aduersus Tatiū pugnans Romāos fugiētes cōspexit:q; seu forte:seu diuinitus restitērūt:cū Romulus(ut inqt Li.)arma ad cęlū tollēs dixisset: Pr̄ Deū,hoiumq; hic saltē arce hostes:deme terrorē Romanis:fugāq; fœdā sistę.Eā ob cām a sistēdo magis q̄ a stādo statorē Iouē dictū existimāt:i cui⁹ ędē Cice.Catilię conatibus reluctari cupiēs senatū uocauit:quo cū Catilina uenisset grauissima oꝛone illū corripuit: & in exiliū

Plebs colit hanc:quia qui posuit de plebe fuisse
Fertur:& ex humili sceptra tulisse loco.
Conuenit & seruis:serua quia Tullius ortus
Constituit dubiæ templa propinqua Deæ.
¶Ecce suburbana rediens male sobrius æde,
Ad stellas aliquis talia uerba iacit.
Zona latet tua nunc & cras fortasse latebit:
Dehinc erit Orion aspicienda mihi.
At si non esset potus:dixisset eadem
Venturum tempus solstitiale die.
¶Lucifero subeunte,Lares delubra tulerunt:
Hic ubi fit docta multa corona manu.
Tempus idem Statoris erit: quod Romulus olim
Ante Palatini condidit ora iugi.
¶Tot restant de mense dies,quot nomia parcis
Cum data sunt trabeæ templa Quirine tuæ.
¶Tempus Iuleis cras est natale calendis:

Tēplū Quirino dicatuz .iiii. cal. Iul.ēt q̄re dict⁹ sit Quirinus

dicata est ædes Quirino.i. Romulo in mōte Quirinali: cū reliq; sunt tot huius mēsis dies:quot sunt Parcarū nomina.Putaꝝ aūt mōti Quirinali ab eo tēplo uocabulum datū:qđ cōstitutū est positq; Romul⁹ adisse ad Deos credit⁹ ē.Huic purpuræ usus fuit in trabea.Vñ ab Oui. trabeatus dictus est in prio huius opis li. ubi ostendimus tria esse genera trabearum: auctore Seruio:e qb⁹ unū fuit Romanoz regum insigne.ℱ Trabeę tuæ: tibi trabeato.ℱ Tps Iuleis cras est natale calendis:non placet, qđ qdā sentiūt,tradi hoc loco Iuliū Cęsarē cal.Iuliis natū:quē ad quartū id⁹ Iulias in laudē edituz Macro.scri, uñ Iulius mēsis nomē accepit: auctore Festo. Accedit ad hoc q̄ natalis C.Cæsaris dies explicandus erat in ęsta te Iulio potius:q̄ Iunio desinēte.Sensus ergo est:Festuz Herculis musarū: ubi uētū est ad diem Iunii mensis extremū:hoc est pridie cal.Iulias celebrari:quo tpe dicere solemus:Cras calēdę Iuliæ orientur.Eoz Deoz æ des structa est Romæ:ut inquit Sueto.a Martio Philippo:q̄ Augusti uictricus fuit. De quo ait Martialis: Vites censeo porticum Philippi si te uiderit Hercules pisti.& Iuue. Alta parabat Culmina uillarū græcis:lōgeq; petitis Marmorib⁹ uincēs Fortunæ atq; Herculis ædē.Colebaꝝ aūt Hercules in eadez ædę cū musis:qa cōstat eū tpibus Saturni:ut Plut.& Macro.tradūt:primū i Italia lr̄as docuisse:quas Euandrū ab eo didicisse Iuba in suis tradidit monumētis.Fuerūt i eo templo Fasti Fuluii nobilioris:teste Macrobio.

Festum Herculis musarū ꝑdie ca.Iul.

¶Plebs colit:hāc Fortunā.ℱ Quia ferī:dicitur.ℱ Fuisse de plebe:nam ex obscuro genere.ℱ Qui po.Seruius rex auctor eius tēpli hic dicit.Sed Iupius ostēderat cęlesti semine natū.ℱ Et tulisse sceptra ex humili loco:q̄si ex infima cōditiōe ad regnū ascendisse. ℱ Cōuenit & seruis:serui quoq; celebrare debēt festū.ℱ Quia Tullius or.fer.natus ex Ocrisia Corniculana.ℱ Cōstituit tē.ꝑpi.nā fortis & puæ:aut ꝓpinqua:qa uelut cognata seruis:q̄ in infima cōditione uersant.ℱ Deæ du.Fortunæ.ℱ Ecce aliqs rediens male sobrius:q redit parum sobrius epoto mero. ℱ Iacit talia uer.ad stel.hæc loquit cælum intuēs post occasum.xxiiii.diei ipsius mensis.ℱ Orion zona tua latet: nō uideꝝ eo tēpore zona Orionis.ℱ Latet nūc:& latebit cras:qa neq;.xxiiii.neq;.xxv.poterit uideri.ℱ Dehinc:postea.ℱ Erit mi.ui.nam.xxvi.die apparebit zona. ℱ At si nō esset pullus:ille q cælum intuetur:si nō esset ebrietatis caligine obtectus.ℱ Dixisset eadē die:qua & uisurum se zonam dicebat.ℱ Vēturum:nobis affuturū.ℱ Tēpus solstitiale:solstitiū æstiuum:qđ poeta ostēdit.vi.cal.Quintiles. Columella.viii.calen.sic & Florentinus princeps. ℱ Lucifero sub.die sequēte.ℱ Lares tu.de.fuere illis tēpla cōsecrata.De his diximus i .ii.li.& plura in.v.Sed.v. cal.Quinti.hoc est.xxvii.die Iunii dedicata sunt illis templa in ea ꝑte urbis ubi erāt Corolariæ : & ut supiore li. dictū Aug.(Tranquillo teste)Compitales Lares ornare bis in āno iussit:uernis floribꝰ,& æstiuis.ℱ Hic:fūt ipsa

templa

PAV. MAR,

Ocresia Cornículana fuit m Seruii Seruilii Quare Orion nō uī die xxv.Iunii mensis

Tēplū Quirio dicatuz .iiii. cal. Iul. ēt q̄re dict⁹ sit Quirinus

tēpla. ℣ Vbi sit multa corona docta manu: ubi sunt coronarum artifices: p̄sertiz Phylira: & Glicera. ℣ Idē tps: cadē dies .xxvii. mēsis. ℣ Erit sta. nā erit festū Iouis statoris. Cuius tēplū Ro. uoto dedicauit bello Sabino: cū Romana acies inclinasset. deide uoto regis constituisse uī. A cōsistētibus militibus statorē Iouē appellauit. Q̄d oli cō

Téplus Iouī statori a Romulo cōstitutum

didit Romulus ante ora iugi Palatini: nā iter palatiuz & Capitolīū cōstitutū est tēplū. ℣ Tot dies restant: supersunt. ℣ De mēse: Iunio. ℣ Quot noīa pcis: quę tres sunt: ut alias dictū: sic tres dies supabūt: & erat .xxviii. die mēsis. ℣ Cū o Quirine: Romule. ℣ Sūt data tē. constituta & cōsecrata templa. ℣ Trabeæ tuæ: tibi trabeato. dedicatū ē illi tēplū i colle Quirinali: sed de morte eius & relatiōe i cælū: & cuius pſuasione diximus i .ii. ℣ Tēpus natale Iuleis cal. cras ē: die crastini erūt calendæ Iuliæ: sed natale tps Iuleis dixit: q̄d hoc mēse nat⁹ ē Iulius Cæsar ex sacra Iulea domo: & cū prius Quitilis diceret in honorē Iulii Cæ. legē ferēte, M. Anto. M. F. cōsule Iulius appellatus est: q̄ hoc mense. iiii. die iduū Iulius ipse procreatus fuerit.

Pierides cœptis addite summa meis.
Dicite Pierides quis uos addixerit isti:
Cui dedit inuictas uicta nouerca manus.
Sic ego: sic Clio, clari monumenta Philippi
Aspicis: unde trahit Martia casta genus.
Martia sacrifico deductum nomen ab Anco:
In qua par facies nobilitate fuit.
Par animo quoq; forma suo respondit in illa:
Et genus, & facies, ingeniumq; simul.
Nec q̄ laudamus formam tu turpe putaris:
Laudamus magnas hac quoq; parte Deas.
Nupta fuit quondam matertera Cæsaris illi:
O decus, o sacra fœmina digna domo.
Sic cecinit Clio: doctæ assensere sorores:
Annuit Alcides: increpuitq; Lyra.

Festum Herculis musarū ꝑdicā. Iul.

PAV. MAR.

Ocresia Corniculana fuit m Seruii Seruilii Quare Orion nō uī die xxv. Iunii mensis

ANT. FAN.

℣ Addite sūma: extrema quæ restāt: ut libellus hic ꝑficiatur. ℣ Quis uos addixerit isti: addicere ꝓprie q̄d sit diximus supra: hoc est adiūgere. ℣ Nouerca: Iuno quæ iubēdo lassata est: cū Hercules agendo fuerit indefessus. ℣ Inuictas manus: monstrorū oīum domitrices: quę obiecta sunt Herculi uoluntate Iunonis. ℣ Vnde tra. ma. cas. ge. nō ꝑbādū est i re minus cōpta cū afferat aliq̄d uerisīle: ut nō facere oporteat in hac nr̄i opis pte: q̄d tādē ad umbilicū adducimus: ubi uer̄ ostendit uulgo q̄d dici solet: Caudæ nō facile pellē detrahi. Alii pace nr̄a dissentiant a nobis: & hūc locū iterp̄tent, ut placet. Nos Martiā, de qua hic agit, neq; Iuliæ matrē esse sentimus: amitæ C. Cę saris dictatoris: quā is q̄stor defunctū laudauit: ut Sue. refert: neq; uxorē Catonis Vticensis Martii Philippi filiā: quā Hortēsio traditā: & ex eo p̄gnātē Cato domū reduxit: teste Appiāo: sed aliā egregia forma & castitate pręstantē: q̄ culta est ab uxore Nasonis: ut Cīcta licet facias: nisi eris laudabilis uxor: Nō poterit credi Martia culta tibi. Hāc suscepisse Philippuz arbitramur: nō ex Accia: q̄ mr̄, nō matertera fuit Augusti: sed ex Acciæ sorore: q̄ cū Philippo nupserit (ut nobis uī) non multo post nuptias humanis rebus excessit. Vñ illud nō sine uoce, ac uultu ad dolorē accomodato ꝓnūtiādū est. ℣ O decus o sacra fœmina digna domo: ei⁹ nomē nō ē cur admirari debeamus nō esse memoriæ ꝓditū: q̄ pleraq; noīa sunt: q̄ carmina nō recipiūt: q̄uis q̄dā illd adiiciūt fuisse: q Augusto materni gn̄is ignobilitatē obiecerit. Martiæ uero nomē ab Anco Martio rege deductū Oui. putat: ex quo Iulius Cæ. amitæ suæ matrē uoluit appellatā: ut Amitæ meæ Iuliæ mr̄nū genus ab regibus ortū: pr̄nū cū Diis immortalibus cōiunctū est. Nā ab Anco Martio sunt Martii reges: quo noīe fuit mater. Sed q̄ pleriq; eādē esse Martiā & Materterā Cæsaris uolūt: nō placet: cū iis Oui. reluctetur, ut Hāc probat, & prio dilectā semp ab q̄o. Est inter comites Martia cēla suas: Inq; suis habuit matertera Cę

Martia Marci Philippi filia uxor Catōis Vticēsis Accia filia Iuliæ mater fuit Augusti

saris añ: Quaz iudicio si qua ꝓba est. Sciendū Accię id fere cōtigisse: q̄d & sorori: ut nō diu uixerit post Philippi nuptias: q̄d uez esse nō negabit q̄ spacia tēporum, uti nos fecimus, diligētius metiet. ℣ Martia sa. de no. ab Anco. Viuebat hæc Martia cū Oui. exularet: cui⁹ uenustas a poeta laudat: nō q̄ fuerat: sed q̄ tū erat cū Naso hęc scriberet. Vñ Martiā Catonis accipe ullo mō ñ possum⁹. ℣ In q̄ par. fa. no. Iua ē: cauē dū ne deprauato uersu legamus: In q̄ par facies nobilitate fuit. Nā & añ legim⁹ Vñ trahit Martia casta genus: nō uñ traxit: & postea subiungit: Rīdet in illa Et genus & facies: non rīdit. ℣ Et ge. & fa. ige. primū est Fortunę bonū. Scd̄z corporis. Tertiū ai. ℣ Q̄d laud. for. quā castitas raro comitatur. ℣ Nupta fuit quon. ma. Cæ. illi: Acciæ sorori Aug. Cęsa. matertera ac mr̄ Martię. ℣ O sa. fœ. di. do. nō digna iteritu: sed quæ diu Martii Philippi connubio potiret. ℣ Lyra: nō Herculis sed musaz. De lyra & cithara nō nihil diximus in .v. huius opis li. q̄ differunt alii q̄d: ut Higinii & Porphyriōis oñdimus testimonio: q̄uis īterdū confundant. Illud dubiū nō est lyrā musicū īstrūz esse: q̄d multarū chordarū est: manuq; pulsat: quē admodū & Barbitos: quā Theocritus polycordon appellat: & nōnulli citharæ genus uel lyrā ipsam eē uolunt: cui⁹ nomen cum pleriq; græcū esse arbitrent: Strabo barbarū putat: uti est Magas, Nobilum, & Sambuca.

Accia fuit soror Martiæ

℣ Pierides: musæ. ℣ Addite sūma: q̄si extremā manum. ℣ Meis cœ. huic pti opis: quā nūc editur⁹ sum. ℣ Dicite Pierides: p epanalexi. ℣ Quis addu. uos illuc: ad templū Herculis, legūt alii: Quis uos addixerit isti. ℣ Cui: Herculi. ℣ Nouerca ui. Iuno q̄uicta tādē est uirtute illius: nā ut ipse in Meta. inqt: Defessa iubēdo Sæua Iouis cōiux: ego sum indefessus agēdo. ℣ Dedit ma. iui. ppea q̄d uicit oīa monstra: q̄bus eū obiecerat Iuno. Hoc petit poeta: Quis cōsecrarit tēplū Herculi, musīlq; cōe: sic. n. dedicauerat ædē Martius Philippus Augusti uictricus: ut testis est Sueto. Rationē huic rei Plut. affert: Proble. lvi. Q̄d Hercules Euādrū lras docuit: sicut Iuba monumentis tradidit: q̄d honestū & honorificū duceret amicos: ac propinquos docere. Nouissime nāq; institutū est: ut mercede discipulos docerent. Quippe oium prim⁹ Sp. Carbilius ludū apuit: eius libertus, q & ipse Carbili⁹ appellatus, primus oium Romanoz uxorē repudiauit: hæc ille. ℣ Sic ego: q̄siui. ℣ Sic Clio: mula rīdit. ℣ Monumēta clari Philippi: adduxere. i. nos in tēplū Herculis. Philippus Marti⁹: q cū Lētulo cōsul fuit: ab Anco Martio genⁿ⁹ trahēs. ℣ Aspicis: tu. ℣ Vñ: a quo Philippo. ℣ Trahit genus: hoc est uñ nata fit. ℣ Martia casta: hæc filia fuit Martii Philippi: quā Cato Vticēsis post diuortiū Attiliç: puellā admodū uxorē duxit. Hæc est illa Martia (ut inqt Plu. in Cato. iuniore) de qua tam multa ferunt. Posteaq̄ Catoni filios peperit: petenti Hortensio cupiditate sobolis Cato dedit. Consentiēte ēt Philippo. ut Plut. testat. Pluraq; de eodē Luca. agit: & nos multa ēt in Lucano diximus: Mortuo Hortensio: cū Cato Pōpeiū sequuturus esset in bella ciuilia. Domus & filiarū suarum gratia

PAV. MAR. Epanalexis

Hercules docuit Euādrū literas

Vxor tertia Ouidii fuit amicissima Martiæ

(ut Plut.inqt)Martiã rursus accepit:q̃ tũc uidua erat:& ab Hortẽsio hæres relicta.Ei curã rei familiaris:& filiaꝝ cõmisit:& Põpeiũ sequutus est.Cato seipm confodens mortuus est.xlviii.ætatis anno.Illa iunior erat:uixitq; i longã senectã.Ita ut Oui.eã nõ mõ uiderit, Sed necessitu dinẽ quoq; contraxerit:& tertia eius uxor puella de domo Fabioꝝ Martiã coluit:& comes illius fuit.Vnde i libris de Ponto ad Maximũ:Ille ego de uestra cui data nupta domo.Hanc probat & prio dilectã semp ab æuo: Est inter comites Martia censa suas.Inq; suis habuit matertera Cæsaris añ:Quaꝝ iudicio si qua ꝓbata:ꝓba est. Et i Elegia:Aequor Iasonio: ad uxorẽ:Cũcta licet facias: nisi eris laudabilis uxor Nõ poterit dici Martia culta tibi.Non igit sine cã factum est:ut hoc quoq; in loco Martiæ meminisset.℣ Martia nomẽ deductũ:quæ genus & nomẽ longa tẽpoꝝ serie deductũ hẽt.℣ Ab Anco sacrificio:ab Anco Martio quarto rege Romanoꝝ. Sacrificio dixit:qm̃ natus est ex filia Numæ Põpilii:qui tot sacrorũ ordines,& sacrificia,& cerimonias instituit: & ipse aliqũ Auũ maternũ imitatus ẽ.℣ In qua:Martia.℣ Fuit facies par nobilitate:nã ut gñe illustris:ita illustris forma. ℣ Sua forma par rñdet aio suo i illa:ut ꝑstãtis formę: ita & animi quoq; ꝑstantis.Sic illa prædita oĩbus bonis fortunæ,corporis,& animi.℣ Et genus,& facies,& ingenium:simul hæc tria paria rñdet in illa.℣ Nec tu putaris turpe:q̃si nõ existimes id esse reprehẽsibile.℣ Quod laudamus formã ipsi? Martiæ.℣ Laudam? magnas Deas: laudare solemus Iunonẽ,Pallada,Dianã,Venerẽ,& cęteras.℣ Hac quoq; parte:ab ipsa forma.℣ Matertera Cæsaris fuit quondã nupta illi Philippo:ipse Martius Philippus añq̃ habuisset Acciã matrẽ Augusti uxorẽ:habuit sororẽ matris Cæsaris.De quo Cęsare dicat, uꝛ hic dubiũ:an habuerit sororẽ mris C.Cæsaris:an sororẽ Acciæ mris Augusti:an sororẽ Liuiæ:sed cũ poeta rõnẽ habeat uxoris:quæ apud materterã Cæsaris:ut diximus paulo ante fuerit:inq; suis habuit matertera Cæsaris ante. Puto de eadẽ hoc loco dicere:sic intelligemus de sorore Liuiæ:quæ matertera erat Tiberii:longe maior natu q̃ Liuia Drusilla.Quod Volscus quoq; noster asserebat.℣ O decus:o ornamentũ.℣ O fœmina digna sacra domo:o mãtera Cęsaris digna cõnubio sacrificæ gẽtis Martioꝝ. ℣ Sic Clio cecinit doctę sorores assẽlesi:cęterę musę affirmauere dcã Clius.℣ Alcides ãnuit:Hercules quoq; affirmauit.℣ Et icrepuit:hoc ẽ isonuit.℣ Lyra:& ois musaꝝ cithara in ipsa æde a Martio Philippo dedicata. In q̃ & Herculis simulachrũ erat:& oiuꝫ musaꝝ effigies.

Martio Philippo hũit pri? sororẽ Liuię Drusillæ in uxorem postea Acciam matrẽ Octauiani ſm Volscum & Marsũ

FINIS.

ANTONIVS CONSTANTIVS ZAGARELLO FANENSIS.

ON est nobis molestũ,ut te uideo suspicari,q; scribis Marsum Piscinatem poetã clarissimũ:ac nobis familiaritate cõiunctũ:præuertere nos ipressione opis sui.Nosti enim & contẽpsisse nos semp eos quæstus:quos multi ab ipressoribus aucupant:cũ imortalis Dei munere satis supq; diuitiis abundemus:&(qd melius est)animi magnitudine:q eas spnere cõsueuit:& edidisse Cõmentarios nros multo anteq̃ is aggrederet suos:uti oẽ Vrbinũ testari põt:cuius regia Biblyotheca nr̃um opus pene attritũ,& inueteratũ ostẽdit:ubi,ut alios omittã,Lodouicus Odoaxius Patauinus iuuenis utri usq; linguæ doctissimus:& Laurẽtius Abstemius Macratẽsis uir literatissimus:ac Præfectus Biblyothecæ iãpridẽ apũd inclytũ iperatorẽ Federicũ:& Octauianũ principẽ eminentissimũ:oiumq; liberaliũ artiũ cognitione prẽstantẽ:lucubrationes nostras tantum in modũ suis laudibus illustrarunt:ut merito eã gloriã neglexerimus:quã dissemiare nobis poterunt ipressores.Quod aũt mihi significas placere Marso Spicã Cilissam Nardum esse non Crocũ:q ipse suis manibus Nardũ in Cilicia legerit:q Crocus spicã non habeat:q ad odorẽ uri non consueuerit:nõ facit,ut q̃ scripsimus,edidisse pœniteat.Esto ut Cilicia Nardũ ferat:quid illud ad rẽ?nascitur siligo i Piceno,nascitur far in Latio,dicet ne hoc eam ob cãm spica Latina,illud spica Picena:cum siligo,& far alibi quoq; proueniant.Si prima Nardi nobilitas est Cilicię:si eius prouentus ibi lõge uberrimus:si Nardũ sola fert Cilicia:si peti ad rẽ diuinã ea spica tm ex ea prouincia consueuit:quoꝝ nihil uere dici põt:cuius herbã dabimus,fatebimurq; nos errasse: qui scripsimus spicam Cilissaꝫ Crocũ esse:q prima nobilitas sit Cilicio croco:ut auctor est Plinius:qui ẽt tradit Crocũ mire cõgruere uino:quod nõ fugit Propertiũ dicentẽ:Vinaq; fundantur prælis elisa falernis: Terq; lauet nostras spica Cilissa comas.Sed cum nihil eximiũ sit Nardo Ciliciæ:nihil propriũ unde per spicã Cilissam accipi debeat:non est cur debeamus ab eo qd iampridẽ in nostris scripsimus Cõmentariis dissentire.Quod uero Crocus spicã non habeat:nihil refert.Quis enim nesciat frequentissimũ illũ tropũ esse,longeq; pulcherrimũ:teste Quintiliano:nõ apud oratores mõ & poetas:qui plurima uertere ipsa metri necessitate coguñt:sed etiã apud indoctos:quẽ nostri translationem,Græci metaphoram uocant:augentẽ ita sermonis copiã:ut quæ non hẽt mutuari permittat.Vnde croci flos spica Cilissa iure optimo dici põt:is eni antequã dehiscat:ac sese pandat:inuolutũ continens fructũ quandã spicæ imaginẽ gerit: quã si poetæ nõ dabiẽ spicã appellare iure Virgiliũ accusaueris:q ait in prio Geor.Ferroq; faces inspicat acuto. Et alibi:Classiq; immittit habenas.& Remigium alarũ.Rectiusq; existimabis nõ licuisse sniam reip.dicere Ciceroi. Quã quã & ostendimus:ubi uolueris:floris quoq; spicã dici auctore Pli.Quod aũt Crocus ad odorẽ uri nõ cõsueuerit: nihil illi astipulaꝫ:cũ constet uri ẽt in re diuina:quæ minime redolent.Ouidius in prio Fastoꝝ:Ara mihi posita ẽ paruo cõiuncta sacello:Hęc adolet flãmis cũ strue farra suis.Vri aũt Crocũ in sacris:ut thus:costũ:herbã Sabinã:& similia qs nõ uiderit?ut Thura nec Euphrates: nec miserat India costũ:Nec fuerant rubri cognita fila croci.Ara dabat fumos herbis cõtenta Sabinis.Oui.alibi: Tinnulaq; æra sonant:redolent myrrhæq;,crociq;.Statius quoq; in.xv.Theb.uri crocũ testaꝫ:ut Nec nõ assyriis pinguescunt robora succis:Pallentiq; croco.Eodẽ & crines tingi negare nõ possum?: qd Lucanus nõ ignorauit.ut Et qui tingẽtes croceo medicamine crinẽ Fluxa coloratis astrigũt barbasa gẽmis. Odorũ aũt Crocũ esse neminẽ latet.Sed demus ut dũ adoleꝫ nullũ odorẽ fundat:reiiciemus ne ideo ad artis crocrũ?:cũ sulfur,quod uiuũ dr̃,in religionibus locũ hẽat:teste Plinio:& uitulorũ cineres:equinũ sanguinẽ:ac fabaꝝ stipulos recipiant suffimenta:urantur q; maris rores:& in sacris Cereris tædæ accendanꝫ:cũ thura haberi nequeũt.ut Et si thura aberunt unctas accendite tædas.Cõstet igit spicã Cilissam crocũ esse nõ Nardũ:cũ prima(ut diximus)nobilitas sit croco Cilicio:& ibi in mõte Coryco.Vñ illud est Martia.Corycio quę uenit aura croco.Alia multa quæ scribis ꝑbẽ fieri ne a nobis an iprobenꝫ ubi ad nos redieris explicabo.Vnũ illud differre nõ placet:qd ubi qdã legunt(ut mihi significasti)in.vi.Fastoꝝ:Dodona Thyene Stabis Agenorei fronte uidẽda bouis:Dodoni Dione legendũ ẽ.Quatuor eni sunt in cælo Veneris stellæ: Vna errans & alterno meatu uaga.Alia in pectore Leonis:quã stellã regiã uocant.

Tertia in leptētrionē. Quarta in Tauro: cuius meminerūt Seruius & Alphonsus: quā Naso post idus Iunias uideri docet longe antequā Sol in ortū ferat. Q d si uel Thyenē uel aliā Hyadū orientē acceperis id ages: ut igeniosiſſm? poeta rudis uideat igenii, fluxæq; memoriæ: q cū docuerit sexto nonas Maias Hyades oēs in ortū ferri. ut Pars Hyadū toto de grege nulla latet. & paulo post subiecerit: Idibus ora prior stellantia tollere tauꝝ Indicat: addideritq; furatā pluuiā quarto nonas Iunias exortu Hyadū celsiore. ut Postera lux Hyadas taurinæ cornua frontis Euocat: & multa terra madescit aq̄: nō dubitet Sole iā e Geminis abituro docere Thyenē unā Hyadū exoriri: qd nulla rōne ꝓcedit: nisi forte dixerimus id qd res nō hēt: Thyenē ita lōgo iteruallo distare a sororibus suis: ut i ortū ferat cū expremis ptibus Geminoꝝ. Lege igit Dodoni Dione uti & Ouidius scripsit. & iampridē e nostris Cōmentariis didici sti: ne si Dodona Thyene legeris in eo quoq; deprauatū locū Nasonis oīdas: q a Dodona Dodoneus deducit: non Dodonus. Dicimus enim Dodoneos lebetas. Dodoneū ęs. Dodoneā quercū: non Dodonā. Tu autem amice dilectissime & Cābitellæ familiæ decus tecum cogites uelim quid sibi eo loco uoluerit Naso ubi ortum Veneris non cossimicū: non cronicū: non heliacum ponit. Nolui enim apire rem scitu dignā: ut lectori iuestigandum aliquid linquere tur. Vale: & si Venetiis auelli potes tandem in patriam redi. Fani idibus Iuniis. M.ccccl xxxii.

FINIS INTERPRETATIONIS FASTORVM. SEQVITVR EMENDATIO QVORVNDAM LOCORVM ET ASTRORVM RATIO.

PAVLVS MARSVS PISCINAS PO. CL. GEORGIO CORNELIO. M. EQ V. F. Salutē.

Hæc illa sunt Geor. Corneli: quæ nos octo antea annis in Ouidianos Fastos magna cura: ac diligentia scripseramus: & a pricipio tibi dicata uisū est illud inire cōsiliū: ut in hoc usq; tps ꝑsta teneremus: ne editio ꝓcipitata dedecori potius q̄ laudi eēt. Nūc uero cū tandē ex urbe Venetias ad te uenire licuerit: his lucubratiōibus nostris: extremā mō manū ipposuimus: & cui tu ipse mādasti: dedimus ipri mēdas. Nō qdē illius spe gl̄ię cōmoti: sed ut ꝓmissaꝝ tibi fidē ꝑuaremus: & expectatiōi multoꝝ: ac milita terræ nr̄æ uolūtati morē gereremus. Sed cū sperādū mihi esse ducerē: neminē fore illud opus: qd Romana cēsura ꝓbauit: Venetiis dānatuꝝ. Nescio q̄ Thesiphōe factū sit: ut cōtineri nō potuerit iuidiæ furor: & añ imspectū opus i officiosum hūc laborē meū cœpit allatrare: aut ut pudicā linguā ad maledicētiā ꝓuocaret: aut ut huiopis nr̄i: siq̄ arte daret, laudē detractaret. Sed i alteꝝ si rīdere ueli: uterer, si liceret Quintilii carmine: Quē fata nobis mō sustulere. Sic. n. & aliis ꝓ tuēda mea laude rīndit: Marsū liuidulus facꝝ poetā carpit: Viuere dū cupit diserto Marsi carmine: ualde sed pereat. Nō sæuit scabie supbus unguis: Nec muscā uolucres Iouis sequunt. Altera uero tuebit sesi ipsaꝝ: & ueræ hūanitatis: ac ætatis studiosi: illā ab oi liuoris morsu uidicabūt. Aliqd tñ erat: qd i his Cōmentariis: multi qdē dānādū esse cēsebāt: sed ea nō uiderāt: q̄ nos ipsi uidim?. Diximus. n. i pri. li. eo i loco: Et sonet accēsus spica Cilissa sa focis: de Nardo itelligēdū. Dānabāt illud multi: ea rōne: ꝙ cilissi Nardi Pli. nō meminerit: q̄si alibi iueniri nō possit: qd a Pli. nō referat: sed legāt tandē Diasco. quē eruditissimus Iuuenis: & oi laꝝ laude cumulatissimus Hermolaus Barbarus mō latinū fecit. Inueniēt certe & i Cilicia nasci Nardū. Plura. n. Nardi gña ab illo cōmemorant: & hæc illa sūt. Vtar. n. Hermolai uerbis: Nardi gña duo: alteꝝ Indici: alteꝝ Syriaci: nō ꝙ hoc in Syria nascat: sed ꝙ mōtis eius: i quo legit ps una i Syria: una i Indiā spectet. Syriacū melius: quo recētius: atq; leui? ē gūmosuꝝ: colore russo: odore uequo legit ps una i Syriā: una i Indiā spectet. Syriacū melius: quo recētius: atq; leui? ē gūmosuꝝ: colore russo: odore uehemēter iucūdo. Cyperūq; imitāte: breui? spica: sapore amaro: maxieq; siccāte os: custodit suaue olētia ptinaciter. Itē Indici alteꝝ gen? Gādendis noie a fluuio Indiæ: qui montē, i quo nascit, ꝑfluit: uirib? lāguidū: ut ꝙ solo uliginoso ꝓ ueniat: eoq; i maiorē altitudinē adolescat: plūbus ab eadē radice fructicātibus iplicatis: & redolētibus uirus. Odoratius uero ꝙ locis celsiorib? gignit: spica breui: cypeꝝ olēte: i totūq; eius dotib?: qb? Syriacū. Habet & Sapharitic Nardū frutice admodū pumilo: a loco, ubi carpit, dictū: spicis igētib? cādidū. Caule q e medio ꝑsilit aliqñ hircū spirā te: dānat i totū. Nardus gallica i Lyguriæ alpib? nascit: Aliuca uernaculo idigenis noie. Nascit & i Istria frutex pusillus: cū radice uellit: & i fasciculos manuales digerit: folia ei lōgiuscula: leuiter flauescētia: flos luteus: usus ei? i caule & radicib?: qm̄ odorata hæc mō hñt. Nardus mōtana: quā aliq Thilaciti: alii Nirim appellāt: i Syria, Ciliciaq; nascentē: Caule atq; foliis Erignio similē: minorib? tñ: neq; scabris, spinosisq; radice nigra: odorata duplici: triplici q̄: atq; oino multiplici ad morē hastulæ regiæ: q̄q̄ multo minor, gracilioreq;. Assyꝝ aliq Nardū siluestre appellāt: Phu. quoq; qdā Nardū siluestre appellāt nascentē i Pōto. Hæc a Dioscoride cōmorant: & i Cilicia nasci Nardū iā oībus cōstet. Sed ubi hæc Venetiis i primū cœpere qbusdā pluuderi nō poterat: locū illū poetæ recte dicere spica Cilissa. Nec aduertebant poetā a Propertio accepisse locū: q in Elegia: Musa palatini: inqt. Terq; lauet nr̄as spica Cilissa comas: cum pro oleo Nardino dicat. Arguebāt ꝑterea nullo pacto Nardū aduri ad odorē. Nec legerāt eundē Propertiū i Elegia: Sūt aliqd manes: inqt: Curādo fiāmæ nō oliuere meæ. Cædat tandē uicta ptinacia detractoꝝ: & uera dicere Marsum fateant. Sūt tñ G. Corneli loci qdā in Cōmentariis nr̄is paululū imutati ne dixeri deprauati: & hoc nō mea culpa factū: sed celeritate illoꝝ: q characteres iprimēdos cōtexunt: ut in ipso fere pricipio cū Fastū esset: factū fecere. & ubi erat κατὰ μέρος fecere κατὰ μέρος. Sic in qbusdā aliis locis: & in eo loco primi lib. Ergo ubi nox aderit uēturus tertia nonis: Cū ego dixissem: Tertio die nonaꝝ: fecere calēdaꝝ. Et in eodē lib. ubi erat: Qu. Fabi. Rulus: is q primus suæ gētis maximus ē appellatus: factū est: Fabius Rutillianus. Et in secūdo lib. cū multis i locis eēt Linea breuis iacēs: nō erecta: punctis hinc inde signata: qd signū sit pro hoc uerbo ē: nō id illi itelligētes putabāt. I. dicere. Sed diligēs lector facile cognoscet. In pricipio q̄rti li. in ipso titulo: cū eēt: Cū deploratiōe orbitatis: fecere declamationē. & pricipiū epl̄æ. Destinatū tibi. G. Cor. opus maturantem fem̄ est: Destinatū tibi. I. Cor. opus. Et in eodē lib. Iequut? ipse poetæ sniam dixi Veneris Erycinæ sacra a Claudio Mar. in urbē trāslata. Sed illud accelerantibus ipressoribus: & me ut celerrime quoq; exscriberē, urgētib?: ꝑterierā nō errore: sed ipla celeritate: Liuiū de scdo bello punico lib. ii. dicere: Decē uiros iussos ispicere lib. Sibyllinos: & ispectis retulisse pr̄ib?: ędes Veneris Erycinę: ac Deæ Mēti uouēdas eē. Et paulo post ita inqt: Tū ædes uotæ Veneri Erycinę: Aedēq; Fabi? Maxius dictator uouit: qa ita ex fatalib? lib. edictū erat: ut is uoueret: cuius maximū impiū in ciuitate esse. Et in. iii. lib. inqt: Duūuiri creati sunt. Qu. Fabius Maximus: & Attilius Crassus ædibus dedicādis Menti. Atti. Fa. Veneri Erycinæ. Quod qdem ad illud quoq; facit: qd de Mente diximus i .vi. li. Hæc nos ideo uoluimus addere ne qs dicere: aut errasse Marsum: aut aliquid prætersisse iure posset.

SEd ꝓpoſuerã G. Corneli repetituꝝ me i fine cõmentarioꝝ nr̃oꝝ oẽm aſtroꝝ ſeriẽ: de qua ꝑ totum opus diſſeruimus: & nr̃i tpi tpis addere poſtea rõnẽ. Sed qa nimiũ creuit opis magnitudo: & de illis oĩbus rurſus agere nimiũ id qdẽ: & ingratũ lectoribus eſſet: in aliud tp̃s differendũ eſſe duxi. Pauca tñ attingã: quæ maxio fore oĩbus uſui exiſtimaueri: & ad exeutiendũ errorẽ in quo multi uerſant̃: & ad ueritatẽ aptiſſime diſcernendã. Nã cũ in explicãdis illis uſi nos ſumus auctoribus: Higinio, Plinio, & interdũ Columella: qbus & multi quoq; innituntˀ: nõ tñ eſt eadẽ rõ nr̃orũ tp̃orũ: quæ illoꝝ fuerat: qđ facile oñdemus. Ne uidear penitus (ut rũpaˀ liuor) huius rõnis expers. Vtor. n. præceptore Rigio nr̃o Adriaco aſtrologoꝝ principe: ut nemo dicere me poſſit erraturũ. Eaq; erit nobis qõ. Cur illud ſit ꝙ poetæ Naſonis & Auguſti tpibus Sol Arietis principiũ inibat undecimo calen. Apri. Nũc uero inſit qnto idus Martias. Fecit hoc qdẽ dr̃ia motuũ corporũ cæleſtiũ illoꝝ & noſtroꝝ tẽpoꝝ. Nã ab eo anno: quo natus eſt Ouid. uſq; in hunc annũ defluere anni mille qngẽti &. xxii. Sic tã magna tẽpoꝝ lõgitudine magna eſt facta motuũ mutatio: ut illud mirãdũ eſſe nõ dẽat. Si igreſſus Solis unũquodq; ſignũ illius tpis plurimũ a nr̃o tpe differt: undecim eni diebus nũc antecedit. Cuius rei cã ẽ motus augiũ. Sic eniꝫ ſũmas cæli altitudines uocant. & Stellaꝝ fixaꝝ. & motus acceſſus: & receſſus capitis Arietis octauæ ſphæræ mobilis. Nãq; eius ſphæra zodiacus eſt mobilis: & ipſa quidẽ inferior eſt. Alter uero zodiacus: quẽ uitæ circulũ Gr̃æci oñdunt. Nonæ ſphæræ: quæ ultima & altiſſima eſt nr̃o uſui: imobilis eſt: & ꝑmanẽs ꝑpetuo abſq; alio motu: præter ſuæ ſphæræ motũ ab oriente in occidentẽ aſſidue ſine ulla intermiſſione agit̃. De quo zodiaco imobilis: ſiue ſignoꝝ imobiliũ intellexit diuinus ipſe poeta. Itaq; aſſumptis & intellectis principiis hoꝝ ſignoꝝ mobiliũ: ſiue ſphæræ octauæ mobilis: una cũ motu acceſſus, & receſſus capitis Arietis ipſius octauæ ſphęrę enumerabis tres motus eorundẽ mobiliũ. Nã motus augiũ, & ſtellaꝝ fixaꝝ propriũ motũ habẽt: ut patet in tabulis calculationũ: ſeu cõputationũ. Hẽt & propriũ motũ cũ tabulis ſuis. Motus acceſſus, & receſſus octaui circuli cauſatus a duobus principiis ægnoctialibus: uidelicet Arietis, & Libræ: & eſt tertius motus tabula æquatiõis acceſſus & receſſus: quæ eſt tabula ꝑpetua: incipiens ab imo gradu. & ꝓſequens uſq; ad. xc. deinde a. xc. uſq; ad imũ gradũ retroeundo: & hoc mõeundo & redeundo. Tabula perpetua eſt æquatiõis. Numerus uero ipſoꝝ motuũ incipit a gradu. o. minutis. lx. Secund. xxv. augendo in numeꝝ graduũ. xc. Tabulæ in gra. ix. minut. o. Secund. o. Itaq; collectis motibus hoꝝ triuꝫ in tpe Naſonis. Et ſiſ̃ in hoc æuo nr̃o colligimus Solẽ inire unũquodq; ſignũ. xii. imobiliũ: nunc nr̃o tpe. xi. diebus antequã illo tpe. Veꝝ ætate Naſonis & Octauii Auguſti zodiacus mobilis octauę ſphæræ erat ſub zodiaco nonæ taliter: ꝙ caput Arietis octauæ nõ erat diſtans a linea ꝑpẽdiculari: ne in mimo qdẽ ſpatio a capite nonæ. Qua ꝑ uirtˀ infundebaˀ inferioribˀ ampliata ꝑ cõcordantiã duoꝝ zodiacoꝝ in una qdẽ & pura cõcordia: quæ cã fuit tãtę pacis illoꝝ tẽpoꝝ. Sic itaq; diſpoſitis rebus ꝑ remotionẽ capitis Arietis mobilis: a capite Arietis imobilis nonæ ſphærę init Sol. per. xi. fere gradus de neceſſitate: qui ſe mouet in quarta ſphæra planetaꝝ ꝑ lineã exeuntẽ a cẽtro terræ ꝑ cẽtrũ corporis ſui: hoc eſt ipſius Solis: terminantẽ in ꝓcipio ſignoꝝ nonæ ſphęrę per tp̃s ꝓbatũ. xi. dieꝝ añ numeꝝ dieꝝ illoꝝ tp̃oꝝ: ut inferior cõputatio demonſtrabit. Tp̃s. n. introitus Solis in. xii. altiſſima ſigna zodiaci fixi: cũ qbus multa admiratione digna poeta poſuit ſub umbra fabularum. Hic inferius dimiſſa rõne minutoꝝ: uel añ, uel poſt. anni. Mcccclxxxii. annotamus. quo quidẽ anno hæc excerpſimus & iprimẽda dedim?: Sol init Arietẽ die. xi. Martii. Sol init Tauꝝ die. xi. Aprilis. Sol init Gemios die. xii. Maii. Sol init Cancroꝝ die. xiii. Junii. Sol init Leonẽ die. xiiii. Iulii. Sol init Virginẽ die. xiiii. Auguſti. Sol init Librã die. xiiii. Septẽbris. Sol init Scorpionẽ die. xiiii. Octobris. Sol init Sagittariũ die. xiii. Nouẽbris. Sol init Capricornũ die. xiii. Decẽbris. Sol init Aquariũ die. xi. Ianuarii. Sol init Piſces die nona Februarii. De aſcẽſione uero imaginũ Cæleſtiũ: q̃ undiq; ꝑ totũ cælũ ſuſæ ſunt: tã in latitudine meridionali extra zodiacũ: q̃ in latitudine ſeptẽtrionali ſiſ̃ extra zodiacũ illud dixerimus. Ad ꝓfectã cognitionẽ eaꝝ tã aſcẽdentiũ: q̃ deſcẽdentiũ iuxta lineã orizontis: cũ ſignis zodiaci opꝫ te hẽre inſtr̃m ſphæræ ſolidæ. In qua inuenies circulũ orizontis: in medio cuius ſphæra ſolida ſita eſt cũ circulo ſuo meridiano: & taliter diſpoſita: qđ deprimere poſſis polos, ſiue attollere ſm latitudinis clymatũ mundi: uel ſm eleuationẽ poli tuæ regionis. Itaq; habita hmõi ſphæra tuopte ingenio uerificabis aſcẽſiones: & deſcẽſiones oĩum & ſingulaꝝ imaginũ: q̃ octo & quadraginta eſſe in cęlo cõſtat: una cũ aſcẽſionibus zodiaci ab hac linea orizontis: cingentis oĩa: & diuidẽtis ſphærã in duas ptes: ſuperiorẽ & inferiorẽ: & eſt terminator uiſus. Cũ quo ẽt inſtr̃o duplicẽ orizontẽ: rectũ. l. & obliquũ cognoſces: a quibˀ qdẽ duobus diuerſitas quoq; locoꝝ terreſtrium diſcernitur: quod latius in Cõmentariis ſphæræ percipies. Si ea in his tẽporibus rectificatis (ut ita dixerim) imaginibus: ſiue ſtellarum fixarum locis formata fuerit.

VOluimus hęc iõ Georgi Corneli Cõmẽtariis nr̃is addere: ne qd tibi in tãto ope: aut deeẽt: aut ab aliis deſiderareˀ. Qđ carpe quoq; ꝓget infanus liuor: & cũ multa hinc didicerit: fretˀ inſolẽtia: & ingratitudie ſua laboris nr̃i laudẽ detractare cõtẽdet. Sed quo magis illiˀ fæuiet ir̃enis rabies: eo dilucidior erit laus nr̃a: & pia ingenia maiore nos obſeruãtia & gratitudie ꝓſequenˀ: & qđ a qbuſdã certe ñ ꝓbaˀime nouo gñe iterꝑtatõis uti uoluiſſe: ut oĩa rudibˀ quoq; pueris eẽnt aptiſſia: i eo qdẽ gr̃aꝫ & agẽt: & hẽbũt mihi poſteri ſẽpiternã.

FINIS.

Impreſſum Venetiis in Aedibus ſolertiſſimi uiri Ioannis Tacuini de Tridino. Anno Dñi. MDXX. Die. XII. Aprilis. Inclyto ac feliciſſimo principe Leonardo Lauretano.

REGISTRVM.

AA A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z &.

Omnes quãterni: præter AA & N. quinterni. E ternus, & duernus.